INSTITUTIONES

LINGUAE PRACRITICAE.


SCRIPSIT

CHRISTIANUS LASSEN,

PHIL. DR. PROFESSOR BONNENSIS P. E.
SOCIETATT. ASIATT. BENGAL. BRITANN. PARIS. ET SOC. REG. SCIENTT.
NORVAG. SOCIUS HONOR.

BONNAE AD RHENUM
IMPENSIS LIBRARIORUM KOENIG ET VAN BORCHAREN.
MDCCCXXXVII.

PROSTAT
LONDINII APUD BLACK ET ARMSTRONG,
PARISIIS APUD BROCKHAUS ET AVENARIUM.


HA RD
UNIV RSITY
LIBRARY

CHRISTIANI LASSENI

PRAEFATIO

AD

VIRUM CLARISSIMUM ET DOCTISSIMUM

EUGENIUM BURNOUF,

PROFESSOREM LITTERARUM INDICARUM IN COLLEGIO FRANCIAE, INSTITUTI FRANCOGALLICI ORNAMENTUM, SOCIETATT. ASIATICC. PARISIENS. SOCIUM ORD. BRITANN. ET BENGAL. SOCIUM HONOR. ETC. ETC.

LITTERARUM ZENDICARUM INSTAURATOREM ET SOSPITATOREM.



Undecimus abhinc est annus, Burnoufe doctissime et dilectissime, quum coniuncta opera in enodandis litteris Palicis, eo tempore tantum non prorsus ignotis, occupati eramus. Quae studiorum consociatio quantopere libro, quem una edidimus, profuerit, facile, opinor, perspexerunt,

qui quantum in te sit doctrinae, acuminis, ingenii, ex clarissimis, quae posthac edidisti, industriae et scientiae tuae monumentis cognoverint: cognovisse autem omnes oportet, qui vel prima in litteris Orientalibus stipendia fecerunt: ut me praecone facile carere possint merita tua, meis laudibus maiora. Quae autem in me, vitamque meam ex isto contubernio redundarunt commoda, gratissima recordatione, dum frui licuit, vel gratiora, eorum ut memorem animum testificarer, hunc ego librum tibi inscribere constitui, quem tibi per longum iam tempus debeo. Nam ex quo huiusmodi laborem a me susceptum iri publice spopondisti, equidem quum erga te, tum erga omnes, qui litteris Indicis promovendis operantur, quasi voto obstrictum me sentiebam, cuius vereor, ne et tu et alii, quum librum cognoveritis ut expectatione vestra, ita spe mea inferiorem, reum me adhuc iudicaturi sitis. Neque id dico aut modestiae inanis studio aut severas iudicum sententias deprecaturus, sed quia tam diu in hoc argumento tractando elaboravi, ut vix me latere possit, quid praestare debeat grammatica Pracritica eo nomine vere digna. Itaque non miraberis, si ipse operam meam non una ex parte infra ea substitisse censeam, quae praestare volui. Quod quo certius intelligas, iam ea potius indicabo, quae aliis adhuc faciunda reliquerim, quam quae ipse praestitisse mihi videar.

Primum locum in grammatica Pracritica obtinet cognitio eorum, quae ab indigenis grammaticis

praecepta sunt; quamquam haud multa in universum esse credo, quae ex repetita commentariorum ab illis conscriptorum perscrutatione in disciplinam nostram redundatura sint; omnino satis certum arbitror, recentiores grammaticos cunctos in plurimis, ne dicam in omnibus, quae generalia sint, consentire cum vetusto disciplinae conditore, Vararuche. In singulis contra vocabulis formisque grammaticis multa ex istis libris, quos mihi evolvere non licuit, illustranda etiam nunc restant, et opus omnino est, ut quaecunque de minoribus scenicis dialectis a grammaticis ceteris tradita sunt, ex scriniis bibliothecarum eruantur et inter se comparentur. Cuius negotii promovendi caussa et regulas de elementis Pracriticis et praecepta de dialectis minoribus in medium protuli ipsissimis Vararuchis et Kramadîçvarae verbis. Quod in hoc libro consulto brevius tractavi, Pracriticas radicum Sanscriticarum formas, earum catalogum ex commentariis grammaticorum descriptum et exemplis notisque illustratum mox publici iuris faciet discipulus meus diligentissimus et carissimus, *Delius*, Bremensis, votum a me p. 342. susceptum impleturus.

Secundo loco pono poeticam loquendi rationem cum iis, quae apud grammaticos leguntur, comparatam: quod genus cognitionis si neglexissem, potuissem sane conscribere librum et multo breviorem et limatiorem, neque opus fuisset obruere quasi rem primariam nube disquisitionum de singulis quibusdam vocabulis institutarum.

At probe tamen intellexi, si ita egissem, me dimidia tantum officii mei parte fuisse defuncturum; inopes saepe consilii remansissent minus periti, quum non omnia, quae praecipiunt doctores linguae, a poetis observata reperissent; immo peritiores etiam parum suis commodis a me consultum fuisse haud immerito questi essent, si discrepantiam, quae inter regulas grammaticorum et usum poetarum intercedat, enotare et pensitare omisissem. Cui rei licet operam satis strenuam navasse mihi videar, tamen probe scio, nonnulla temere, alia consulto fuisse omissa; cuius defectus excusandi gratia monitos velim lectores de condicione textuum, quibus utendum mihi erat ad usum loquendi poetarum demonstrandum. Nimirum excepto, quod a *Lenzio*, diligentissimo viro, praemature hisce litteris erepto, in una Kalidasae fabula factum est, nulla exstat ullius dramatis Indici editio, quae iusta supellectile critica instructa sit; editiones Calcuttenses, ceteroquin satis utiles, ne verbo quidem monent de varia ullius loci scriptura. Quo fit, ut dubii non possimus non haerere in multis locis depravatis aut suspectis.

Emendatoris munus in me saepenumero quidem suscepi, adiutus tum iis, quae ipse olim Parisiis et Londinii congesseram, tum iis, quae benignitati virorum clarissimorum, meis studiis bene cupientium, *Brockhausii* et *Stenzleri*, debeo; interdum medela petenda erat e coniectura satis certa. In aliis tamen haud paucis iisque difficilioribus omnino deerant auxilia critica, nec

sola coniectura certi quid effici posse videbatur. De his itaque silere vel breviter suspicionem significare malui, quam temerariis coniecturis et vanis disputationibus perdere chartam, sperans fore, ut tandem dramata Indica editiones nanciscantur vere criticas. Quod quum factum fuerit, et strictius et elegantius poterit grammatica Pracritica enarrari.

Intra hosce fines consistere potest, qui id tantum agit, ut fabulas Indorum cognoscere cupientes scenicam linguam doceat. Atenimvero stabilitis tum ad praecepta grammaticorum, tum ex usu poetico formis linguae, nondum satisfactum est desideriis eorum, qui quum parum poesin Indorum scenicam curent, tamen acerrimo studio in comparationem et historiam linguarum incumbunt. Ex eorum enim sententia, quam omnino non improbaverim, iusta ea sola est grammatica, quae non formas tantum sermonis, verum etiam originem et historiam formarum tradit. Tertium igitur praeter illa, quae supra memoravi, impositum mihi fuit negotium, quod ne arctioribus, quam par erat, finibus circumscripsisse videar, dicendum est consilium, quod sum secutus.

Ante omnia id operam dedi, ut ostenderem originem formarum Pracriticarum, quumque a Sanscritica lingua totus progenitus sit sermo scenicus, summa huius quaestionis posita est in utriusque comparatione. Aliarum linguarum comparatio multum quidem lucis afferre potest, non item necessaria est. Nimirum si quemadmodum aliae

linguae iuniores fluxerunt e vetustioribus, ex. c. Romanicae quae dicuntur e Latina, eodem modo Pracritica a Sanscritica descendit, negari sane non potest, comparationem similium, at diversarum tamen rationum, quas sequuntur variae linguae eiusdem originis, dum a pristina sua forma deflectuntur, multum prodesse quum grammaticae comparatae in universum, tum ipsis illis linguis, quae inter se componantur. Praesensi tamen fore, ut si rite tractaretur haec quaestio, in nimiam molem excresceret liber meus; sin minus, melius deesse iudicavi totam hanc disquisitionem; scribere praeterea volui grammaticam Pracriticam, non opus de analogiis linguarum derivatarum.

Simili consilio nullam instituere aggressus sum comparationem inter linguam scenicam et Sanscriticam provincialem; quae enim in libro primo disputavi, ea ad illustrandam historiam linguae scenicae faciunt: et accuratioribus longioribusque disquisitionibus opus est in iusta linguarum collatione. Illustrari praeterea potius debent, quae hodie in usu sunt linguae Indicae, e scenica, quam haec ex illis. Nulla denique ad manus erat recentiorum dialectorum grammatica talis, quali opus fuisset ad usus meos; singuli exstant de singulis linguis tractatus grammatici, sed liber, in quo invicem eae conferantur et illustrentur, in quo originatio earum e lingua quasi genitrici doceatur, nullus dum prodiit. Ad opus hoc utilissimum optandum est, ut mox sese accingat, qui par sit huic provinciae ornandae.

Una est lingua Indica, quae tam arcto vinculo cum Pracritica coniuncta sit, ut interdum discrimen inter utramque vix sit ullum; sed vel propter ipsam hanc rationem non multa sunt, quae ex alterutra peti possint ad utramcunque illustrandam; eadem luce indiget potius utraque ac perinde debet e Sanscrita explicari. De quo argumento quae quondam disputavimus, quum deficientibus novis subsidiis paucissima tantum adiungere possim, nolui repetere; semel tantum bisve in auxilium vocavi sororem Buddhicam, ubi ea mihi scenici sermonis cognitionem augere videbatur. Quam ego non institui iustam comparationem utriusque sermonis, eam ut Tu absolvas, mi Burnoufe, summopere te rogo. Nemo enim hoc negotio Te melius defungi potest, qui et ingenio et novorum, quae congessisti, subsidiorum copia longe omnibus antecellas.

Haec fere sunt, quae de libro meo praemonenda habui; restat, quod laetius est, ut redeat oratio, unde egressa est, ad officia amicitiae et actionem gratiarum. Publice enim celebrare debeo clarissimum benevolentiae specimen, quod in me edidit *Jacquetius* noster, vir non unius alicuius linguae Orientalis peritissimus. Is, rogatus a me, ut quaedam e codice Kramadîçvarae Parisino de dialectis minoribus in meos usus excerperet, licet multis iisque gravissimis occupationibus impeditus esset, tamen non id solum mihi gratificatus est, sed totum librum accuratissime et nitidissime descriptum misit. Cuius beneficii laudes si ex

merito praedicare non possum, certe magnitudinem beneficii quam maxime sentio, quippe qui experientia edoctus librarii negotium, ut semper molestum taediique plenum, ita in grammatico Indico etiam difficillimum esse sciam. Quantas autem debeam viro clarissimo gratias, ii maxime poterunt existimare, qui ex ipso libro meo cognoverint, quantum novo isto subsidio adiutus fuerim.

Te vero, mi Burnoufe, ut opus hoc, qualecunque tandem est, boni consulas meque amare pergas, vehementer etiam atque etiam rogo.

Dabam Bonnae ad Rhenum mense Iulio MDCCCXXXVII.

Utuntur scenici Indorum poetae non uno atque eodem in eadem fabula sermone, sed mixto, quem ad personarum, quas exhibent, dignitatem accommodant. Summum, uti par est, inter haec loquelae genera locum tenet lingua Sanscritica, a qua raro recedunt sacerdotes, reges, alii altiori gradu positi homines; quinetiam mulieres, a litterarum cultu non alienae, veluti in Mâlatimâdhavo sacerdos Camandacis, Sanscritice loquuntur. De hoc tanquam de summo quodam fastigio per varios gradus ceterae descendunt dramatis personae, ita ut, quemadmodum quaeque a summa ista sacerdotalis et regalis ordinis dignitate remotior sit, eadem ratione sermonis genere utatur minus docto et a classicae linguae puritate deflexo. Quae quum ita sint, magnopere interest eius, qui dramaticae Indorum poesi operam navare velit, omnium, quae in scena obtineant, dialectorum sibi comparare cognitionem.

Accedit quod secta Indica, quae secundum conditoris qui fertur nomen, *Jainica* appellatur, illi ipsi linguae, quae summum inter scenicas post Sanscritam tenet locum, superstitionis suae decreta posteris tradenda concredidit. Quae secta, licet non eius sit antiquitatis, quam ei attribuen-

1

dam esse persuaserunt sibi homines quidam ingeniosi, digna tamen est, in cuius doctrinam accuratius inquiratur.

Neque omittendam opinor eam, quam postremo loco ponam, rationem, ob quam hoc opus sim aggressus. Satis enim probabili demonstratione possem, si opus esset, probare, magnam hodiernarum Indicarum dialectorum partem non posse accuratius indagari, nisi Prakriticam linguam bene intellexeris, ut quae intermedia sit inter Sanscritam et hodie per Indiam obtinentes, quae praeformatae quaŝi sunt in dialectis scenicis. De quibus dialectis posthac amplius dicam.

Explicüi rationes, quas habui opus hocce aggrediendi. Dividi autem id in tres libros, quorum primo nomina et provincias dialectorum scenicarum definire operam dabo; secundo grammaticam docebo dialecti scenicae praecipuae; ceteras tertio tractabo.

LIBER PRIMUS.

I. *De Dialectorum Prâcriticarum numero, nominibus, provinciis, praeceptoribus.*

---

1. Ad numerum et nomina dialectorum scenicarum eruenda tres nobis patent viae, quarum prima ipsa est scenica poesis. Hac tamen uti ad

nostrum consilium impedimur eo, quod exstent quidem in fabulis dialectorum specimina plurium, nomina tamen non tradantur. Id tantum inde eruere licet, iam ea aetate, qua antiquissima quae aetatem tulit Indica fabula sit conscripta, permulta obtinuisse per Indiam sermonis discrimina. Locus est Mrichchhakatidos p. 199. ed. Calc. *) Ad meridionalem Indiam pertinent pleraque horum nominum, linguasque indicant a Sanscritica origine alienas; neque asseverare ausim, distinxisse accurate poetam inter linguas re vera nomine dignas et locales quasdam sermonis diversitates. Nihilo tamen minus patet, eo aevo iam per Indiam regnasse magnam dialectorum provincialium varietatem et plures in fabulis Indicis pro diversitate personarum usurpatas fuisse linguas.

2. Secundam itaque ingrediamur viam et ipsos scenicarum dialectorum doctores sive grammaticos consulamus. In quorum libris quos inveni locos huc facientes ita enumerabo, ut de ipsis grammaticorum commentariis breviter simul disputem.

Incipiam a *Vararuche*, cuius liber *Prâkrita prakâça*, sive *Chandrikâ*, illustratio sive lumen

---

*) Non uno mendo depravata est haec nominum enumeratio, quam sine librorum ope emendare non aggredior. Ipse *Wilso* fatetur plura esse, quae expedire nequeat, nomina. Hind. Theatr. I. 127. ed. Calc. I. 114. ed. Lond.

lunare dialectarum Prâkriticarum inscriptus, omnes qui in eodem argumento versantur, auctoritate et antiquitate facile antecedit. De vita Vararuchis nil nobis traditur, nec de aetate certi quid elici potest; nam fabulas, quas de eo circumferuntur, repetere supersedeo. Praeoccupavere praeterea hunc locum *Colebrookius* (Ass. Ress. VII. 204.) et *Wilso* (praef. dict. Sanscr. ed. I. p. X.) Id tantum affirmari potest, Vararuchem a nemine sociorum antiquitate superari; ceteri enim aut commentarios in eius librum scripserunt, aut mentionem eius iniecerunt, aut denique novissimis temporibus vixerunt. Accedit quod quatuor tantum dialectorum scenicarum rudimenta tradat Vararuches, ceteri autem vel unam, vel duas, vel plures etiam addant, ideoque posteriores sint habendi. Comparet nimirum, initio quatuor illas dialectos, de quibus egit Vararuches, solas in scena Indica locum habuisse; posteriori autem aevo unam, duasve ad has accessisse; postremum denique, quum ceterae quoque linguae vulgares ad altiorem culturae gradum evectae et ad poeticos usus essent accommodatae, etiam has in scenam fuisse adscitas aut certe a technicis permissas: ita ut inter Prâkriticae loquelae praeceptores is novissimus possit haberi, qui maximo dialectorum numero locum in commentariis suis concesserit.

Vararuches autem quum unus sit e caterva sapientium istorum, qui inventores et perfectores disciplinarum a grata posteritate celebrantur, haud improbabiliter asserueris, hac re declarari, canones

grammaticae Pråkriticae, qui sub eius nomine feruntur, opus esse antiquissimum sui generis, in quod veluti in unum corpus redacta fuerint, quae a prioribus grammaticis de vulgaribus dialectis fuissent praecepta. Quae postquam facta erat redactio, neglectui tradebantur priorum disputationes, restringebantur posteriorum labores ad solum hoc negotium, ut Vararuchis regulas accuratius circumscriberent, aut, ubi opus esset, amplificarent. Morem hunc fuisse Indorum etiam in aliis disciplinis, docui in praef. ad Sankhya Caricam. Neque aliud statuendum mihi videtur de canonum collectione, quae *Paninis* nomine celebrata summa pollet per Indiam litteratam auctoritate. Vararuchi, quippe qui non diversus dicatur a *Kâtyâyana*, vetustissimo Paninis enarratore, satis remota antiquitas tribuitur. Cf. Wils. praef. p. IX. Colebrook. gramm. praef. p. VI.

Vararuches eadem, qua etiam Panines, utitur docendi ratione; singulas enim regulas formulis technicis brevissime exponit. *Sûtra* constat Indos has appellare, equidem dixi *decreta*. Exempla ad regulas illustrandas addita sunt nulla, nisi de singulis vocibus tantum valeant quae sistantur regulae, quare, accedente praeterea obscuro isto dicendi genere, formulis Indorum technicis proprio, difficile profecto intellectu evadit saepenumero hocce enchiridion. Nil itaque mirum, Vararuchi illustrando operam fuisse a successoribus navatam; inter quos primo loco ponam *Bhâmaham*, cuius commentarius indice audit *Manôramâ*

sive delectabilis *). Brevis est quidem, sed perspicuus et idoneo exemplorum numero instructus; quae res maximae est in eiusmodi libro utilitatis; nam ex exemplis interdum emendanda sunt menda, a librariis regulae cuivis obtrusa; sicuti exempla saepenumero corrigenda sunt ope regularum; atque mirum sane foret dicere, quantis et quot naevis tum grammatici de vulgari dialecto commentarii, tum ipsae fabulae foedatae fuerint a librariis, doctae linguae quam vulgaris peritioribus, variasque scenicas dialectos inter se confundentibus. In primis autem opus erat tali adiumento ad emendandum librum, cuius unum tantum exemplar ad manum erat.

3. In docendis linguae Prâkriticae regulis eam sequuntur rationem tum Vararuches eiusque commentator, tum ceteri eiusdem rei scriptores, quam ipsa res postulavit. Nimirum si recordaris, Prâkriticam linguam derivatam esse totam a Sanscritica et ad hanc recurrere, quasi ad fontem, quotiescunque ei opus sit novis vocabulorum copiis, vides, nullam commodiorem et tutiorem inveniri potuisse viam quam hanc, ut demonstra-

*) Asservatur codex in bibliotheca mercat. Indic. Londini, Vararuchem una cum glossis Bhâmahae tenens; migravit in istam biblioth. dono Colebrookii, in cuius catalogo insignitus est No. 30. R. Nomen Bhâmahae initio commentarii legitur; in titt. capitt. finalibus Vararuchis sûtra dicuntur Prâkrita prakâça, commentarius Bhâmahae Manôramâ.

retur, quasnam subirent mutationes Sanscritici tum soni simplices, tum sonorum complexus, quum ex Sanscritica effingerentur novae istae sermonis conformationes, quas dialectos Prâkriticas vocamus. Quam viam ingressus est etiam Iacobus Grimmius, Germaniae decus, quum docere vellet, quomodo ex antiquo Germanorum sermone per varias mutationum vices denique exorta sit qua utimur hodie Theotisca lingua. Adde quod homines, in quorum usus concinnabantur grammatici hi tractatus, instructi iam esse debebant legitima sacrae linguae cognitione.

Ponunt autem semper primo loco dialectum, quam κατ' ἐξοχὴν Prâkriticam nuncupant, utpote quae proxime accedat ad stirpem, unde propagata fuerit, Sanscriticam. Ab ista deinde deducunt ceteras dialectos, non eundem ordinem hac quidem in re servantes, plerumque tamen quamque seriori loco collocantes, prout remotior sit a stirpe communi. Novem itaque capitibus absoluta primariae huius Prâkriticae dialecti institutione, decimo docere pergit Vararuches *Pâiçâchicam*, undecimo *Mâgadhicam*, ultimo *Çaûrasênicam*. Postrema a Sanscrita derivatur, duae priores a Çaûrasenica. Quam rem ipsis Vararuchis et Bhamahae verbis docere praestat. Cap. X. init. अथ पैशाची । पिशाचानां भाषा पैशाची । प्रकृतिः शौरसेनी । अस्याः पैशाच्याः प्रकृतिः शौरसेनीप्सिता । शौरसेन्यां पैशाचीलक्षणं प्रवर्तयितव्यं ॥ Larvarum sive Piçâcharum dialectus itaque dicitur Paîçâchi, cui a Çaûrasenica repetendus

est character, ex opinione doctorum. *) Quod quo sensu accipiendum sit nomen, posthac patebit. Cap. XI. init. मागधी । प्रकृतिः शौरसेनी । Cap. XII. init. शौरसेनी । प्रकृतिः संस्कृतं । Mâgadhicam igitur a Çaûrasenica deducunt, hanc a Sanscrita. In fine denique capitis XIImi additur: शेषं माहाराष्ट्रीवत्; i. e. cetera, quae non diserte in hoc capite de Çaûrasenica traduntur, cum Mâhârâshtrica consentiunt.

Mâgadhicae et Çaûrasenicae facile vides esse nomina a provinciis repetenda; prior ea est, quam hodie *Behar* (विहार) dicimus; altera in ripis Yamunae fluvii circa Mathuram sita est; nomen nunc obsoletum, sed Alexandri Magni et Seleuci Nicatoris aetate notissimum. **) Dialecto autem Prakriticae praecipuae provincia tribuitur nulla, quamvis e verbis in fine libri positis elici potest, eam fuisse Mahârâshtram. Nam quum dictum sit, ceteras regulas in dialecto Çaûrasenica formanda observandas esse easdem, atque in Mâhârâshtrica, nulla tamen alia dialectus, ad quam hoc referri possit, prius tractata sit, quam Prâkritica praecipua, sequitur, Bhâmahae, cuius ista sunt verba, Prâkriticam *κατ' ἐξοχὴν* ita dictam diversam non fuisse a Mâhârâshtrica.

4. Sed ultro progrediamur. Duae Prâkritici sermonis grammaticae nomine tantum, non re

---

*) De इप्स hoc sensu vide quae docui de इष्ट ad Sankhy. Caric. 4. p. 21.

**) Arr. Indic. 8. et Plin. H. N. VI. 16, 3., e Megasthene. cf. Cullucam ad Manum VII. 193.

mihi innotuerunt, laudatae ambae a Colebrookio (Gr. praef. p. XV.) hisce indicibus: *Prâkrita Kâmadhênu*, et *Prâkrita Lankêçvara;* alterius auctorem nomine laudat *Leydenius* (As. Res. X. 285. ed. Lond.) *Vidyâvinôdha* (lege vinôda). Utrumque librum cum Leydenio communicasse videtur Colebrookius (l. l. p. 286.), unde suspicor, ambo nunc cum ceteris Leydenii libris in bibliothecam mercat. Indic. migrasse.

5. Gravissimus post Vararuchem huius rei scriptor est *Hêmachandras*, cuius lexicon bonae frugis plenum prodiit aliquot abhinc annis Calcuttae. Scriptorem gravissimum ideo dixi, quod ipse Prâkritica dialecto usus est in hymnis a se compositis, sectam Jainicam amplexus, quae primaria Prâkritica in dogmatis suis tradendis utitur. Aetatem eius ad annos p. Chr. n. circa MCCLXXIV refert *Wilso* (praef. dict. Sansc. p. XXXIII). Reliquit Hemachandras nobis grammaticum *Haîma Vyâkarana* plerumque dictum (Colebr. praef. p. XII) opus, cuius prioribus capitibus linguam Brachmanum sacram docet, octavo sive ultimo autem Prâkriticam, eadem in hac re, ac Vararuches et Bhâmahas, usus ratione. Primum *sûtra* exhibet, quae dein commentario illustrat, multo tamen uberiore, quam quem condidit Bhâmahas. Maximi sane momenti foret scire, utrum omnia Sutra quae profert, eadem sint, ac Vararuchica, necne, et mireris forsan, huius rei dubitanter a me iactatam fuisse mentionem. At haud mea negligentia hoc fit, sed culpa

scribae, qui unicum, quod Londini repperi *), exemplar tam indocta et vacillante manu exaravit, ut permultas libri sententias omnino obscurarit. Nil igitur pro certo asseverare possum, quam hoc, Vararuchis sutra etiam a Hemachandra explicari; utrum nova sua addiderit, necne, ignoro. Valde autem doleo, melioris notae exemplar mihi praesto non fuisse; plane enim intellexi, quantae utilitatis fuisset ad dubiam multarum vocum Prâkriticarum scripturam diiudicandam.

Continet autem hic liber foll. 1—35. doctrinam elementorum Prâkriticorum; foll. 35—66. declinationes et coniugationes et quae praeterea de dialecto proprie Prâkritica dicta sunt enarranda. Foll. 66—69. *a.* pertinent ad *Çaûrasenicam*, 69. *b.*—71. *a.* ad *Mâgadhicam*, 71. *b.*—72. *a.* ad *Paîçâchicam*, 72. *b.*— 73. *b.* ad *Chûlikâ-Paîçâchicam*; 73. *b.* ad finem ad *Apabhrançam*. Notitias autem has excitare iuvat. Absoluta dissertatione de *Çaûrasenica* additur: शेषं प्राकृतवत्। शौरसेन्यां च प्रकरणे यत् त्वार्यमुक्तं ततो तच्छौरसेन्यां प्राकृतवदेव भवति। Derivatur igitur pars huius dialecti a Prâkritica primaria, pars alia ab ea non differt. Idem valet de Mâgadhica: शेषं शौरसेनीवत्. *Paîçâchica* refertur ad *Çaûrasenicam*: शेषं शौरसेनीवत्; *Chûlikâ Paîçâchica* ad praecedentem *Paîçâchicam*: शेषं प्राग्वत्. De *Apabhrança* edocemur: अपभ्रंशे विशेषो वक्ष्यते। तस्यापि क्वचित् शौरसेनीवच्च भवति. Duo itaque genera Apabhrançae sistit; unum Prâkriticae praecipuae, alte-

*) Ex librr. Colebr.

rum *Çaûrasenicae* similius. De domicilio Apabhrançae et Paiçâchicarum nil statuisse videtur Hemachandras. In hoc autem a Vararuche discedit recte, nisi fallor, quod omnes hasce linguas unam ab altera minus deducit, quam unam cum altera comparat, in unaquaque quaedam propria, quaedam omnibus communia dicens. Qua de re posthac dicam.

6. Commodo loco hic inseri potest notitia operis, quod in Europam quidem nondum allatum neque a me inspectum est, cuius tamen notitiam satis amplum debeo *Ellisio*, Anglo diligenti harum rerum investigatori. Vid. praefat. ad gramm. *Telinganam Campbelli* pp. 15. 16. Titulus istius libri est *Shaḍbhâshâ Chandrikâ*, i. e. lumen lunare dialectorum sex, *Lakshmîdharas* conditor. Dialecti sex eaedem sunt atque illae, quae ab Hemachandra docentur, ordo quo se excipiunt, idem. Videtur autem Lakshmîdharas contra taciturnitatem grammaticorum Indicorum de regionibus, quibus propria fuerit quaeque dialectus, accuratius et copiosius disputasse; quo fit, ut etiam huius libri magno tenear desiderio. Describam verba Ellisii Latina ex Anglicis facta.

»Dialecti sex hae sunt: *Prâkrita*, qua lingua utuntur Mahârâshtrici; *Çaûraseni*; *Mâgadhî*; *Paiçâchî*, quae dialectus est provinciarum *Kêkayae* et *Pândyae*; *Chûlikâ-Pâiçâchi*, *Gândhârae*, *Nepâlae* et *Kuntalae* propria; *Apabhrança*, quam loquuntur incolae regionis *Abhîrae* et qui oras oceani occidentalis tenent. Sex hae Prâkriticae

linguae dialecti inter se sunt distinctae, earumque quaevis, si vocabula respicis, suas sequitur permutationis regulas, omnes tamen peculiarem dicendi morem, constructionem et in genus grammaticam Sanscritae linguae conservant, factis tantum specialibus quibusdam exceptionibus. In Lakshmîdharae Shadbhâshâ-Chandrikâ, praemissis regulis generalibus ad omnes pertinentibus, Prâkritica dialectus κατ' ἐξοχὴν ita dicta (प्राकृतं महाराष्ट्रोत्थं, a Mahârâshtra oriunda) deducitur, nullo interiecto gradu, a Sanscritica; *Çaûrasenica* a Prâkritica et Sanscrita et sic porro, *Mâgadhî*, *Pâiçâchî*, *Chûlikâ-Pâiçâchî* atque *Apabhrança*, ita ut quaelibet dialectus uno puritatis gradu ab antecedente descendat, postrema itaque remotior sit, quam ulla priorum, a fonte communi. Ad Apabhrançam quod attinet, differt Lakshmîdharas a Colebrookii sententia, qui eam loquelam barbarismum existimat, grammaticis formis destitutum. Dicit enim ille: अपभ्रंशस्तु भाषा स्यादाभीरादिगिरां चयः । कविप्रयोगानर्हत्वान्नापभ्रष्टः स तु क्वचित् ॥ i. e. Apabhrança congeries est dialectorum Abhîrorum aliorumque, ita dicta, quia a poetis non digna habita, quae usurpetur; sermo autem sensu cassus omnino non est *).
Quo dicto, pergit ad grammaticas eius regulas explicandas.

Liber hic memoratus restrictus est ad hasce

---

*) Aliter interpretatus est Ellisius: »and as it is used by poets, it is not in any respect corrupted.« Quem sensum profecto verba nunquam patientur.

dialectos, quales in dramatis obtinent, quam ob caussam agit de vocabulis tantum aut Sanscriticis puris aut inde derivatis; admonet tamen diserte, quamvis istarum dialectorum usum fuisse propriis sibi *dêçya* i. e. provincialibus vocabulis; atque probabile sane est, quum quaedam inter eas obtinerent in regionibus longe a sese distantibus, unamquamque possedisse provincialia vocabula derivationis diversae, quibus instructa, linguam constituerit a cognatis satis abhorrentem. Quod diserte significatur de *Páiçáchico* sermone: — पिशाचदेशनियतं पैशाचीनियतं *) विदुः । पिशाचदेशास्तु वृद्धैरुक्ताः । पाण्ड्यकेकयबाह्लीकसह्यनेपालकुन्तलाः । सुदेषभोतगान्धारहैवकनोजनास्तथा । एते पैशाचदेशाः स्युस्तद्देश्यस्तद्गुणो भवति । (l. भवेत् ।). Duae dialecti *Páiçáchicae* obtinere dicuntur in omnibus regionibus hic laudatis, inde a Pândya in ultima meridionali India sita usque ad Canôje septentrionem et ad Siam (Sahya) orientem versus. Dein additur: hae regiones Pâiçâchicae sunt et provincialia uniuscuiusque vocabula suam habent qualitatem propriam."

Haec Ellisius. Cuius sententiam nunc non in iudicium vocabo; nam id tantum in praesens ago, ut congeram opiniones grammaticorum Indicorum, non ut eas diiudicem. At enim vero geographicam postremi loci interpretationem tam infelicem nobis venditat vir ceteroquin satis ingeniosus, ut eam silentio praetermittere nequeam,

---

*) Coniicio द्वितयं. cf. quae infra de *gemina* Pâiçâchica disputaturus sum.

licet vix ullus regionem Transgangeticam Siam hic ferat. Videsis quae infra disputavi. *)

Patet itaque, et *Pâiçâchi* et *Apabhrança* a Lakshmîdhara usurpata esse loco nominum generalium, quibus significentur linguae rudes, populis parum cultis propriae, ad litterarios usus non aptae; Apabhrançam tribui *Abhiris*, qui

*) *Kekaya* et *Gândhârae* noti sunt populi Pentapotamiae. Cf. de Pent. Ind. p. 12—15. वाह्लीक mendum est pro बाह्लीक; quod nomen etiam ad eandem regionem pertinet; cf. l. l. p. 21. Eisdem Indiae partibus vindicandi sunt *Kuntalae*. Vid. Wils. s. v. Alio nomine *Upahâlaka* eos appellat *Hemachandras*. Lexic. IV. 26. *Nepâla* per se patet, nec valde dubium est, quin *Bhôta* ea sit regio, quae hodie *Butan* audiat; si verum disputavit Wilso s. v. भोटाङ्ग, scribendum foret per ट. Intelligo populos Indicos ad Butanensem limitem degentes; nam de lingua Butanica seu Tibetanica heic cogitandum non est. *Pândya* referre posses ad ostia Indi fluvii cum Plinio H. N. VI. 23. 6 ed. Hard. I. p. 325. aut potius ad Pentapotamiam cum Claudio Ptolemaeo. Vid. Pent. Ind. p. 35. At haud ignoro, meridionalem esse alius Pandionis terram (Wils. Hind. th. III. App. p. 45.) quo nos ablegat *Sahya*, a Kâlidâsa ad occidentalem Indiae meridionalis oram collocata. Raghuv. IV, 49 sqq. alio nomine *Çâilâdri*. Wils. Hind. th. II. app. p. 333. et Mack. Cat. Ind. p. C. *Sudhêsha* vix sana est scriptura; *Haîva* proxima est regio *Tuluvae* sive *Kanarae*. Wils. Mack. Cat. Introd. LIX. sed non certum est, non posse dividi verba: Haîvaka - Nojana. Nam scriptorem Sanscrite loquentem dixisse Kanôjana pro *Kanyâkubja*, i. e. Canôja, prorsus addubito. Si igitur Sahya, Haîva et Pandya ad meridiem pertinent, una est Païsâchica meridionalis, altera in Pentapotamia et in radicibus Himalayae.

ab ostiis Indi usque ad confluentes Acesinis degebant; vid. Pentap. Ind. p. 27; *Pâiçâchicas* distingui duas, quarum alterutra ad Pentapotamiam et declivia Himalayae referatur. Nomen ita inditum est ab antiquis (*vṛiddha* dixit grammaticus) ob contemptum, quo interioris et cultioris Indiae incolae habebant homines hosce in confiniis barbarorum degentes *), aliis nominibus a semetipsis vocatos.

7. Proximo loco dicam de brevi dialectorum scenicarum grammatica, quae Lutetiae asservatur in bibliotheca regia, in catalogo Hamiltoniano No. 621 insignita. Auctoris nomen *Kramadêçvara*, libri indicem *Sankshipta-Sâram* recte statuit Hamilto. Grammaticam Sanscriticam eiusdem tituli ab eodem grammatico conscriptam in usu esse Bengalensium edocuit nos Colebrookius (gr. praef. p. XIII.) Eandem igitur videtur sequutus esse rationem Kramadîçvaras, atque Hemachandras, et ad calcem grammaticae Sanscritae exhibuisse dialectorum scenicarum conspectum. Brevior est haec grammatica, quod ipsa significat inscriptio. Foll. 36 etiam de metris Prâkriticis et figuris oratoriis (*alankâra*) agitur. Ex epigraphe finali: इति वादीन्द्रचक्रचूडामणिमहापण्डित श्रीक्रमदीश्वरकृतौ संक्षिप्तसारे रसवत्यां वृत्तौ संधिपादादिना प्राकृतपादान्तेन द्वितीयोऽध्यायः समाप्तः ॥ colligo, commentarium *Rasavati* inscriptum additum aut potius insertum fuisse libro Kramadîçvarae; nisi forte probabilius est, emendatam a *Jumarânan-*

---

*) cf. de Pent. Ind. p. 58.

dine Sankshiptasârae editionem (vid. Colebrook. l. l.) hoc sub nomine latere. Dubitanter loquor, siquidem tanto studio, dum Lutetiae equidem commorabar, huic libro incubuit *Chézyi*, Viri clar. lucubratio, ut aliis ad eum aditus difficillimus pateret. quo factum est, ut minus amplam quam vellem, inde lucratus sim messem; satis docte et diligenter praeterea exaratus est libellus. Id certum est, post titulum finalem a me mox exhibitum, novum incipere in codice opus, videlicet, alium commentarium in Sankshipsasâram, indice *Prâkritadîpika*, a *Chandîdêvîçarmane* conditum. Eundem esse reor scriptorem, ac *Durgâdâsam*, cuius plures laudantur scriptiones grammatici argumenti; idem enim valet utrumque nomen. Mancum est hoc apographum et ultra foll. 11. *a.* non pergit. Initium libri huc transcribere iuvat: प्रणम्य गुरुमानन्दं सान्द्रकारुण्यवारिधिं । [श्री] कृष्णाख्यं परमात्मानं तदीयप्रीतिहेतवे ॥ श्रीभास्करकुलोद्भूतश्रीचण्डीदेवशर्मणा । क्रियते ऽस्मत्पदस्य टीका प्राकृतदीपिका ॥ तत्र सर्वभाषासु लक्षणं संक्षिप्तसारमाचष्ट । इत्यनेन प्रथमं प्रतिज्ञातं । संपूर्णसर्वभाषासु संस्कृतप्राकृतरूपासु यल्लक्षणं तदेव स्पष्टं वाक्यं । इति । तत्रेदानीं संपूर्णसंस्कृतभाषालक्षणं समाप्य लक्षणान्तरमारेभे । स्मृद्धीत्यादि । *) ननु सर्वेषां प्रयोक्त्या भाषा कृतानुसारतो ऽन्यथैवेव संस्कृतभाषालक्षणस्य क्रियमाणतो विधानं बलाबेय **) उच्यते किमर्थं लक्षणान्तराणि । इत्यत आह । लोकानुसारात्

---

*) Spectat hoc initium Sankshiptasârae, स्मृद्ध्यादेरादिरकार आकारो वा भवति । लोकानुसारात् प्राकृते ॥ Hinc patet, sûtris Vararuchis etiam superinstructum esse opus Kramadîçvarae.

**) विधानान्यावशेय? ।

प्राकृत इति। संस्कृते समृद्धिशब्दस्य केवलस्य कुत्चिद्प्यादिभूतस्याकारस्य ग्राद्विधानं नास्ति। इति। अतः पारिशेष्यात् प्राकृतमेवायं (l. - त - ए) विधिर्द्रष्टव्यः। एतदपि लोकानुसाराद्‌ नाटकादौ महाकविप्रयोगदर्शनात् प्राकृतं महाराष्ट्रदेशीयं प्रकृष्टभाषणां। तथा च दण्डी। महाराष्ट्राश्रयां भाषां प्रकृष्टं प्राकृतं विदुः। इति। तथा। अभीरादिगिरः काव्ये (ष्वू) अपभ्रंश इति स्थितिः। इति॥

Laudavi verba, quia eis probatur, Mahârâshtricam esse eam linguam, quae prae ceteris, nullaque adiecta definitione, Prâkritica dicatur; tum quia eis edocemur, Apabhrançam vocabulum esse technicum, inventum ad linguas quasdam designandas, quae aliis nominibus in vulgus dicerentur, si vero in fabulis scenicis, aliisque poematis usurparentur, communi vocabulo quodam appellarentur; veluti Abhîrorum, hisque similium dialecti *Apabhrança*, aliorum *Pâiçâchî*. Sed hoc mox vel clarius apparebit.

De singulis Sankshiptasârae capitibus non multa habeo, quae referam. Explicantur eo libro Prâkritica, Çaurasenica, Mâgadhica, Pâiçâchica; Apabhrança his, nisi fallor addi debet, verum facultas mihi data non fuit, rem accuratius indagandi. Iniectam praeterea inveni mentionem dialecti *Ardhamâgadhicae*, i. e. semi-Mâgadhicae, praemissa definitione, ei admixtam esse partem Mahârâshtricam (माहाराष्ट्रीमिश्रार्द्धमागधी), unde coniectare possis, eam intermediam fuisse inter proprie sic dictam Mâgadhicam et Mahârâshtricam sive Prâkriticam praecipuam. Hasce sex linguas maxime solitatas esse fabulis, statuendum est, sed praeter eas vel alias inveniri discimus. Locus est

fol. 25. शक्काराभीरद्रविडोड्रावन्त्यावन्तिश्रावन्तिप्राच्यशौरसेनीबाह्लीकोदाक्षिणात्यादिभाषाभेदाश्च नाटकादौ पात्रभेदे च देशोक्तिर्यथासंभवमुन्नेयं। (l. याः) Praetermitto menda grammatica, emendatu facilia, ut quum nomina populorum et linguarum promiscue ponantur. *Çakkarí*, *Abhírí*, *Dravidí*, *Odrí*, *Práchyá*, *Çáuraseniçá*, *Báhlíká*, *Dákshiṇátyá*, partim nota sunt vocabula, partim posthac explicabuntur. *Avantya* haud diversum nomen censeo ab *Avanti*, si de lingua dicitur; hoc nomen est urbis Ozenes, illud incolarum; falsa igitur est repetitio. *Çravanti* nomen est urbis, quod Wilso *Dharmapattana* interpretatur.

De dialectis hisce pauperculas tantum quasdam regulas sistit Kramadîçvaras, iustam grammaticam tradit nullam; unde iure quaeres, quid sibi velint nomina ista. Res est, si quid video, haec. Propositum non fuit grammatico huic neque omnino praeceptoribus loquelae Prâcriticae, ut legitimam tot dialectorum doctrinam docerent; quod si voluissent, male profecto negotio suo fuissent defuncti, quum non in singulis tantum vocibus, sed etiam in declinatione et coniugatione proprias sibi leges sequi debeat dialectus hoc nomine digna; dialecti autem Indicae in variis provinciis obtinentes re vera summopere inter se differunt. At enim vero ad specimina tantum, quae in fabulis, aliisque poematis inveniuntur harum dialectorum, referendae sunt quas proferunt grammatici observationes, non ad idiomata ipsa, quibus homines provinciarum Indicarum tanquam linguis utuntur. Quam observationem

corroboraturum esse credo scriptorem, cuius opus nunc memorabo.

8. Est is *Râma - Tarka - Vâg - Iças*, cuius liber *Prâkṛita Kalpa Taru* i. e. arbor abundantiae dialectorum Prâkriticarum inscribitur *). Codex est Colebrookianus, C. 48. insignitus, Bengalicus, nec satis distincte, neque emendate exaratus. Scriptoris nomen satis notum est, utpote cuius commentarii in libros philosophorum haud pauci existant. Vid. ex. gr. Colebrookium in Trans. Soc. Asiat. Britann. I. 24. Quos recensere meum non est. Satis recenti aevo floruit noster, quod, etiamsi alia deessent indicia, conclusissem e maximo quem exhibet dialectorum numero. Cum totius operis inscriptione consonant capitum tituli; dicuntur enim capita *rami* (शाखाः), capitum partes *fasciculi florum* (स्तवकाः), partium paragraphi *flores* (कुसुमानि). Videtis scriptorem recentiorum more in verbis ludentem. Systematica tamen is usus est dialectorum dispositione, quam ob caussam succinctam totius libri notitiam exhibere placuit, excursui sepositis quae sine disputatione magis ampla intelligi nequeunt **).

Praemissa solita salutatione exhibetur primum dialectorum catalogus, quem non repeto, quum

---

*) Inscriptio finalis haec est: इति श्रीरामतर्कवागीशभट्टाचार्यविरचिते प्राकृतशासने कल्पतरौ । *Kalpataru* arbor est mythologica, alias dicta *Kalpavriksha*. s. q. v. cf. Wils.

**) Vid. ad calcem libri.

eadem nomina postea in singulorum capitum inscriptionibus recurrant. Scatet praeterea mendis. Dein pergit: एतासु लङ्केश्वरभाषितासु भाषासु कौतूहलशीलिनो ये। तेषां प्रमोदाय कृतिर्ममैषा -- unde sequitur, Lankêçvarae, a Vidyâvinôda conscriptae grammaticae, superstruxisse suam Râmatarkavâgîçam. Prâkriticam praecipuam primo loco ponit, eamque a Mahârâshtrica derivat: सर्वासु भाषास्विह हेतुभूतां भाषां महाराष्ट्रभवां पुरस्तात्। निरूदयिष्यामि (sic) यथोपदेशं श्रीरामशर्माहमिमां प्रयत्नात्॥ Totum itaque ramum primum huic dialecto dedicat.

Secunda Çâkhâ incipit: विरच्यते संप्रति शौरसेनी पूर्वैव भाषा प्रकृतिः किलास्याः। Nempe primus huius capitis stavakas ad *Çâurasenicam* pertinet, quae deducitur a Prâcritica primaria. Secunda huius capitis pars agit de *Mâgadhica*, *Ardhamâgadhica* et *Dâxiṇâtyâ*, quae dialecti a quibus personis in scena usurpentur, explicatur; sed haec res secundum oratoricae rei scriptores infra melius tractabitur. Mâgadhica a Çâurasenica et Prâcritica derivatur: अथेह मागध्यनुशिष्यते यत्रेवाद भिक्षुक्षपणादिकानां (यामुवाद- ---दिवर्गः?)। अस्या महाराष्ट्रकशूरसेनभाषे प्रवीणौः प्रकृती निरूक्ते॥ Ardhamâgadhicae eandem tribuit noster originem; non multum illa differt a Mâgadhica propria. Dâxiṇâtyâ sive meridionalis quae sit, enarratur quidem, sed tam corrupta sunt verba, ut certi aliquid inde dici nequeat. Videtur poematum cuidem generi appropriari. Memineris Dâxiṇâtyam laudari etiam a Kramadîçvara; intelligenda est dialectus *Vidarbhensis* (i. e. *Berarensis*), ut in commentario ad locum Sâhityadarpanae mox excitandum vocem Dâxiṇâtyá explicatam invenie-

mus *). Proxima sane est provincia Berarensis Mâgadhae sive Bihârae, unde etiam apparet, cur coniunctae fuerint hae tres dialecti. Sic in inscriptione huius stavakae finali: इति प्राकृतशासने कल्पतरौ मागध्यर्द्धमागधीदाक्षिणात्यभाषास्तवकः ।

Sequitur tertia secundi capitis pars, XXXI floribus distincta, *vibhâshas* quas dicit noster, tenens. Distinguit enim *bhâshâs*, dialectos populares, ad quarum numerum pertinent Prâkritica primaria, Çâurasenica, Mâgadhica, Ardhamâgadhica, Dâkshiṇâtya, a vibhâshis, quae sunt loquelae hominum infimo vitae gradu positorum aut provincialium corruptius loquentium; *soloecistas* dialectos dicere posses. Tertio denique capite subiungit inferiores his dialectos, quas generali nomine aut *Pâiçâchicas* aut *Apabhrançicas* significat. Triplex igitur sistitur divisio, *bhâshâ*, *vibhâshâ*, *Pâiçâchica* et cum ea pari loco posita *Apabhrançica* loquela. Ad vibhâshas pertinent hae dialecti: *Çâkârî*, sive *Chandâlica*, *Çâbarî*, *Abhîrica*, *Drâvidâ*, *Utkalî*, de quibus nominibus plura disputavi in excursu. Has vetat noster *Apabhrançicas* appellari, quum in fabulis eis locus concedatur, licet *Apabhrançicam* barbariem eas redolere censeat. In fine huius stavakae enim legitur: शक्कारकोड्रद्रविडादिवाचोऽपभ्रंशतां यद्यपि संश्रयन्ति ।

*) E Megasthene nomen aliud idem significans Arrianus Indicc. servavit: *Madiandini*, i. e. माध्यंदिन, meridionalis. Nam vix credibile est, duas gentes diversas a meridie fuisse dictas, quum aut omnes in meridionali India nationes ita dici deberent aut gens quaedam certa, ob caussam quandam sibi peculiarem.

स्यान्नाटकादौ यदि संप्रयोगो नैतास्त्वपभ्रंशतया तथैषा ॥ (I. ব: ।) Et re vera duplici loco eas ponit Râmas, primum inter dialectos, quae proximum tenent post *bhâshas* scenicas locum, nimirum, quum in fabulis scenicis usurpentur; deinde ad *Apabhrançicas* refert easdem, quo nomine intelligit *provinciales* dialectos per Indiam obtinentes, veluti Bengalensem, Gurjaratensem, Karnatensem, Orissensem, alias; immo Magadhensem inter has repetit; quo patet, Apabhrançicam eam nominari a Râma, quum intelligatur loquela, qua incolae provinciae Magadhensis utantur, quaeque diversa sit a sermone Mâgadhico, cui locus assignatus sit in scena. Quo sensu, ut statim hoc addam, nomina Mahârâshtricam, Çâurasenicam, Mâgadhicam etiam a prioribus grammaticis usurpari vix dubium est. Atque haec propria vis est vocis vibhâshâ, ut dialectus sit, quae gemino accipi possit sensu; sunt enim vibhâshae et Apabhrançicae, i. e. vulgares linguae, et scenicae, quippe loco in scenica poesi sibi concesso nobilitatae.

Ultimo loco ponit Râmas *Pâiçâchicum* sermonem, cuius geminam sistit classem (पैशाचिकानि द्विविधानि); prior dialectus est *kâikêyica*, a *Sanscritica* et *Çâurasenica* profecta (कैकेयपैशाचमथोच्यतेऽस्य । सिद्धिः स्मृता संस्कृतशौरसेन्योः), altera *Chaska*, vox dubia et mihi ignota (अन्यत् तु चस्कमाहुः), utriusque discrimen levissimum esse dicitur (सूक्ष्मभेदं). Qua in re consentit cum Lakshmîdhara. Vid. supr. §. 6. At enim vero aliud etiam profert Pâiçâchici sermonis discrimen, quum eum aut *purum* (शुद्धं) aut *impurum*

(अशुद्धं) dicat. Refertur hoc discrimen iterum ad usum poeticum, siquidem purus est *Pâiçâchicus* sermo aut impurus, prout Sanscritica vocabula ei admixta sint multa aut nulla. Quo factum est, ut noster eandem dialectum modo *Pâiçâchicam* appellet, modo *Apabhrançicam*, veluti ipsam *Kâikêyicam*; immo *Mâgadhicam* interdum asserit fieri posse Pâiçâchicam. III. 2. cf. Excurs.

Sed ultro haec non prosequar; apparet enim Râmam nimio argutiarum studio abreptum, simplicem priorum grammaticorum rationem deseruisse, novaque minutula discrimina statuisse, ad quaestionem perturbandam quam elucidandam magis apta. Praestat enumeratis omnium, quorum consulendorum mihi data fuit facultas, grammaticorum testimoniis, uno conspectu exhibere, quae de Prâkriticis dialectis ab eis memoriae sint prodita.

9. *Prâkṛita* apud Grammaticos significat unamquamque Indicam linguam, a Sanscrita diversam, nulla habita originis ratione; nam ostendemus posthac Karnâticam, quae a Râmatarkavâgîça Prâkriticis adnumeratur, Sanscriticae non esse stirpis. Extra Indiam autem vix egreditur ista appellatio; *Brâvdâ* enim in Sindhuica provincia ponitur et *Bâhlîkî* Bâhlîcarum in Pentapotamia est, non Bactrianorum, uti credidit Colebrookius. Consulto itaque dixi Indicam; etenim linguas, in India non indigenas, etiamsi Indis innotuerint, immo in usu fuerint, veluti Persica, barbaris sive *Mlêchhis*, utpote ab exteris apportatas, attri-

buunt Indi. Sic, docente Colebrookio (Trans. Roy. As. Soc. I. 458), Cumârila-Bhattas Mlêchharum linguis annumerat *Pâraçicam*, sive Persicam, *Yâvanicam*, qua Arabicam eo aevo significari coniicio; *Râumakam*, i. e. Graecanicam; *Bârbaram* denique, cuius vocis significatio incerta mihi est, quum *Barbara* vetustum sit apud Indos plurium extranearum gentium nomen.

Prâkrita latissimo isto sensu usurpatur ex. c. a Râmatarkavâgîça, et scenicas dialectos et linguas hodiernas provinciales eo nomine laudante. Quemadmodum equidem, ne dubius haereat lector, nunquam ponam vocem Prâkrita.

10. Strictiori deinde sensu ponunt pro dialectis, quae in fabulis scenicis, aliisque quibusdam poesis generibus obtinent. Pertinent huc, si antiquiores sequimur grammaticos, aut quatuor aut sex, nimirum *Prâkritica* κατ' ἐξοχὴν ita dicta, *Çâurasenica*, *Mâgadhica*, *Pâiçâchica*, aut eaedem, additis *Chûlika Pâicâchica* et *Apabhrança*. *Pâiçachicae* atque *Apabhrançae* tamen pluria constituuntur genera a serioribus, qui praeterea addunt *Ardhamâgadhicam*, *Dâxiṇâtyam*, aliasque, ut taceam longum *vibhâshârum* in Kalpataru catalogum (Cap. II. Sect. III. et Cap. III.) Strictiori hoc sensu ego *scenicas* dialectos in seqq. dicam, distinguens ab eis dialectos *provinciales*, i. e. quibus hodie et iam pluribus abhinc saeculis usi sunt in variis Indiae partibus populi Indici. Scenicis autem dialectis, quamvis eis nomina a provinciis indita sint, utuntur tamen fabularum per-

sonae non pro diversitate natalium, sed secundum partium discrimina, quae in fabulis eis attribuuntur.

11. Strictissimo sensu *Prâkrita* dicitur de dialecto, prae ceteris in fabulis usurpata, quam grammatici uno ore apud *Mahârâshtras* ortam asseverant. Cur autem et praecipue Prâcritica dicta sit Mahârâshtrarum lingua, nullius adiuncto provinciae nomine, et primarius ei in scena delegatus sit locus, quaestio est posthac agitanda. Erravit igitur vir summus, *Colebrookius*, quum suspicatus sit, Prâkritam hanc fuisse dialectum olim ad ripas fluvii Sarasvatidis regnantem. (As. Res. VII. 219.) Nimirum interpretatus est dictionem सरस्वतीबालवाणी per linguam filiorum Sarasvatidis. At certiores nunc facti sumus, aliter intelligenda esse ista verba ac quidem de poetico huius Prâkritae usu, ita ut sit *Suadae lingua iuvenilis*, opposita Sanscritae linguae tanquam virili et adultae. Retractavit praeterea vir, si ullus unquam, ingenuus, prius emissam sententiam (As. Res. IX. p. 310.) dicendo, Prâkriticam hanc praecipuam poetarum scenicorum non fuisse diversam ab illa, qua Jainici utantur, quam etiam cum *Pâlica*, sacra Bâuddharum dialecto, eandem esse coniectatur. In quam rem infra inquiram; miror sane, Mahârâshtricam Prâkritae originem latuisse virum diligentissimum. Strictissimo hoc sensu dicam Prâkriticam praecipuam.

12. Triplicem hanc vocis प्राकृत vim exposuit iam *Leydenius* As. Res. X. 283. Indicavit eam etiam Colebrookius l. l. X. p. 593. Notatio voca-

buli est a प्रकृति, i. e. procreatrix, genitrix natura, unde प्राकृत, generatus, derivatus; derivantur enim hae linguae a Sanscritica aut directo aut una per aliam, quo sensu dicitur prakríti cuiusvis linguae esse ea, a qua deducitur: प्रकृतिः संस्कृते । तत्रभवं तत आगतं वा प्राकृतं. Hemach. Cap. VIII. §. 1. „Pracriti sive origo in Sanscrita est; in ea lingua ortum vel ex ea profectum quod est, id *prâkrita* s. derivatum est." Opponuntur praeterea in aliis iuncturis sibi *Sanscrita* et *Prâkrita*, ut de hominibus, qui quum iusta cultioris vitae institutione imbuti sint, Sanscritici, sin minus, Pràkritici dicuntur, unde fit, ut prâkrita etiam notet hominem vulgarem. Prâkriticae igitur linguae etiam sunt vulgares, rusticae, provinciales.

13. *Çâurasenica* et *Mâgadhica* ad praecipuam Prâcriticam proxime accedunt; utrumque nomen a gente profectum. A Mâgadhica propria Ardhamâgadhicam distinguunt seriores.

14. In inferioribus dialectis nullum discrimen posuit Vararuches, *Pâiçâchicam* ponens unam, qua intelligit sermonem hominum infimo gradu positorum in fabulis, diversum illum a loquela *Piçâcharum*, Larvarum, sive Lemurum, qui quum in scena compareant, uti dicuntur lingua, a grammatica ratione prorsus aliena. Vid. Colebr. As. Res. X. p. 394. ed. Lond. Translata est denominatio, ad significandum contemtum, quo habebantur isti homines. Unam addidit varietatem Hemachandras, *Chûlika pâiçâchicam*, quo nomine significare voluit sermonem vel priore Pâiçâchico

inferiorem; चूलिका enim nomen est collectivum pro personis fabulae, infimum gradum tenentibus. Conciliari hoc potest cum eis locis, ubi duo *Pâiçâchi* genera hominibus Indicae terrae rudibus et a morum urbanitate alienis tribuuntur; prius ad septentrionalem, alterum ad meridionalem Indiam pertinere videtur. Duo itidem genera *Pâiçâchici* sistit Râmatarkavâgîças, sensu tamen alio, quum hoc nomine significet barbaram sermonis mixtionem ex idiomatis diversis.

15. अपभ्रंश, *apabhrança*, i. e. delapsus, in universum est lingua a grammatica ratione abhorrens. Vid. Amar. Kôsh. s. v. A grammaticis tamen linguarum scenicarum usurpatur pro classe dialectorum a puro Sanscrito fonte remotissimarum et ad infimum depravationis locum detrusarum. Quarum duo genera constituit Hemachandras, unam ad praecipuam Prâcriticam, alterum ad Çâurasenicam propius accedens. Incolis orae oceani occidentalis, maxime *Abhîris*, assignatur haec lingua a vetustioribus. Discrimina dialectorum provincialium et localium ab Apabhrança repetit novissimus scriptor, Râmatarkavâgîças, contra morem priorum. Neque quo ab eodem sensu vibhâshâ quaedam classis interponatur inter primarias scenicas dialectos et Apabhrançicas, a prioribus factum esse invenimus. Videtur denique Râmas, si recte intelligo verba III. 1. नागवादिक्रमाद्, »iuxta ordinem *serpentiloquorum*« imposuisse provincialibus linguis nomen mythologicum eodem modo, quo priores cum *Piçâchis* comparant gentes

quasdam rudes atque incultas. Serpentum regnum cum rege agnoscit mythologia Indorum, et similia disputantur in praefatione ad grammaticam *Braja Bhákhensem Lalkavis*. Immo, a rhetoricis profecta esse videtur denominatio, qui ad *deos* referunt Sanscritam linguam; hominibus itaque relinquitur Prâkriticus sermo; qui hominis nomine vix a Brachmanis dignantur, *Chándáli*, *Abhíri*, similes, linguam proferre debent aut Larvarum aut Serpentum. Hemachandras Apabhrançicae anteponit Pâiçâchicam, Râmas contrariam amplexus est rationem.

16. In fabulis, quae nobis relictae sunt, praeter Prâkriticam praecipuam, Çâurasenicam, Mâgadhicam, duo triave discrimina sermonis incultissimi, nulla aliarum dialectorum specimina inveni; neque invenit Wilso, qui multo maiorem fabularum numerum perlegit. Vid. praef. ad dram. Ind. p. LXIV. ed. alt. Nil igitur definire possumus de eis dialectis, quae praeterea a serioribus grammaticis et a technicis quibusdam nominantur, utrum re vera tot sermonis discrimina fuerint a poetis scenicis usurpata, an constituta sint a grammaticis et technicis, divisionum infinitarum iusto amantioribus. Quae igitur in sequentibus disputabo, ad eas referenda sunt linguas, quas re vera scenicas esse scimus et quas docuere grammatici optimae notae, Vararuches et Hemachandras.

17. Derivent quum grammatici scenicas hasce dialectos a Sanscritica lingua (derivationem enim

significant verba प्रकृतिः, सूते, alia supra laudata) oritur quaestio, quonam iure hoc sit factum. Atque id statim apparet, recte asseri a grammaticis, omnes has linguas a Sanscrita derivatas esse; nam tum formae grammaticae, tum vocabula, perpaucis tantum exceptis, Sanscriticae sunt originis; tota structura, totumque syntaxis genus Sanscritam linguam referunt. Etiam in hoc antiquiores grammatici veram assecuti sunt rationem; nam seriores, qui linguas meridionales, Kârnâticam, alias, introducunt, falsi sunt, quum in hisce linguis vocabula, quae sint Sanscriticae originis, iuxta regulas quasdam deduci sane possint, formas contra grammaticas et primaria vocabula a Sanscrita nulla machina liceat derivare. Vide quae de linguis *Dekhanicis* in Excursu II. disserui. Alia autem ea est quaestio, quo sensu unam ab altera repetant grammatici linguam. *Formalem* dixerim originationem, si id egerint grammatici, ut eam linguam priori loco posuerint, cuius formae ad Sanscriticam propius accedant; quemadmodum distribuere possis Romanicas linguas. *Historicam* appellarim originationem, si id significatum voluerint dispositione sua, eam linguam, quae alteram ordine excipiat, re vera huius esse filiam, utut hodierna nostra lingua Theotisca repetitur a media superioris Germaniae loquela, haec ab antiqua, qua usus est Otfriedus, quamque vel aetate antecellit Gothica. Formalem esse ab Indis constitutam derivationem, inde colligo, quod neque constent sibi grammatici, Çâurasenicam ex

gr. modo a Prâkritica praecipua, modo a Sanscritica repetentes, neque ullum vestigium est, unam harum dialectorum fuisse alia antiquiorem. Disposuere itaque grammatici iuxta puritatis et affinitatis cum Sanscrita discrimina. Eandem rationem sequuti esse videntur poetae in accommodandis ad scenicos usus hisce linguis. Pro *dignitatis* enim gradu, quem teneat pars quaedam fabulae, utitur lingua vel puriore vel magis impura. Quam rem si eruere volumus, consulendi sunt scriptores rei oratoriae. Tertium est hoc fontium genus, ex quo hauriri potest scenicarum linguarum notitia.

CAPUT SECUNDUM.

Technicorum de dialectis scenicis loci.

18. Laudavit Colebrookius in dissertatione de linguis Sanscrita et Prâcrita (As. Res. VII. 199. seqq.) duos locos ex opusculo quodam rhetorico, quod in usum Mânicyachandrae, regis Tîrabhuctensis concinnatum tradit. Alterius loci fontem indicare possum, siquidem codices quosdam Parisinos perlegenti in eum incidere mihi contigit. Legitur nimirum in libro de arte poetica, *Kâvyachandrikâ*, cap. II. (Cod. Par. cat. Ham. XCII.)

et componendus est cum alio, in libro eiusdem argumenti, *Kâvyâdarça* (Cod. Par. CXLIV.) obvio. Prioris a Colebrookio laudati loci vestigia indagare non contigit; apponam itaque Latine ex Anglica dissertatione conversum: »*Sanscrita*, *Prâkrita*, *Pâiçâchi* ac *Mâgadhî* quatuor nuncupantur poesis tramites. Divi hisque similes Sanscritico sermone utuntur; semidei benevoli (ab Indis *Yaxae* dicuntur) Prâkritico; malevoli (Râxasae) Pâiçâchico; homines inferiorum ordinum et ceteri Mâgadhico. Sapientes autem Sanscritam declarant praestantissimam quatuor harum linguarum; usurpatur ea quidem triplici modo, in prosaria oratione, in poesi atque in genere ex utraque mixto.«

Ultima haec non linguarum discrepantiam spectant, sed varium earum usum. Nil igitur attinet amplius de eis verba facere *). Cetera ut attingam, nimis breviter ea sunt dicta. Suppleri autem poterunt ex aliorum scriptorum locis, quibus edocemur, praeter deos regibus, sacerdotibus, aliis tribui Sanscriticum sermonem. Prâkrita haud dubie intelligenda est praecipua; sed vel haec praeter semideos quibusdam hominum generibus assignatur. Id miror, Mâgadhicam positam esse, omissam *Çâurasenicam*, quam dignitate

*) Sanscritice hoc legitur in Kâvyâdarça fol. 3. *a.* पद्यं गद्यं च मिश्रं च तत् त्रिधैव व्यवस्थितं। Mixtum genus est ex. gr. dramaticum et narratio quae dicitur *champû.* Audi scholiastam: मिश्राणि नाटकादीनि तेषामन्यत्र विस्तरः। गद्यपद्यमयाकापि चम्पूरित्यभिधीयते।

minime posthabendam esse illi scimus. Aut utraque laudari debuerat, aut neutra, comprehendendo eas sub generali Prâcriticae nomine. Pâiçâchica loquela in universum dicta est pro sermone hominum infimorum, nullo facto discrimine, Apabhrança omnino omissa.

19. *Kâvyachandrikâ* haec praebet:

तदेव वाङ्मयं विद्यात् संस्कृतं प्राकृतं तथा। अपभ्रंशं च मिश्रं च तस्य भेदाश्चतुर्विधाः ॥ संस्कृतं देवतावाणी कथिता मुनिपुङ्गवैः। तद्भवं तत्समं देशीत्यनेकं प्राकृतं विदुः ॥ Scholiastes addit:

तद्भवः संस्कृतभवः। खग्गादिशब्दः। तत्समः संस्कृतप्राकृतयोः समः। हिण्डीरहुण्डगत्यादिशब्दः। देशीति महाराष्ट्रीयादि। अपभ्रंशस्तु आभीरादिवाक्यं। मिश्रकं नाटकादिकं ॥

»Sciendum est, si quod ad sermonem attinet quaeris, eius esse quatuor genera, aut Sanscriticum aut Prâcriticum aut Apabhrançicum aut mixtum. Sanscritica numinum loquela a sapientum coryphaeis declaratur, Prâcriticam multiplicem agnoscunt, nimirum provincialem aut inde ortam aut ei parem.

»Schol. Inde ortum, i. e. ex Sanscrito, veluti खग्ग (Snsc.: खड्ग) et similia vocabula; ei par, i. e. in Sanscritica et Prâkritica idem, veluti हिण्डी, रुण्डी et similia (l. इति pro गति); provinciale, veluti Mahârâshtrica, et ceterae (dialecti provinciales); Apabhrança est lingua Abhîrorum aliorumque; mixtum, i. e. fabulae scenicae, aliaque poemata.«

Cum hoc loco prorsus consentit Dandî, ex cuius Kâvyâdarça duos versus excitavit glossator Sankshiptasârae:

तदेववाङ्मयं भूयः संस्कृतं प्राकृतं तथा। अपभ्रंशश्च मिश्रं चेत्याहुराप्ताश्चतुर्विधाः ॥

(I. आर्याः -विधं) संस्कृतं नाम दैवी वागन्वाख्याता महर्षिभिः । तद्भवस्तत्समो देशीत्यनेकः प्राकृतः क्रमः ॥ महाराष्ट्राश्रयां भाषां प्रकृष्टं प्राकृतं विदुः । सागरः सूक्तिरत्नानां सेतुबन्धादि यन्मयं (?) ॥ शौरसेनी च नाटी च गौडी चान्या च तादृशी । याति प्राकृतमित्येषु व्यवहारेषु *) संनिधिं ॥ आभीरादिगिरः काव्येष्वपभ्रंश इति स्थितिः । शास्त्रेषु संस्कृतादन्यदपभ्रंशतयोदितं ॥

»Quadripartitum docti dicunt sermonem; *Sanscriticum*, *Prâkriticum*, *Apabhrançicum*, *mixtum*. Sanscriticus deorum est loquela nuncupata a magnis sapientibus, inde ortus, ei similis, provincialis, sic multiplex est Prâkriticus ordo. Mahârâshtricae innitentem dialectum vocant Prâkriticam praecipuam ***); Çâuraseni, Nâṭî †), Gâurî, et quae praeterea eiusdem sit generis, sequitur in partibus huic illive provinciae propriis ordinem Prâkriticum; loquela Abhîrorum, hisque similium aliorum in poematis Apabhrança dicitur; sic est constitutum. In libris technicis (Lexica dicit scholiastes) Apabhrançae nomine appellatur quodque a Sanscrita diversum est.«

Explicatur in hisce locis Prâkrita per provincialis, at sumitur tamen Prâkrita pro sermone non Sanscritico in universum, quo sensu *déçî*, provincialis, dictum non reperitur, ita ut provincialis lingua tum denique pro Prâkritica accipi videatur, quum ad scenicos usus accommodetur. Non

*) Glossa marginalis: तद्‌द्देशीयव्यवहारेषु नाटकादिषु ।

**) Gl. marg. अमरकोषादिषु ।

***) Qui sequitur versus, corruptior est, quam qui Latine possit converti.

†) Quod nomen iam a Râmatarkavâgîça laudatum vidimus. Vid. Excurs.

ponunt rhetorici Prâkrita pro infimis dialectis scenicis. Has aut Pâiçâchicas aut Apabhrançicas appellant, idem facientes discrimen; nam propriae Abhîrorum aliarumque gentium barbararum sunt extra scenam linguae, in scena autem Pâiçâchicae aut Apabhrançicae. Mixtum genus ut taceam, triplex igitur est ordo sermonis: Sanscriticus, Prâkriticus, Apabhrançicus sive Pâiçâchicus; nam eodem dignitatis loco uterque a rhetoricis habetur; unus pro altero positus est in locis mox excitatis. Mâgadhicam cum Apabhrança componere, uti fecit Colebrookius As. Res. VII. 200. omnino caret ratione.

20. Triplex hoc sermonis genus iuxta cosmographiam suam videntur etiam distribuisse Indi, talibus argutiis summopere dediti. Deis enim quum Sanscrita tribuatur, semideis Prâkrita, Larvis et daemonibus Apabhrança et Pâiçâchî, divisio est ex mythologia, non ex scena petita. Simile distributionis genus sub eo latet, quod Râmatarkavâgîças Apabhrançicum sermonem serpentibus adscribit. Componi hoc potest quodammodo cum scenico usu, qui in universum linguas ita distinguit, ut Sanscrita sacerdotibus et regibus, Prâkritica praecipua, et dialecti huic simillimae Çâurasenica necnon Mâgadhica, iunioribus et inferioribus hominibus, atque mulieribus, Pâiçâchicus et Apabhrançicus sermo autem infimis hominibus, barbarisque assignetur. Neque ab hoc discrepant grammatici, qui eiusmodi divisiones sequuntur.

21. De partibus, quae cuivis dialecto in scena propria sit, locus est instar omnium *Sáhityadarpanae*, artis poeticae, quam conscripsit *Viçvanátha-Kavirájas*. Recentioris fuit is aevi, origine Bengalus; nil igitur mirum, si eum in numero dialectorum proxime ad Râmatarkavâgîçam accedere videas. Iam supra dictum est tantum numerum in nullo dramate inveniri. Descripseram prius locum e codice Londinensi p. 235. Editus est liber Calcuttae A. 1828. Ex utroque textum constitui.

पुरुषाणामनीचानां संस्कृतं संस्कृतात्मनां ।
शौरसेनी प्रयोक्तव्या तादृशीनां च योषितां ॥
आसामेव तु गाथासु माहाराष्ट्रीं प्रयोजयेत् ।
अत्रोक्ता मागधी भाषा राजान्तःपुरचारिणां ॥
चेटानां राजपुत्राणां श्रेष्ठिनां चार्द्धमागधी । (Cod. L. श्रेष्ठानां)
प्राच्या विदूषकादीनां धूर्तानां स्यादवन्तिका ॥
योधनागरिकादीनां दाक्षिणात्या हि दीव्यतां । (lege: दीयतां)
शक्कराणां शकादीनां शाक्करीं संप्रयोजयेत् ॥
बाह्लीका भाषा दिव्यानां द्राविडी द्रविडादिषु ।
आभीरेषु तथाभीरी चाण्डाली पुक्कसादिषु ॥
आभीरी शाबरी वापि काष्ठपत्रोपजीविषु । (Cod. L. काछ)
तथैवाङ्गारकारादौ पैशाची स्यात् पिशाचवाक् ॥ (L. - चके)
चेटीनामप्यनीचानामपि स्यात् शौरसेनिका ।
बालानां षण्डकानां च नीचग्रहविचारिणां ॥
उन्मत्तानामातुराणां सैव स्यात् संस्कृतं क्वचित् ।
ऐश्वर्येण प्रमत्तस्य दारिद्र्योपहतस्य च ॥
भिक्षुबन्धधरादीनां प्राकृतं संप्रयोजयेत् ।
संस्कृतं संप्रयोक्तव्यं लिङ्गिनीषूत्तमासु च ॥
देवीमन्त्रिसुतावेश्यास्वपि कैश्चित् तथोदितं ।
यद्देश्यं नीचपात्रं तु तद्देश्यं तस्य भाषितं ॥

कार्यतश्चोत्तमादीनां कार्यो भाषाविपर्ययः ।
योषित्सखीबालवेश्याकितवाप्सरसां तथा ॥
वैदग्ध्यार्थं प्रदातव्यं संस्कृतं चान्तरान्तरा ॥

एषामुदाहरणान्याकरेषु बोद्धव्यानि ॥

Addam scholia ex cod. Lond. descripta (p. 104.): अनीचानां उत्तममध्यमानां । संस्कृतात्मनां पण्डितानां चेत्यर्थः । तादृशीनामनीचानां । गाथासु श्लोकानां । अत्र नाटकादौ राजान्तःपुरचारिणां वामनादीनां । चेटानां भृत्यानां । प्राच्या गौरीया । धूर्तानां अक्षदेविनां (-वनिनां?) । दाक्षिणात्या वैदर्भी । पिशाचवाक् चेटीनामपि इत्यन्वयः । अनीचानां उत्कृष्टचेटीनां तु शौरसेनी । ग्रहविचारिणो दैवज्ञाः । सैव शौरसेन्येव । प्राकृतं शौरसेन्यादि द्राविडीपर्यन्तानामन्यतमं माहाराष्ट्री वा । लिङ्गिनीषु संन्यासादिचिह्नधारिणीषु । कार्यत इति उत्तमस्य राजान्तःपुरचारित्रे (-रिणो?) मागधी न तु संस्कृतं । एवमन्यत्रापि अत एवानर्घ्यराघवादौ राजपुत्रस्यापि रामचन्द्रादेरुत्तमकार्यकारित्वेनैव व्यवहारो वर्णितो न तु अर्द्धमागध्या । वैदग्ध्यार्थं वैदग्ध्यार्थज्ञापनार्थं । अन्तरा तत्तद्भाषायां । आकरेषु नाटकादिषु ॥

»Virorum nobilium et liberali institutione ornatorum propria est *Sanscrita* lingua; talibus mulieribus attribuenda est *Çdurasenî;* in earum autem cantilenis *Mahárâshṭricam* usurpare decet; *Mágadhica* dialectus propria declaratur hominibus, qui intimum regis palatium colunt; *Ardhamágadhica* ministris, filiis principis, negotiatoribus primariis; *Práchyá* (orientalis, *Bengalica* sive *Gáuri* secundum schol.) sannionibus, similibusque personis; *Avantica* (dialecto urbis Ujjayinî) utantur improbi (lusores schol.); *Dáxinátyá* (meridionali i. e. Vidarbhica, schol.) autem bellatores, oppidani, lusores; *Çákkari* tribuatur *Çakkaris*, *Çakis*, aliisque barbaris; *Báhlicarum*

dialectus divinis *); *Drâviri* Draviris, aliisque eius generis hominibus; *Abhîri* bubulcis (qui nomen trahunt a gente Abhîrorum); *Chândâli* hominibus ordinis repudiati (Parias nos dicere solemus); *Abhîri* aut *Çâbari* lignicidis; *Pâiçâchi* sit carbonariorum; lingua Piçâcharum tribuatur etiam ancillis, at praestantioribus tamen *Çâurasenica*, quae etiam pueris, spadonibus et inferioribus astrologis assignetur; eadem furibundis atque aegrotis, quibus interdum *Sanscrita* datur; hominis dominatione infatuati vel pauperie obruti, mendicantium etiam et captivorum partibus attribuas *Prâkritam* (aut praecipuam sive Mahârâshtricam aut scenicam dialectum quamlibet, schol.); Sanscrita tribuitur etiam ascetriis optimis. Cui provinciae proprium sit humile quoddam negotium, ab ea petatur sermo ei accommodandus. Etiam in optimis personis faciunda est mutatio loquelae secundum partes eis sustinendas; mulieribus, amicabus, pueris, hetaeris, lusoribus, nymphis coelestibus danda est interdum Sanscritica, interdum quaedam aliarum linguarum, ad significandam urbanitatem.«

---

*) *Bâhlîca* idem est ac Bâhîca, de qua voce fusius egi in libello de Pentap. Indic. p. 21. At distinctio, quam proposui, nulla est; nomen est veluti Gandhâra, populo et Pentapotamico et Bactriano: de Bactrianis autem in nostro loco cum Colebrookio cogitare noli. Vid. As. Res. X. p. 395. *divya*, divinis, mendum esse suspicor; scriptura codicis L. *dîvya* vox est nihili et silet scholiastes.

praecipua Prâkritica a Mahrattica hodierna, Çâurasenica a Braja Bhakhensi. Unde haec iactari potest dubitatio, utrum scenicae linguae olim in usu fuerint quotidiano hominum provincialium, qui hodie cognato quidem, veruntamen diverso sermonis genere utantur, an scenicae dialecti nil sint, nisi artificiosae aut Sanscriticae aut provincialium linguarum accommodationes ad scenicos usus. Posterior opinio probabilior visa est viro clarissimo Wilsoni *), eam propter rationem, quod dialecti hodiernae Mahrattorum, Mathurensium sive Çurasenarum, Bihârensium non eaedem sint atque eae, quae sub eodem nomine in scena olim obtinuerint. Aliam addit rationem, non posse non vel hodie scribi scenicas dialectos. Sed, quaeso, num aliter sese habet ipsa lingua Sanscrita aut Latina? quae utraque nostro aevo scribuntur a viris eas edoctis, licet multis iam abhinc annis e vitae consuetudine et ore hominum evanuerint, si paucos quosdam litteratos homines exceperis. Aeque fallax est prior ratio: nam, ut argumento utar, quod dicunt ad hominem, non multum sane proficiet vir clarissimus, si populares suos hodie lingua Anglosaxonica vellet appellare. Valeret argumentum, si probari posset, quo aevo primum in scenam adscitae fuerint dialecti theatrales, diversum fuisse Mahârâshtricum aliumve quotidiani usus sermonem ab eo, quem sub eodem nomine in scenam introducerent

*) Hind. th. I. LXV.

poetae. Posteriores enim poetae scenici, priorum exemplum secuti, non immutavere loquelam scenicam, sed retinuere talem, qualis a prioribus fuerat constituta, dum ipsae populares dialecti magnas passae sunt mutationes, utut est omnium linguarum usu sese conterentium fortuna. Edisci autem potest etiam hodie scenica loquela, sicuti Sanscriticam edocentur Indi, instructione grammatica, a nutricibus neutra accipi potest. Mutabilitati autem cautum erat in scenicis linguis, haud aliter atque in Sanscritica, ab eo inde tempore, quo primum lex et norma dicendi a grammaticis fuerit constituta, ita ut istud argumentum e diversitate scenicarum et provincialium dialectorum petitum, nil valeat, nisi aeque demonstratum fuerit, provinciales dialectos ab origine inde easdem remansisse, quae sint hodie. Hoc autem neque demonstrari potest, neque omnino fieri potuit. Explicari contra hodierna linguarum provincialium condicio nequit, nisi supponitur alia earum species, hodierna vetustior et Sanscritae magis congrua.

25. Probari itaque quum nequeat, provinciales dialectos ab origine diversas fuisse a scenicis, argumenta addam, quibus verisimile fiat, has ab origine in provinciis re vera obtinuisse, a quibus nomina traxerint. Ac primum quidem nominibus ipsis pro argumento utar; nam prorsus absurda sane foret appellatio, Mahârâshtrica, Çâurasenica, si ad provinciales linguas non referrentur, quum neque ab ordine quodam ho-

minum ita dicto, neque ab indole quadam linguis hisce propria desumtum esse possit nomen. Idem etiam valet de Mâgadhica; nam, licet Mâgadha praeconum ordinem significare scio, in scena Mâgadhica dialectus etiam aliis hominibus attribuitur atque ipsi praecones dicti sunt a provincia, quae etiam dialecto nomen imposuit.

Proximo loco contendo, scenicae poesis eam esse rationem, ut vix credibile sit, fabulas in scena fuisse exhibitas, quae lingua a vitae usu aliena essent conscriptae; id aliud est, si scenicae dialecti posthac ex usu hominum recesserint atque obsoleverint, in scena contra remanserint. Idem de usu ipsius Sanscritae linguae in fabulis seriori aevo conscriptis valet.

His rationibus accurate perpensis, consequi videtur, ut diversarum linguarum in scena usus repetendus sit a peculiari quadam Indicae vitae condicione quo tempore leges artis dramaticae a poetis Indicis primum constituerentur.

26. His accedit cognatio quae inter scenicam dialectum primariam et Pâlicam intercedit tam intima, ut vix dubitari possit, utramque ab origine eandem fuisse linguam. Id certum est, sacram Jâinicae sectae linguam haud diversam esse a primaria Prâkritica. Quam profecto suam non fecissent homines sectae, Brachmanas eorumque placita vehementer repudiantis, si nulli alii fundamento superinstructa esset scenica loquela, quam fecundo et subtili Brachmanum ingenio. Adoptare autem potuere eam in usum suum, si a provincialibus

hominibus quotidie usurparetur. Cur autem Maharattorum dialectus potissimum fuerit selecta, tum a scenicis poetis, quum a Jâinicis, id ex historia scenae Indicae atque religionis Buddhicae, quae etiam Jâinicam sectam progenuit, erit explicandum. Quod huius loci non est.

27. Primarium autem argumentum in ipsarum linguarum structura ponendum est. Quae in omnibus linguis provincialibus Sanscriticis eadem est, si principia et generales leges respicis; diversa quidem, at admodum sibi similis, si singulas formas, earumque elementa perlustras. Quam ob rem satis nostri consilii rationi faciemus, si quasdam harum linguarum accuratius investigabimus et demonstrabimus, quae sit eis grammatica indoles. In hac autem re agenda totam earum grammaticam exhibere neque patiuntur fines huic libro concessi, neque si paterentur, rei quam nunc agimus, melius consultum iri opinor. Declinandi igitur doctrinam mihi sumo in hisce linguis investigandam, quae eandem cum coniugationis legibus rationem sequitur. Praetermitto sonorum immutationes, quae nimis variae et multifariae sunt, quam ut hoc loco possint tractari; neque eis id efficiatur, quod propositum est nobis, nimirum structuram provincialium dialectorum ita describere, ut quod eas inter et scenicam loquelam discrimen intercedat, appareat. Nam mutationes elementorum, quas passa sunt vocabula Sanscrita in linguas hodiernas recepta, duas sequuntur normas satis diversas; quas

nisi recte distinguis, ad res prorsus sibi contrarias demonstrandas posses adhibere. Unum obtinet mutationis genus in vocabulis, quae antiquitus formata sive potius degenerata ex Sanscritico sermone in provincialem transmigravere; veluti Braja Bh. पोथी, liber, quod Prâkritice पोत्थओ, Sansc. पुस्तक, audit, aut जा, ire, Prâkr. जा, Sanscr. या, et sexcenta alia, quae si respicies, dices, elementorum mutationes in linguis hodiernis easque esse atque in sermone scenico, a quo hodierna verborum forma aut petenda sit aut explicanda. Quam rem denegare minime aggredior. At respiciendum etiam est alterum vocabulorum genus, quorum formae propius ad pristinas Sanscriticas accedunt, quam eae, quas eisdem vocibus tribuit lingua scenica. Exempla sint haec ex linguis Braja Bh., Penjabica, Mahrattica, Bengalica petita:

	Br. Bh.	Penjab.	Mahr.	Bengal.
	पुत्र, पुत्री.	प्रकास,	कर्ता, पुथुवी,	दीप, पृथिवी
Prâkr.	पुत्त, पुत्ती,	पकास,	कत्ता, पुहवी,	दीब, पुहवी
Sanscr.	पुत्र, पुत्री,	प्रकाश,	कर्ता, पृथिवी,	दीप, पृथिवी.

Quorum satis magnus est numerus. Ex his autem haud absurdum esset, si ea sola respiceres, concludere, hodiernas linguas magis genuinis Sanscritarum vocum formis abundare, quam scenicas. At enim vero falsus esset, qui ita ratiocinaretur. Linguae enim provinciales, praecipue in ore hominum Sanscrite edoctorum et in eorum libris, ex quibus etiam deducta sunt, quibus nos utimur, harum linguarum enchiridia, grammaticae, lexica, identidem recurrunt ad sanctum et ve-

tustum originis fontem, non solum quum vocibus careant ad notiones magis doctas significandas et quae ad elegantiam dictionis pertineant, sed etiam, quum corruptior sit vulgaris vocis forma, quam qua scriptionem suam foedare velint homines eruditiores. Quo factum est, ut duplices eiusdem Sanscritici vocabuli formae in eodem provinciali idiomate inveniantur, una magis Sanscritica, altera Prâkritica. Veluti Francogalli ex eadem Latina *ratione* et *rançones*, et *raisones*, et *rationes* effinxerunt suas. In vulgares enim Indicas dialectos vim suam exercere nunquam desivit mater Sanscrita, veluti Latina in linguas Romanizantes; contra in *formas* scenici sermonis vim exercuit nullam ex eo inde tempore, quo primum certam quandam loquendi normam scenae dialectis assignassent poetae scenici, eorumque dictis morem gerentes grammatici. Quo factum est, ut prorsus nulli mutationi obnoxiae remanserint scenicae dialecti et eaedem sint in Mrichchhakati, atque in fabulis intra trium novissimorum saeculorum spatium conscriptis. Mutuatur semper Sanscritas voces scena, sed immutat et inflectit iuxta leges sibi proprias. Mutuatur itidem sermo vulgaris, sed nulla facta mutatione, dum eae voces quas olim in se receperat, immutatae fuerant secundum leges et sibi et scenico sermoni a rerum natura praescriptas. Hinc explicandum est, quod in dialectis vulgaribus verba inveniuntur prorsus Sanscritica, veluti Bengalica तीक्ष्ण, तिरस्कृत, alia.

Exempla e Ms. 1. Ms. 2. *prhadhana* (प्रधान), them. plur. *prhadhanna*; *Bhalla*, th. plur. *Bhallam* (बल), *vatta* (वर्त्मन्) nom. plur. *vatta*, gen. *vattà-chia*; *buda* (बुध). nom. plur. *budy*, gen. *budym-chia*; atmã (आत्मा), plur. *atmé*, gen. *atmèam-chei*; *fallàm* (फल?), pl. *fallim*, gen. *falleàm-chim*; *guru*, (गुरु), plur. *gurua*, gen. *guruam-chei*; *vhasta* (वस्तु), plur. *vhastu*, gen. *vhastù-chia*. Observa nasalem, si additur, addi plerumque non nominativo sing. vel themati simplici, sed themati, quo utuntur casus singularis obliqui. Quod ex Careyi scriptura accuratiori magis apparebit: देव, them. sing. obliq. देवा, nom. plur. देवं, them. plur. obliq. देवां; नाव (i. e. नौ) tamen, quod neutrum est, cum aliis neutris nasalem non themati sing. obliq. sed nominativo plur. addit; them. cass. obll. नावे, nom. plur. नावा, them. plur. cass. obll. नावां. Regulam certam indicare omisit Portugallus, aeque atque Anglus. Addam exempla nonnulla e Careyo:

nom. sing.	thema obl.	plur. nom.	them. obl.	Sanscr.
पानन्द	न्दं	न्दा	न्दां	(ननान्दृ)
ससरा	र्या	रे	र्यां	(श्वशुर)
जावाई	वाया	वांई	वायां	(जामातृ)
साल्ली	ल्ली	ल्ल्या	ल्ल्यां	(श्यालो)
लेखणी	णी	णयां	णयां	(लेखनी)

Mutatio thematis in cass. sing. obliqq. rarior est in fem. et neutr. quam in masculino; in plurali congruunt cum masc. feminina et neutra, quae multa inter se habent communia, licet non omnino confunduntur, ut fit in aliis dialectis hodiernis.

32. Usitata itaque sunt duo pluralis signa, ubi sola terminatione is significatur, productio vocalis finalis et adiectio litterae nasalis. Postrema ratio frequentior est et in themate cass. obliqq. praevalet; productio aliave vocalis immutatio in themate obliquo rarius obvia est, saepius in nominativo pluralis. Consentit cum hoc usu etiam Penjabica dialectus; masc. in *ă* sola pro nasali in them. obliquo producunt vocalem: ज्ञन, th. obl. plur. ज्ञना. Fem. in a per pluralem habent आं, Masc. in आ nom. plur. in ए, cass. obliqq. thema in इयां terminant. Fem. in आ pluralem in आं formant. Nomina in इ, ई, उ, ऊ addunt आं, ut thema cass. obliqq. sit:

कवि,	nom.	plur.	कवी,	them.	obl.	कवीआं,	contr.	कवां,
मती	«	«	मतीं	«	«	मतीआं	«	मतां
प्रभु	«	«	प्रभू	«	«	प्रभूआं	«	प्रभां

मती feminum est et nasalem admittit etiam in nom. plur. veluti Br. Bh. पुत्रों. Nom. plur. Bengal. in ते desinit, mutato thematis fine in ए, ex. gr. ज्ञनेते, वापेते; nisi fallor nom. est plur. pronom. त.

33. Apparet igitur, plurali in linguis hodiernis thema casuum obliquorum nasale potissimum adhiberi; thema dico, siquidem verae casuum inflectiones huic nasali suffiguntur. Nasalis huius origo repetenda esse videtur ab usu Sanscritico litterae *N* ad contractiones casuum evitandas, veluti in neutris in *i* et *u*, in instrumentalibus *êna*, *inâ*, *unâ*, in genitivis pluralis *ânâm*, *înâm*, *ûnâm*, aliis, nisi mavis credere, neutrorum Sanscriticorum formas in *âni*, *îni*, *ûni*, omissa vocali finali,

in totum pluralem irrepsisse; cuius rei testimonio hoc posset adduci, quod feminina, cum quibus neutra in hoc plerumque consentiunt, etiam nominativo hanc formam attribuant, utpote a neutris Sanscriticis originem trahentia. At ex hac explicatione non patefit, cur etiam casibus singularis obliquis nasalis addatur. Magis igitur in eam sententiam inclino, esse nasalem litteram eandem atque illam, quae in Sanscrita inter vocales thematum et inflectionum inseritur, praecipue quum huius nasalis usus in Prâkrita latius pateat, quam in Sanscrita. Accidisse opinor in hisce linguis simile quid ei, quod in debili, quae dicitur, Theotisca declinatione factum scimus. Nominativi pluralis propria est terminatio nulla, sed latere videntur in vocalium productione et immutatione variae nom. pluralis antiquioris formae corruptae. Quas nunc indagare supersedeo.

34. Distinctio haec thematis casuum obliqq. a recto similis quodammodo est discrimini, quod in Sanscrita obtinet inter casus augmentatos et tenues, at differt tamen magnopere. Nam accusativus pluralis Sanscriticus tenui utitur forma, ita ut Nominativus cum vocativo pluralis solus sit, qui augmento formae gaudeat; quae divisio, ut vidimus, provincialibus linguis admodum communis est, at inversa est ratio, quum nominativus Sanscriticus auctus sit, casus contra obliqui provinciales augmentum sibi arrogent. Similitudo itaque est magis speciosa, quam vera; principium

idem, effectus contrarius. Idem autem discrimen constat olim linguis quibusdam Romanicis fuisse proprium, licet singularis ita distinctus praeter Mahratticum in India haud frequens sit. At vel ex hoc tamen id apparet, quod potissimum demonstrare constitui: in hodiernis dialectis Sanscriticis interiisse omnino pristinae linguae structuram, novamque in eius locum fuisse suffectam tam diversam, ut exstrui nequisset, nisi antea iam eversae fuissent et Sanscriticae formae et ex his deflexae Prâkriticae.

35. Perlustrabo nunc singulatim casuum terminationes. Nominativus singularis nullam habet inflectionem peculiarem; terminatio ipsa genus a Sanscrito translatum interdum significat. Corruptiores itaque sunt dialecti vulgares, quam scenicae, in quibus nominativi Sanscritici vestigia semper remanent quaedam certa, ut *ó* sive *é* pro *as*, *í* pro *is*, *ú* pro *us*, *am* pro *ân* et sic porro.

36. Casuum obliquorum thema potissimum distinguitur in lingua Mahrattica et hunc quidem in modum: *a* mutatur in *á* et *é*: देव-देवा, नाव-नावे; *á* et *é* assumunt *y*: ससरा-ससर्या; मिरे-मिर्या; *i* addit sibi *á*. *ú* mutatur in *á*; जावाई-जावाया; लेकरू-लेकरा; *ó* addit *á*, ante quam vocalem *ó* aut in *av* dissolvitur aut eliditur: विस्तो-विस्तवा, बायको-बायका. Quaedam nomina, potissimum feminina et neutra, statum obliquum in singulari non admittunt. Huic autem themati adduntur casuum inflectiones, quae pro nullis thematum varietatibus variantur, sed in quovis nomine prorsus eaedem remanent; un-

de apparet, in hoc themate Mahrattico confusas et permixtas esse prioris linguae terminationes, quae quum casuum discrimina indicare non amplius valerent, inventae sunt novae formae, quibus quisquis casus distingueretur: vestigia priorum formarum in hoc singularis Mahrattici themate latentia investigare alienum est a nostro proposito. Inflectiones autem, quae themati obliquo in Mahratta, themati singularis communi in ceteris dialectis, subiunguntur, eaedem sunt in singulari et plurali; unde certo certius fit, eas inventas aut suffectas demum fuisse post amissas aut depravatas et Sanscriticas et Prâkriticas terminationes, quae singularem ubique a plurali distinguunt.

37. Inflectiones hae sunt:

Br. Bh. Gen. कौ, के, की. Dat. et Acc. कौं.

Penj. Acc. नू, Instr. ने, Dat. तांइ, Abl. ते, Gen. दा, Loc. विच.

Beng. Acc. के, Instr. एते, Dat. के, एरे, Abl. एते, इइते, Gen. एर्, Loc. ए, s. एते.

Mah. (C.) Acc. / Dat. } स s. ला; nomina rerum inanimatarum nullum habent Acc. signum.

Intr. न vel ने.

Abl. हून्, तून्, ऊन्. Adduntur haec affixa nomini cuidam significationis *localis*, quod substantivo inflectendo adiungitur, ex. gr. वर्, पास (= पार्श्व) ita ut valeat haec forma: inde a latere vel parte superiori rei et s. p. Eodem modo ipsum affixum तून् formatum

est ex locativo त् et ablativo उन्. Eandem rationem sequuntur ablativi scênici pluralis in हिन्तो et सुन्तो, ex instrumentali हिं et locativo सुं et ablativi adverbio तो conflati.

Gen. Masc. चा, Fem. ची, Neutr. च, Commun. चे.

Loc. त् vel ई.

Ms. Accusativum et Dativum in *là* sive *nâm* fingit; postremum tamen haud dubie instrumentalis est. Cum ablativo confundit Portugallus Locativum; si utrumque distinguis, locativum habes singularem in *e* (*è*), pluralem in *xim* (i. e. सिं), utut legitur in paradigmatis; nam quod in regula ponitur *im*, posthac non recurrit; restat *passuna* ablativi forma, est autem ea nil nisi ablativus vocis auxiliaris *pâsa*.

Etiam genitivi singularem et pluralem distinguit idem:

Mas. S. *zzà*; Fem. S. *chy*; Neutr. S. *zzàm*;
Pl. *chei*; Pl. *chià*; Pl. *chem* (*chim*).

De *chè* addit: serve para todos os genros; usurpandum nimirum in omnibus generibus, quando nomen, quod genitivum postulat, in casu quodam obliquo positum est. Pluralem recte propositum esse reor propter originem huius formae apud Mahrattas ex adiectivo. Schema igitur hoc est: Acc. Dat. *là* (et *s*); Instr. *na*, *nê* (C.) *nâm* (Ms.); Abl. *hûn*, *ûn*, *tûn*, Loc. *t*, s. *é*, (plur. *xim* Ms.); Genitivi:

Sing. Mas. चा = *zzà*. Fem. ची = *chy*. Neutr. च = *zzàm* (s. चं).
Plur. « *chei*. « *chià*. « *chem*.

Obliq. चे = *chè*.

38. Genitivum hunc ab adiectivo oriundum esse intellexerat iam Careyus. Mahratti nimirum non dicunt patris equum, oppidi cives, sed paternum equum, oppidanos cives. Adiectivum autem quum sit, facile apparet, cur terminatio pro vario regiminis genere varietur, ideoque satis probabile est, quod profert Portugallus noster, huius genitivi pluralem diversum esse a singulari; adiectiva cetera nominativum pluralem formant in *è*, *ià*, *im; ei* igitur paullo differt ab *è* adiectivorum. Formam tribus generibus communem in *chê* re vera casum esse obliquum, cui nullae aliae inflectiones adduntur, utpote supervacaneae, quum regimen ipsum casus prae se ferat signum, ideo eidem auctori credo; nam alium eius usum indagare nequeo.

Coniecturam vix dices, si eandem originem genitivo Br. Bh. tribuo. को mascul. adiectivv. est nom. sing., के casuum obliqq. forma, की fem.; iuxta hoc schema distribuendae sunt tres istae terminationes. Quum autem constat, palatales litteras originem debere gutturalibus (Ind. Bibl. III. P. 34.) terminationes a च incipientes vix originitus diversae fuere ab illis in को, के, की. Adiectivi haec forma in क (अक, इक) notissima est in lingua Sanscrita, quod autem magis memoratu dignum est, in dialecto Vedarum idem adiectivum invenitur pro gen. pronomm. plurall. 1mae et 2dae personae (Rosen. Journ. of Educ. 1834. 348.). युष्माक itaque, adiectivi possessivi more constructum, idem prorsus est atque genitivus Mahâràshtricus. Sans-

criticum युष्मकं cum omni genere et casu coniunctum, originis sane prorsus est oblitum neque probabiliter disputarit, qui ex duobus huius usus exemplis Sanscriticis, युष्माकं et अस्माकं, sine ope vetustioris dialecti haud facile intelligendis, Mahratticum genitivum repetiverit. Nec vestigia talis formae praebet scena. Fluxitne itaque ex primaeva Vedarum loquela, in populi ore propagata et conservata? Vix crediderim, siquidem etiam alia adsunt exempla, quibus edoceamur, resuscitari interdum in linguis formas, quarum memoria iam ante longum tempus obsolevit. Ex adiectivis igitur Sanscriticis in क, quae agnoscit pariter scenicus sermo, derivandos istos genitivos in को, के, की, चा, ची etc. opinor et qui inde deductus videtur accus. Br. Bh. in कें. Num inde fluxerit etiam Bengalicus dativus et accus. in के, ignoro.

39. Accus. Mahr. in ला nomen continet Sanscriticum corruptum, quo locus designatur, veluti समीप, मध्य, similia in quibusdam aliis casibus usurpantur. Originem autem indicare nequeo, suspicor tractam esse a Sanscritica voce आल, habitatio, quae in nominibus regionum saepius recurrit et domicilium significat; *Himâla* dixit iam Manus, *Panchâla* et *Sinhâla*, unde *Sinhala*, nota sunt vocabula. Obiter moneo e radice ला, non ली derivandum esse hoc vocabulum; ex hac formatur आलय, ex illa sine affixo fit आल, sicuti द in compositis e दा et similia. ला antiquiorem radicis speciem eodem sensu quo ली,

eruit Windischmannus meus in Sankara p. 165: Dativus quum notionem contineat personae vel rei, in qua quasi subsistit actionis ratio, domicilii vocabulum ei designando commode adhiberi potuit; translatio est, quum ad accusativum eadem terminatio refertur, licet notio loci, in quem tendat actio, ad transitivi casus rationes facile possit accommodari. Accus. in स् originem indagare non contigit; nam vetustae formae accus. plur. in *ns* (vide Bibl. Ind. III. p. 53.) tam vivida vix remansit memoria, ut inde propagata sit haec inflectio.

De ablativo in तून् iam supra dixi (37.); formam in ऊन् ortam suspicor ex हून्, quae, nisi fallor, coniuncta est cum ablativis scenicis in *hintó* et *suntó*, conflatis in *hunto*, omissa posthac syllaba finali *tó*. Quod si recte conieci, exemplum est arctioris inter praecipuam Prâkritam vinculi et Mahratticam, quod asseverant grammatici.

Instrum. Mahr. in *na*, *né*, *nâm* fluxisse ex instrum. sing. Sanscr. et Prâkr. *éṅa*, *ṅâ*, quis est quin videat? Id tantum moneo, arctius hoc coniunctum esse cum scenicis dialectis, quae sexcenta vocabula in declinationem primam transferunt, quo fit, ut plurimi instrumentales in एण exeant, pauciores in णा.

Locativus plur. in *xim* haud dubie Prâkriticus est in सुं; singularis in तू ex ablativo scenico in *tó* deflexus videtur; loc. in ई e Sanscrita et Prâkrita conservatus producta vocali.

Argumentum est etiam hoc eius rei, in qua

insistunt grammatici, Mahratticam linguam cohaerere cum scenica praecipua.

40. *Penjabicus* instrumentalis in ने eiusdem est originis atque Mahratticus, ablativus in ते ex Prâkritico in तो, genitivus in दा ex ablativo Prâkr. in दो depravatus videtur. De accusativo certi quid statuere nequeo; in dativi inflectione तांइ iterum agnosco particulam a त incipientem, sed quaenam illa sit, ignoro, nisi sit तो Prâkritica in ता corrupta, addito Prâkr. locativo in *ammi*. Locativus Penj. recentioris est originis, et derivandus a विषये, quod in prosario Sanscritico sermone saepenumero nominibus additur eo sensu, ut sit, quod attinet ad.

41. *Bengalicus* locativus in ए ex Sanscr. et Prâkr. primae declin. originem ipse fatetur. Forma एते, quae et locativo et instrumentali et ablativo tribuitur, particulam ते e Prâkrit. तो oriundam praebet; ए praecedens ad statum nominis obliquum pertinere reor; nam in ablativo इइते eadem particula suffixa est et इइ vel इ, fragmentum nominis auxiliaris, a भू Sanscr. repeti posset. Confer tamen हून् Mahratticum. De के supra dixi. Genitivus एर् mutatio Sanscritici स् in र् esse videtur, ए ad thema obliquum pertinente. Dativus in एरे genitivi cum locativo in ए coniunctio est; recordare genitivo eodem modo suffigi signum pluralis.

42. His ita perlustratis satis evictum arbitror id, quod efficiendum mihi proposui. Invenimus enim structuram declinationis Sanscriticae et Prâ-

kriticae prorsus eversam, easdem inflectiones singulari et plurali accommodatas et novum discrimen in quibusdam declinationibus inventum inter casus rectos et obliquos. Qua re probatur, serioris aevi esse declinationem provincialem, quam scenicam, quae regulis certis ex Sanscrita derivatur et tantum pauca quaedam innovat. In ipsis provincialibus inflectionibus quaedam sunt vestigia declinationis Sanscr. et Prâkriticae, modo distincta, modo paullo obscurata; alia sunt innovata et condicionem arguunt structurae grammaticae prorsus dissolutae, novisque auxiliis denuo reinstauratae.

Eadem autem res quum in tota provincialium Sanscriticarum dialectorum grammatica cernatur, concludo, eas posterioris esse originis quam scenicas. Inter Sanscriticam tamen linguam et hodiernas eius filias tam diversa est grammatices ratio, ut certum sit, non uno lapsu, ut ita dicam, delabi potuisse linguam pristinam in eam condicionem, quae in provincialibus dialectis reperiatur. Intermedius igitur status inter pristinum et hodiernum sermonem fuerit, necesse est. Intermedius autem hic status haud dubie varius fuit, initio propius ad Sanscritam, posthac propius ad provinciales dialectos accedens.

43. Prima autem (si Pâlicam excipis) degenerare et sese immutare incipientis Sanscritae forma in scena invenitur, a cuius sermone itaque haud magnopere abhorruisse credenda est prima illa Sanscritae immutatio, quae

demum hodiernas dialectos progenuit; prorsus eandem non dico, simillimam fuisse contendo. Quod si recte contendo, nil obstat, quo minus credamus, scenicas etiam dialectos quondam in usu hominum provincialium fuisse. Idem suadent et nomina eis a grammaticis imposita et scenicae poesis ratio.

Heic autem subsistendum puto; nam singula argumenta, quibus hanc possim sententiam confirmare, proferre nequeo, nisi totum et scenicum sermonem et provincialem in iudicium vocaro. Id tamen diserte addendum censeo, me non abnuere, si quis dixerit, scenicas dialectos non prorsus puras fuisse provinciales linguas, sed paullisper immutatas, ut melius cum indole personarum quae eis utantur, consonarent. Cuius rei id potissimum est argumentum, quod duplices interdum in scena reperiantur formae, una propius ad provincialem sermonem accedens, altera mollior et ut ita dicam magis feminina. De qua re in sequentibus videamus

44. Itaque, ut finem huic disquisitioni imponam, duae sermonis Sanscritici degenerati familiae exstant; una vetustior et haud summopere depravata, ad quam pertinent et Pâlica lingua et scenicae dialecti; altera, recentius orta et per provincias Indiae hodie dispersa, a matre magis diversa. Priores germanae sunt Sanscritae filiae, posteriores neptes, at id quoddammodo dubium est, utrum filiae sint priorum, an neptes ex sororibus. Aetatem si quaeris, priores ante initia

nostrae aerae natas fuisse, historia religionis Buddhisticae et scenae Indicae coarguit; posteriorum natales ante annum Christianum millesimum ponendas esse, probabili demonstratione evinci potest. Haec quaestio a nostro negotio aliena est, illam delibare debemus.

45. Constat itaque, Pâlicam linguam sacram esse linguam Bâuddharum meridionalium, id est eorum, qui versus meridiem ab oris Kalingae potissimum solventes, religionis Buddhaicae doctrinam primum in Taprobanen insulam transtulere, indeque in Indiam ultra Gangem transvecti late propagaverunt. Ista lingua a Sanscritico fonte eodem prorsus modo derivata est, atque Prâkrita praecipua, decurtata vetustioris linguae structura, nullis sive paene nullis adiectis novis inventis; uno tamen, ut ita dicam, gradu antiquior quam scenicus sermo, ceteroquin arctissimo vinculo cum Prâkrita praecipua coniuncta, saepe ab ea omnino non diversa. Cuius rei in caussa nil aliud fuisse potest, quam id, quod haec prius ad litterarios usus accommodata fuerit, quam illa. Ut dicam, quod sentiam, uno saeculo commode orta esse possunt discrimina, quibus Pâlica a Prâkrita distinguatur. Cohaeret autem Pâlica lingua cum emigratione Buddhaicae doctrinae in terras meridionales, ipsa autem in India sine ullo dubio nata est *). Utrum statim ab initio lingua Pâlica

*) Essai sur le Pali, cap. IV. p. 138. seqq.

usi sint Bâuddhae meridiem petentes, necne, quaestio est satis obscura; verum enim vero, quum initia emigrationis in Taprobanen ante annos ante Chr. n. 628-543 vix ponere liceat, eo aevo vetustior vix erit Pâlicae dialecti accommodatio ad religionem Buddhae docendam; quanto iunior sit illo aevo, alii, historiae huius sectae enuncleandae operam navantes, videant. Prâkritam autem scenicam quadringentisimo ante Chr. n. anno vetustiorem vix crederem, nec tamen ultra saeculum iuniorem; nam in Mrichchhakati, dramate ante Chr. n. probabiler scripto, et quidem, si traditioni Indorum fides habenda sit, circa ducentesimum ante Ghr. n. annum *), Prâkriticus sermo iam utitur norma prorsus eadem, atque in recentioribus fabulis neque ab illo inde tempore immutatus est. Scenam autem ipsam si respicis, sciendum est, utrum ea ab initio varias admiserit dialectos, necne, antequam eius aetatem cum aetate dialectorum scenicarum coniungas.

46. Mentionem tantum iniiciam, sententiae, a Leydenio quondam emissae, iuxta quam *Zendica* lingua cum origine dialectorum scenicarum coniungenda sit. Nimirum Zendicam suspicatus est vir clarissimus eandem esse linguam atque Çâurasenicam **). Coniectura est, quam refutare hodie possum supersedere, postquam Zendicae linguae in medium prolata est cognitio si non perfecta,

---

*) Vid. Wilsonem Hind. th. I. 6. ed. alt.

**) As. Res. X. p. 283.

tamen tanta, ut de hac quaestione iudicium ferri possit. Zendica lingua soror est Sanscriticae germana, non filia, neque obstat, quo minus hoc credas, quod in quibusdam, in quibus Zendica a genuina atque innata forma deflexa sit, ut in mutatione terminationis *as* in *ó*, idem mutationis genus in scenica loquela usurpetur. Quod forsitan non casu quodam accidit, sed a vicinitate locorum repetendum est, non ita tamen, quasi aut Bactriani Prâkritice loquentes imitati essent, aut hi illos, sed ita, ut inde ab antiqua quae eadem ante consummatam Iranicae et Indicae linguae separationem proxima fuerit, vicinitate, sonorum inclinationes ad certas mutationes eaedem in utraque lingua remanserint. De qua re hoc loco non dicam, quandoquidem intra Indiae fines stricte subsistere constitui. Probe scio, permultas esse similes rationes inter derivatas ex Sanscrita dialectos et alias, quas enixae sunt Brachmanicae linguae sorores, Iranica, Graecanica, Latina, aliae, et summopere laudo, qui hisce analogiis detegendis operam navent; equidem per hunc librum Indica ex Indicis, quantum in me sit, illustrare atque enarrare malo.

47. Alia est quaestio, quam hoc loco aggredi non licet, utpote longiorem, quam ut accurate tractari possit, nisi extra grammatici huius operis fines longe excedam. Quaestionem intelligo de caussa, qua permoti poetae in scenam tam variam sermocinationem introducerent. Id certum est, praecipuam positam fuisse rationem in condicione so-

cietatis Indicae, quibus temporibus et locis primum exculta et ad legitimam normam adstricta fuerit scenica poesis; ad cuius historiam potius quam ad grammaticam pertinet haec disquisitio. De distributione dialectorum inter varias fabulae personas quas praescribant technici regulas, supra exposui. Usum poetarum saepius ab hisce regulis abhorrere, facile inveniet, qui vel unam fabulam perlegerit. Sed melius de hac re disputabitur, quum indagatum fuerit, quaenam re vera in fabulis dialecti nobis innotuerint. Nam omnia quae a rhetoricis laudantur sermonis discrimina, in scena non reperiri, iam observavi.

CAPUT QUARTUM.

De operis huius ratione.

48. Propositum mihi est grammaticam docere omnium dialectorum, quae in vetustorum indigenarum grammaticorum libris docentur vel in fabulis mihi notis inveniuntur. Vetustos dico grammaticos Vararuchem et Hemachandram. A praecipua Prâkrita incipiam, quae primum tenet locum apud grammaticos, cuiusque plurima specimina in dramatis exstant. Catalogum personarum, quae in fabulis adhuc editis hoc sermonis genere utuntur, ad calcem libri secundi invenies.

Duplex ut vides fontium est genus, ex quibus et huius et ceterarum dialectorum cognitio potest hauriri, grammaticae et fabulae. Taceo alia praecipuae Prâkriticae specimina in aliis poesis generibus et in libris Jâinorum, cum fabulis prorsus consonantia. Una atque constans sibi est in universum praecipua Prâkritica, si Çâurasenicam, Mâgadhicam, aliasque dialectos cum ea confundere cavebis; discrepant tamen in levioribus quibusdam rebus quum poetae inter se aeque atque grammatici, tum hi ab illis; sunt denique in plerisque libris et editis et manuscriptis menda modo aperta, modo veri speciem prae se ferentia.

50. Quae quum ita sint, rationem sequi constitui hancce. Proponam primum regulas a Vararuche datas; his addam ex ceteris grammaticis quae enotavi notatu digna; ultimo loco exponam, in quibus vere differat ab his usus poetarum. Menda, quae minus providum possint fallere, in iudicium vocabo; per se patentia silentio praetermittam et futuris fabularum editoribus emendanda relinquam.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Quatuor Vararuchis capita priora e codice Londinensi.

श्री गणेशाय नमः ॥

जयति मदमुदितमधुकरमधुररुताकलनघूर्णितापाङ्गः ।
करविहितगण्डकण्डूविनोदसुखितो गणाधिपतिः ॥ १ ॥
वररुचिरचितप्राकृतलक्षणसूत्राणि लक्ष्यमार्गेण ।
बद्धा *) चकार वृत्तिं संक्षिप्तां भामहः स्पष्टां ॥ २ ॥

Caput I.

आदेरतो **)ऽधिकारोऽयं ॥ १ ॥ I. अ

अदित ऊर्द्धमनुक्रमिष्याम आदेरतः स्थाने तद्भवति। इत्येवं वेदितव्यं। आदे-रित्येतद् आ परिछेदसमाप्तेरत इति च। आ अकारविधानात्॥

---

*) बुद्धा?

**) Cod. अतः अधि.

अा समृद्ध्यादिषु वा ॥ २ ॥ *)

समृद्धिरित्येवमादिषु शब्देष्वादेरकारस्य अाकारो भवति वा। समिद्धी सा-मिद्धी। पअडं पाअडं। अहिजाइ अाहिजाइ। मणंसिणी माणंसिणी। **) पडिबआ पाडिबआ। सरिछं सारिछं। पडिसिद्धी पाडिसिद्धी। पसुत्तं पासुत्तं। पसिद्धी पासिद्धी। अस्सो अास्सो॥ समृद्धिप्रकटाभिजाति ***) मनस्विनीप्रतिपत् सदृक्षप्रतिसिद्धि ****) प्रसुप्तप्रसिद्ध्यश्वाः। अाकृतिगणोऽयं॥

इदू ईषत्पक्वस्वप्नवेतसव्यजनमृदङ्गाङ्गारेषु ॥ ३ ॥ †)

ईषदादिषु शब्देषु अादेरतः स्थाने इकारादेशो भवति। वेति निवृत्तं॥ इसि। पिक्कं। सिविणो। विडिसो। विअणो। मुइङ्गो। इङ्गालो॥

लोपोऽरण्ये ॥ ४ ॥

अरण्यशब्दे अादेरतो लोपो भवति। रण्णं॥ ††)

ए †††) शय्यादिषु ॥ ५ ॥

शय्या इत्येवमादिषु शब्देषु अादेरत एकारादेशो भवति॥
सेज्जा। सुन्देरो। उक्केरो। तेरहो। अच्छेरं। पेरन्तं। वेल्लि॥
शय्यासौन्दर्योत्करत्रयोदशाश्चर्यपर्यन्तवल्ल्यः॥

ओ बदरे देन ॥ ६ ॥ ††††)

बदरशब्दे दकारेण सहादेरत ओत्वं भवति। बोरं॥

---

*) समृद्ध्यादेरादेरकार अाकारो वा भवति। लोकानुसारात् प्राकृते, सामिद्धी समिद्धी वा। etc. S. S. (Sanx. Sâr.)

**) Alias etiam मणास्सिणी।

***) Cod. अभिजात.

****) Cod. प्रतिस्पर्द्धि.

†) Nescio, quid h. l. sibi velit vox ईषत्, et aliae, quarum syllaba prima vocalem अ non continet.

††) Cod. रण्णं. Emendationem stabilit S. S.

†††) om. Cod.

††††) Cod. देना.

लवणनवमल्लिकयोर्वेन ॥ ७ ॥

लवणनवमल्लिकयोरादेरतो वकारेण सह ओकारः स्यात्॥ लोणं। णोमल्लिआ॥

मयूरमयूखयोर्य्वा वा ॥ ८ ॥ *)

मयूर मयूख इत्येतयोर्यूशब्देन सहादेरत ओत्वं वा भवति। मोरो मऊरो। मोहो मऊहो॥

चतुर्थीचतुर्दश्योस्तुना वा ॥ ९ ॥

[चतुर्थीचतुर्दश्यौ इत्येतयोस्तुशब्देन] **) सहादेरत ओत्वं भवति वा। चोत्थी चउत्थी। चोद्दही चउद्दही॥

अद् आतो यथादिषु वा ॥ १० ॥ II. आ

अत इति निवृत्तं। यथा इत्येवमादिष्वातः स्थाने अकारादेशो भवति वा॥ जह जहा। तह तहा। पत्थरो पत्थारो। पउअं पाउअं। तलवेण्टअं तालवेण्टअं। उक्खअं उक्खाअं। चमरं चामरं। पहरो पहारो। चडु चाडु। दवग्गी दावग्गी। खइअं खाइअं। संठइअं संठाइअं। हलिअं हालिअं॥ यथा तथा प्रस्तार प्राकृत तालवृन्तकोत्खात चामर प्रहार चाटु दावाग्नि खादित संस्थापित हालिकाः॥

इत् सदादिषु ॥ ११ ॥

सदा इत्येवमादिष्वात इकारो भवति वा॥ सइ सआ। तइ तआ। जइ जआ॥ सदा तदा यदा॥

एद् इतः ***) पिण्डसमेषु ॥ १२ ॥ III. इ

पिण्ड इत्येवंसमेषु इकारस्यैकारादेशो भवति वा॥ पेण्डं पिण्डं। णेद्दा णिद्दा। सेन्दूरं सिन्दूरं। धम्मेल्लं धम्मिल्लं। वेण्हू विण्हू। पेट्ठं पिट्ठं॥

---

*) Cod. यावा। et omiss. वा.

**) Uncis inclusa desunt in cod.

***) Cod. इतं.

पिण्डनिद्रासिन्दूरधम्मिल्लविष्णुपिष्टानि ॥

समग्रहणं संयोगपरस्योपलक्षणार्थं ॥ *)

अत् पथिहरिद्रापृथिवीषु ॥ १३ ॥

पथ्यादिषु इकारस्याकारो भवति वा ॥

पहो । हलद्दा । पुहवी ॥

इतेस्तः पदादेः ॥ १४ ॥

पदादेरितिशब्दस्य यस्तकारस्तस्मात् परस्येकारस्य अकारो भवति ॥ इअ उअ-हअपावअणं । इअ विसन्ति उचिरं ॥

पदादेरिति वचनादिह न भवति । पिओतु ॥ **)

उद् इक्षुवृश्चिकयोः ॥ १५ ॥

इक्षुवृश्चिकयोरित उत्वं भवति ॥ उच्छु । विच्छुओ ॥ ***)

ओ च द्विधाकृञः ॥ १६ ॥

कृञ् धातुप्रयोगे द्विधाशब्दस्यौकारो भवति वकारादुत्वं च ॥ द्विधाकृतं । दोहा-इअं । दुहाइअं ॥ ****) द्विधा क्रियते । दोहाइज्जइ । दुहाइज्जइ ॥

ईत् †) सिंहजिह्वयोश्च ॥ १७ ॥

---

*) इत एद्वा । संयोग इति वर्तते । आदेरिकारस्य संयोगे परे एकारो वा भवति । पेण्डं पिण्डं । धम्मेल्लं धम्मिल्लं । केंसुअं किंसुअं etc. pro hac regula ponit Hema Chandras (H. Ch.)

**) Lege: पिओत्ति ।

***) Cod. विच्छूओ. cf. §. 28.

****) Legendum coniector दुहाकअं । दोहाकअं ॥ quas formas praebet S. S. In ipsa regula autem corrigo ओ वा - et in scholio उत्वं वा. Mutatio in उ e regula praecedente repetitur, eo spectat regulae addita vocula वा.

†) Cod. इ.

सिंहजिह्वा इत्यनयोरादेरिकारस्य ईकारो भवति। सीहो। जीहा॥ चकारो ऽनुक्तसमुच्चयार्थः। तेन वीसत्थ वीसम्भ इत्येवमादिषु ईत्वं भवति॥

इद् ईतः पानीयादिषु ॥ १८ ॥ IV. ई

पानीय इत्येवमादिष्वीकारस्य इकारो भवति॥ पाणिअं। अलिअं। वलिअं। तअपिअं। करिसो। विइअं। तइअं। गहिरं॥ पानीयालीकव्यलीकतदानीं- करीषद्वितीयतृतीयगभीराः॥

एन् नीडापीडकीदृगीदृशेषु ॥ १९ ॥

नीडादिष्वीकारस्यैकारो भवति॥ नेडं। आपेलो। केरिसो। एरिसो॥

उत ओ तुण्डरूपेषु ॥ २० ॥ V. उ

Mutationes Prâkriticae elementi Sanscritici ऋ fiunt, aut ita ut 1) sonus retineatur, elementum autem caninum naturam induat consonantis, per इ breve efferendae, aut 2) ita, ut omittatur prorsus elementum consonantis et vocalis tantum sonus remaneat; potest haec vocalis esse अ, s. इ, s. उ, rarius ए. Haec singulatim tractanda sunt.

1. रि pro ऋ (cf. Var. I, 30.) potissimum invenitur initio vocis, nulla consonante praecedente (ऋादेरयुक्तस्य). Exempla sunt रिक्ख pro ऋक्ष, रिण pro ऋण, Var. I, 30. रिछ pro ऋच्छ, III, 30. Quae in talibus vocibus in editionibus dramatum huc illuc inveniuntur ऋ initiales, tute poteris emendare. Locus M. R. 130, 3. in cod. Par. scribitur: रिउसंतमणाउत्तुंग्रा तम्रहि pro ऋतुम्रा ed. Calc. Expunge त alterutrum propter versum. *). Mr. 151, 13. ed. Calc. emenda रिच्छीए pro ऋच्छीए et sic ubique.

Semper tamen ऋ initialis non hunc in modum immutatur; ex. gr. उदु dicitur pro ऋतु, इसि pro ऋषि. Vid. infr. Facilis explicatu est haec mutatio, quandoquidem eo sono (rĭ) effertur per plerasque provincias vocalis quae a grammaticis Indicis ponitur ऋ. Alia igitur est eiusdem soni scriptura, per consonantem et vocalem.

ऋ cum consonante coniunctum eique adiectum naturam verae vocalis magis iam exhibet.

---

*) Aryâ est.

Tale ऋ ideo plerumque in vocalem aliam transire solet. Exceptio sola, quam indagavi, versatur in vocibus pronominalibus cum दृश्, दृश et दृक्ष compositis. Horum vocabulorum ऋ enim, licet consonanti adiectum, elementum suum caninum non amittit. sed tam strenue tuetur, ut praecedens द assimiletur litterae caninae, post mutationem vocalis ऋ in रि. Tenendum est, litteram र, quae ceteris consonantibus cedit, locum suum asserere posse post द (Var. III, 4. द्रोह v. द्रोह etc.). Idem fit in vocabulis तारिस pro तादृश, अम्हारिस pro अस्मादृश, cet. quae Var. I, 30. et infra leguntur; repetenda enim sunt a तारिस etc. elisa littera द. Compositae quum hae sint voces, hoc ऋ non initiale quidem est, at in prima tamen syllaba positum simplicis rad. दृश.

Regulam generalem, iuxta quam र praecedenti consonanti assimilatur (Var. III, 3.) sequuntur in hisce vocibus saepius poetae et तादिस, ईदिस etc. dicunt, omisso र. Scripturam द Sanscritizantem mendosam esse, vix asseverare ausim. *)

---

*) Parum sibi constant in hisce vocabulis poetae dicam an scribae nescio. Exempla ponam primum ex libris, quorum variam scripturam enotatam habeo. *M. R.* अम्हारिस, p. 10, 4. 134, 5. C. et P. कीदिस, p. 25, 8. p. 97, 12. C. et P. ईदिस p. 129, 8. C. et P. सरिस p. 137, 11. C. et P. — *Vik.* सरिस p. 7, 11. p. 51, 14. p. 52, 14. C. et P. इदिस, correpto इ, uterque praebet p. 60, 8. licet mendose; p. 23, 11. peccat इदिसो in P. minus quam इसिसो ed. Calc. pro ईदिस, p. 75, 6. P. legit तादिसा. p. 73, 1. uterque praebet तादिस,

Conservati elementi, quod est in ऋ, canini, aliud exemplum est रुक्ख pro वृक्ष (cf. ind.), ubi *u* debetur omissae semivocali व्.

2. *a*) Pro ऋ consonantem excipiente interdum ponitur अ. Var. I, 27. iuxta nullam certam in praecedenti consonante positam rationem; nam etiam post व reperitur अ in वह pro वृह, वसह pro वृषभ. Discrepant h. l. in singulis vocabulis grammatici et poetae: कअ vel कद pro कृत praecipiunt grammatici; किद legitur saepius, ut Rat. p. 5, l. 4. infr. M. R. 128, 10. at ibidem अकद; Vik. 102, 8. किद, at कअ p. 8, 10. Emendandos omnes locos, ubi in hoc verbo इ inveniatur apud poetas, nullus asseruerim; emendarim sane, ubi libri bonae notae formam praebeant grammaticis probatam. In aliis eiusdem radicis formis अ servant poetae: कदुअ (कृत्वा gerund.) M. R. 14, 8. किदुअ nullibi legi. Saepius tamen consentiunt: तइओ = तृतीयः M. R. p. 6. ut Var. I, 18. पाउन्त Rat. 5, 3. inf. ut grammatici iubent. Nulla certa re-

contra 74, 3. consentiunt in तारिस. P. 38, 10. C. कीदिसो, P. contra कीरिसो. Atque sic tum in variis eiusdem dramatis locis, tum in variis eiusdem locis apographis tum र, tum द in hisce vocibus invenitur, ita ut temere egerit, qui ubique cum grammatico र repositum voluerit. Neque ita intelligendus est Vararuches. Iusta auctoritate gaudent etiam formae केरिस (Vik. 70, 6. C. et P. Prab. 39, 13.) et एरिसीं (Prab. 44, 12. cf. Var. I, 19.) Quae legitur in ed. Lips. forma cum अ, scil. एरसीं, aeque illegitima videtur atque mox l. 13. तारसीए et एतारसीं. De ए pro ई vide infra. Constanter legitur अप्पारिस M. M. 36, 2. 65, 1. 98, 8.

gula dari quum possit neque omnia vocabula अ pro ऋ substituentia a gramm. recenseantur, pendet res in quolibet vocabulo ab auctoritate codd.

b) Itidem इ. Var. I, 28. M. R. 23, 8. सहिअअस्स pro सहृदयस्य etc. इ pro ऋ initiali constat in इसि pro ऋषि; इ ex ऋ post व est in विसी pro वृषी.

Etiam haec mutatio a nulla regula pendet certa: et derivanda esse videtur utravis substitutio a pronuntiatione vocalis ऋ vulgatiore, prout aut *a* aut *i* praevaleret.

c) Denique उ. Var. I, 29.

Labiales sunt consonantes, quae hunc vocalis sonum potissimum attrahunt, ut fit etiam in aliis linguis. Exempla sint: पुहवी = पृथिवी, वुन्दावण = वृन्दावन, मुणाल = मृणाल, वुत्तन्त = वृत्तान्त. Cave autem ne in माउअ pro माहुअ i. e. Sanscr. मातृक, similibusque eandem caussam ponas. Nam prorsus eodem modo dicitur कत्तुणो pro कर्तुस् a themate कर्तृ (cf. Var. cap. V.) et defluxit hoc उ ab ablat. et genit. Sanscr. in उस्.

A labialibus tamen non semper derivandum est उ, ut in उजु pro ऋजु. Var. l. l. et interdum et अ et इ post labiales locum habent. Cf. supr. वह, विसो.

व in media voce evanescere solet ante उ ex ऋ ortum, ex. gr. पाउस pro पावुस e प्रावृष्. Sed hoc ad व pertinet.

d) Restat ए, quod tam raro pro ऋ positum reperitur, ut Vararuches sub vocali ऋ nullam huius mutationis iniecerit mentionem. Exempla sunt तालवेण्टअ. Vid. ind. s. v. गेण्ह pro ग्रह. Var. VIII. Dhâtup. ग्रहेर् गेण्हः ॥ घे क्त्वातुमुन्तव्येषु ॥ गेण्हइ (-हि), घेत्तूण।

धेतुं। धेत्तुं॥ Omitto गेह pro गृह, quia id Sanscriticum iam est; exhibet tamen haec vox vestigium similis mutationis in lingua sacra. At addendum est केरक, quod potissimum in Mr. legitur eo sensu, ut sit: *pertinens ad.* Defluxisse videtur hic significatus ab usu कृते peculiari, ex. gr. Ghata Karp. 15 मदनस्य कृते निकेतनानां, habitationum quae sunt caussa Madanae i. e. quae ei inserviunt, eius sunt. क affixum frequentatur in lingua scenica et केरक derivandum videtur a कृतक. Sed obstat ऱ et aliam viam ingrediendam esse reor. Nimirum in exemplis a Vararuche I. 5. propositis ad illustrandam mutationem vocalis अ in ए, invenies caussam positam esse in tralatione vocalis इ vel semivocalis य ad syllabam praecedentem, ab अ occupatam, potissimum quum इ ipsum elidatur. Res manifesta est in vocc. tanquam आश्चर्य, in quo श्च in च्छ mutatur, र्य in रि, primum igitur fit अच्छरिअ (Prab. 4, l. 1. et sexcenties; solita scriptura per च्च etiam a me M. M. 7, 1. edita mendosa est); hinc अच्छेरं. अच्छेरिअ vel अच्छर nullibi invenitur. Sic *pêranta* est pro *parianta*, *vêlli* pro *valli*, *çêyyá* pro *çayyá*, *têraha* pro *trayôdaça*; itaque *ukkêra* derivo non ab ut*kara*, sed a forma quadam vulgari *utkarya*. Cadit autem haec mutatio potissimum in *a*, quod aliis consonantibus quam *r* et *l* ab इ vel य sequenti non disterminatur. Hinc *kêra-ka* a *kárya* potius depravatum crediderim. Intermedia forma sine affixo क legi videtur *Mr.* 175, 2. केरिआ (sic lege) et 183, 1. केरिआए. Difficilius explicatu sunt णालकेणट et गेण्ह. Ut ab hoc incipiam, certum est,

praesens गेण्हदि derivatum fuisse a Sanscr. गृह्णाति. Transpositis ण et ह, mutanda erat etiam vocalis ऋ; in ए eam transiisse, nil est documento; mutato ऋ in इ, explicatur augmentum vocalis, quippe quod compenset correptam nonae classis formam, घदि pro घादि. Haec autem si datur, danda est eadem mutatio in infinitivo, gerundio et fut. part. ubi गृहीत्वा forma est usitata, et saepissime in libris legitur गृहीतुं, licet forma auctior ग्रह ad infinitivum melius quadraret. Mutatis hisce formis in क्षि, potest घे esse compensatio omissae syllabae ही. Restat तालवेण्ट, ubi quodammodo explicatur ए tanquam augmentatio vocalis इ, nulla autem est explicatio, si ऋ in अ mutatum vis; uno quasi gradu in ए transiisse ऋ, nullo modo possum mihi persuadere; sed fit mutatio per इ in ए, ut in गृह, unde Prâkr. गिह (M. M. 106, 7.), vulgo गेह.

3. ऋ finalis radicum Sanscriticarum h. l. iniicienda non est mentio, quandoquidem a radicibus ipsis non mutuatur sermo scenicus formas, sed formatas iam Sanscriticas in se recipit. In his itaque nullum est ऋ finale loquelae scenicae. In nominibus in ऋ Prâkriticus sermo aut themata tuetur casuum augmentatorum in *ar* et *âr*, adiecto अ ea ad primam declinationem detrudens: भत्तारं-रेण etc. a भर्तारं; पिदरं-रेण etc. a पितरं; aut ex abl. et genit. in उस् effingit thema declin. 3dae in उ: nom. भत्तू, acc. भत्तुं, instr. भत्तुणा etc.

§. 4. De ॠ.

De ॠ quod in radicibus quibusdam sistunt grammatici, valet, quod mox observavi; non has

radicum formas respicit scena, sed eas, quas e radicibus effictas usurpat Sanscrita; in his autem quum evanescat prorsus ॠ, haec vocalis nullas habet in Prâkr. mutationes. Similiter res se habet in genit. plur. vocc. in ॠ; nam genitivus Prâkr. proficiscitur a thematis Prâkriticis in उ et अ.

§. 5. De ऌ. Var. I, 32.

Solius exempli किलित्त pro क्लृप्त forma explicanda est per divulsionem (विप्रकर्ष Var. III, 59) consonantium क्लृ. Dici itaque potest, mutatum fuisse ऌ in लि atque hinc fluxisse किलित्त.

§. 6. De ऐ. Var. I, 34—38.

Huius diphthongi aut 1) correptio fit levior in ए aut gravior in इ et ई, aut 2) dissolutio diphthongi ए, in quam prius transit ऐ, in elementa sua, quae singulatim efferuntur per अइ, fere ut Itali hodierni pronuntiant *ai* et *au*. Nam in औ Sanscriticum prorsus similis cadit mutatio.

1. ऐ in ए. Var. I, 34.

Exempll. सेल = शैल, तेल्लोक्कं = त्रैलोक्यं etc.
सेण्ण = सैन्य Prab. 4, 6. वेडूरिआइं Mr. 139, 10. etc.
Quae hic illic emergunt in libris ऐ, sine haesitatione supprimere poteris, atque in omnibus quidem Prâkrr. dialectis, ut भैरव Prab. 58, ult. 65, 4. भैलवी etc. Etiam in composs. ut Mr. 133, 4. लम्बिदैरावण. दैवं M. M. 69, 1. 72, 3, at देव्व 80, 2. inf. 94, 3.

Geminatur post ए ex ऐ ortum, sicuti post ए non immutatum, saepius consonans sequens, ex. c. तेल्लोक्कं, unde consequi videtur, ut ए Prâkriticum

corripi possit. De hac quaestione suo loco dicendum erit.

2. *a*) Mutationis in ई exemplum est Var. I, 38. धीर e धैर्य, quod ipsum a धीर derivatum est; recurrit itaque diphthongus ad pristinam vocalem. Probabile mihi est, etiam in aliis vocibus observari hoc discrimen, ut ad originariam vocalis quantitatem revertatur ऐ in *i* mutandum. At desidero exempla satis certa et libris collatis corroborata. In धीर corripi nequit vocalis, quia र non potest geminari. In इसाणीए Vik. 3, 7. Calc. rescribendum est ईसाणीए; nam id voluit Cod. Par. श्रोसणीए praebens, quod in margine sciolus quidam per श्रोशान्यां explicuit; voluit ऐशान्यां

b) In इ transit ऐ in सिन्धव Var. I, 37. in मित्तेश्रो = मैत्रेय, Mr. sexcenties. Idem dubium est, utrum brevis vocalis heic positioni, an pristinae brevitati debeatur. Legitur तित्थिएहिं (Prab. 28, 15.) e तैर्थिकैः, correpta vocali ob geminam consonantem, et ad diiudicandam quaestionem nil facit. Idem valet de विज्ज pro वैद्य Vik. 65, 4.

3. Dissolutio in अइ. Var. I, 37. भइरव pro भैरव, दइच्च pro दैत्य; वइर pro वैर; contra वेरं Prab. 9, 2. infr. Poetae in universum praeoptant ए pro अइ grammaticorum et pendet etiam haec quaestio a crisi textuum accuratiori.

Pro दैव aut दइव्व aut देव्व tradit Var. I, 36.

§. 7. De औ. Var. I, 40—48.

Prorsus easdem mutationes subit औ.

1. Transit in ओ. V. I, 40. Exempl. जोव्वणं =

गोवन etc. ओप्पम = औपम्य Prab. 58, 1. कोदूहल = कौतूहल M. M. 10, 12. Bonn. सोदामिणी = सौदामिनी ibid. 11, 5. etc.

2. In उ. Var. I, 43. दुवारिओ = दौवारिक etc. *) Mutationis in ऊ nulla enotavi exempla certa.

3. Dissolutio in अउ. Var. I, 41. पउर = पौर; etiam h. l. praeferunt poetae औ; saepius tamen अउ quam अइ legitur. M. R. 15, 5. पउर. Vik. 103, 2. मउलि pro मौलि, M. M. 98, 9. etc. At saepius etiam peccant scribae, औ ponentes. Mr. 159, 8. मौलेन्ति prorsus illegitima est contractio, quum sit verbum denom. nominis मुकुल, Prâkr. मउल cf. M. M. 54, 6. M. R. 85, 8. कोमुदी legitur in C. et P. Ibid. 144, 6. pro मोहूण Cod. P. exhibet मोहूण; neutrum fortasse verum est, औ certe mendosum; पौरस legitur in P. pro पो° Vik. 109, 3. contra ibid. 3, 3. P. गोरिए praebet, C. contra गो°. Utt. 19, 10. पौर legitur; ibid. 42, 7. सौम्म, contra pp. 19, 1. et 61, 14. ubi recte सोम्म editum est. At quum in talibus rebus nulla sit ratio, cur grammaticis fides sit deneganda, ubique expellere औ e textibus Prâkriticis debebis.

Pro गौरव permittit grammaticus गउरव aeque atque गारव I, 12. Potuisses hoc explicare ab inversa immutatione, esse elisam vocalem उ diphthongi औ. Nescio tamen an recte. Nam dicitur Prâkr. गरु, fem. गरुवी (vid. ind.), e Sanscriticis गरु et गर्वी pro गुरु et गुर्वी et resurgunt formae primitivae vocis, in Sanscritico positivo deperditae, in compar. गरीयस् et superl. गरिष्ठ **) superstites. Sim-

*) Aeque legitima scriptura est M. R. 77, 6. दुवारिअ.

**) *garu* etiam Palicum est. Vid. Vir. Clar. Bournouf, de

plicius est, गारव derivare a गरु, quam elisionem उ vocalis assumere, siquidem hoc diphthongi औ elementum in Prâkr. haud facile locum cedit alteri अ. Mr. 107, 4. गोरव in ed. C. गोरव in Cod. P. aeque mendosum; refinge ex hoc गउरव.

§. 8.

Itaque vocales et diphthongi Prâkriticae sunt hae: अ, आ, इ, ई, उ, ऊ, ए, ओ. Hae omnes initio, medio et fine vocabulorum inveniuntur.

Tuentur etiam hae vocales plerumque locum suum Sanscriticum, si *sonus* tantum respicitur. Nam quamvis repperiantur multae harum vocalium mutationes Prâkriticae, eae tamen in singulis tantum vocabulis cernuntur et nulla generali linguae lege iniunguntur. Sonum quum dicam, intelligo sonum vocalis *a*, vel *i* etc. remansisse, immutatae quantitatis nulla habita ratione. Haec enim, in Sanscrita grammaticis legibus accuratissime circumscripta, in scenica lingua vinculis suis est relaxata. Peculiari loco de ea re tractaturis pauca tantum nunc praemonenda sunt. Negligitur itaque Prâkritice quantitas *vocalium* Sanscriticarum, servatur quantitas vocum; i. e. syllabae Sanscriticae longae corripiunt vel corripere possunt in vocabulis Prâkriticis vocalem, si sequun-

---

Vasishtha. p. 30. Est etiam Latinum *gravis* (= *garvi-*); nam themata Latina *gravi-s*, *levi-s*, *brevi-s*, *mollis*, *suavi-s*, *tenui-s* oriuntur a femininis antiquioribus: *garvî*, *lag̔vi*, *mridvî*, *svádvi*, *tanvî*. Sed hoc obiter.

tur consonantes duae et est positio; quo fit, ut quantitas vocis totius eadem restet, licet vocales singularum syllabarum immutatae sint. Ex. gr. Sanscr. वृत्तान्त। - - *v*, Prâkr. fit वुत्तन्त। - - *v*, correpta media vocali. Inversa ratione produci potest Sanscritica vocalis brevis, elisa alterutra consonantium duarum, ex. gr. भास (cf. ind.) pro भस्स = भस्म, utrobique remanente trochaeo. Tertium genus est, quum praevaleat contra pristinam quantitatem lex consonantium geminandarum et scribatur णाक्स pro नख. In omnibus his exemplis mutatio est *quantitatis, soni* autem nulla. Praestat de illa posthac dicere et hanc separatim tractare.

§. 9. De immutatione vocalis अ.

1. Transit in इ. Var. I, 3.

इसि pro ईषत् (M. R. 16, 1.), पिक्क pro पक्व, सिविण pro स्वप्न (cf. स्वपिति), इङ्गाल pro अङ्गार etc. घिसइ pro ग्रसति Var. VIII. Debilitatio est vocalis *a*, in Sanscrite rarius, in cognatis linguis Latina et Gothica saepius obvia *). In विडिस autem pro वेतस deberi videtur इ ant. In विअणा pro व्यजन falsam credo rationem Vararuchis, elisam syllabam ज et divulsum esse complexum व्य, ut fit in Sanscrr. vocibus, veluti वैयाघ्र e वियाघ्र pro व्याघ्र; य au-

*) Cave autem ne ex falsis interpretamentis scholl. hanc admittas mutationem, ubi nulla sit, ut ex. gr. M. R. 106, 9, ubi तिप्पन्तीए per तर्पयन्त्या explicatur. Poni debuisset तृप्यन्त्या, इ pro ऋ est. Cod. P. legit अप्प° quod vox est nihili.

tem Prâkr. in media voce semper fere evanescit; विञ्चया itaque etiam esse potest pro विय(त्र)पा.

Addo exemplum aliud. Var. VIII., fin. केनद्विपणाद्दयः। द्विपणं। विल्यं। Posterius est pro त्रक्ति vel व्रक्त, omissa littera canina. ल्य regularis est mutatio pro क्त. In द्विपणा pro दत्त *i* attribuendum est formationi, ut in स्थित a स्था, धित (हित) a धा, posito participii affixo न = ण, et geminata consonanti post vocalem brevem.

2. In ए Var. I, 5. Dictum est de hac mutatione supra §. 3, 2, *d*. eam maximam partem attribuendam esse seq. इ vel य. Exempll. सेज्जा pro शय्या, सुन्देर pro सौन्दर्यं, वेल्लि pro वल्लि. Miror hanc mutationem saepius non inveniri, quum eius vestigia iam in Sanscr. deprehendantur in declinatione aeque atque in coniugatione, potissimum in perfecto reduplicato contracto. Pertinent tamen huc formae तेत्तिअ, et aliae IV, 26. positae. Affixo क eas formatas esse, apparet ex exempll. एत्तिको M. R. 110, fin. Vik. 32, 8. एत्तिकेण, Vik. 64, 2. Utt. 49, 6. एत्तिकं Utt. 44, 9. etc. Quod remanet त्ति, affixum est Sanscr. ति; geminatio consonantis Prâkritica. Sunt itaque pro तति, यति, कति et ए debetur इ sequenti. Hinc etiam एत्तिअ repetivi ab इति, non a praepos. at a vocula usu non frequentata, eodem sensu quo तति ponenda. कित्तिअ quod tamen rarissime legitur, falsa analogia ad किं reversum esse dixeris. Mirum autem est, quum eandem analogiam sequantur तेद्दह, येद्दह, एद्दह (ibidem); दह esse pro दृश, certum est. ए attribuendum tamen videtur sono vocalis *i*, qui in श locum habuit, sicuti in मेरं evanescens इ

praecedens *a* in *é* mutat. Num igitur एदह derivandum est a forma quadam in libris insolita यादृश? Aut contractio est pro एअदह i. e. एतादृश? Maxime arridet, एदह, si legitima sit scriptura, derivare ab ईदह, uti certum est, केरिस et एरिस, Var. I. 19. supra p. 115. derivanda esse ab ईरिस et कीरिस. Ad seqq. pertinet एत्थ, quod non ab यत्र, sed ab इत्र fluxit.

3. in उ. Silentio praetermittit hanc immutationem Vararuches cap. I. suppeditat tamen exempla, quibus patefiat, अ interdum mutari in उ propter labialem antecedentem. Apponam exempla e cap. VIII. v. Dhâtupâtha. वुट्टखुप्पौ दुमस्जेः । वुट्टइ । खुप्पइ । Altera forma vix a मस्ज derivanda est, prior व ponit pro म, उ pro अ, ट geminum autem ab antiquiore quadam vel provinciali forma quae र contineret, fluxisse videtur; nam a स्ज vix repetendum est. Utut hoc sit, उ pro अ a labiali profectum est. Idem cernitur in धुमइ pro धमति a ध्मा; restringit mutationem hanc ad ध्मा cum उत् compositum Vararuches: उत्तो ध्मा उद्धुमा; at demonstrant alia exempla vel sine praep. उत् explicari posse उ. Nam quod pro जानाति tanquam Prâkr. formam praebet Var. मुणादि, haud dubie depravatum est e मनति. Similis est ratio formae Prâkr. rad. स्मृ. Var. VIII. स्मरतेर् भरसुमरौ । भरइ । सुमरइ । Prior, ut Zendicum *mairyát* *) a *mere* pro *smere s* initiale elidit; altera per divulsionem conss. स्-म् fingitur, *u* autem inseritur propter labialem seq. Cf. infr. insert.

*) Vid. Yaçna. N. 142. 150.

In तुवरवेदि pro त्वरयति (ex. gr. M. M. 8, 8. Bonn.) तुवर् pro त्वर् oritur a व् in उव् (cf. Snscrt. भुवं, गुवति) resoluto, अ autem remanet. In formis verbi भू ex. gr. हुवन्ति similis est divisio vocalis उ in उव् ante अन्ति; procedit enim forma a radice हू pro भू, non a भवन्ति, mutato *a* in *u*; pro भवन्ति dicitur Prâkr. primum हवन्ति, quod dein contrahitur in होन्ति. Var. VIII. Vid. infra cap. V.

Pertinent huc etiam पढुमं pro प्रथम et quaedam pronom. त्वत् formae, de quibus suo loco dicetur.

4. In ओ nulla proprie est vocalis अ mutatio, sed *ó* ex *a* fit, sequente aut Visarga pro स्, ut Sanscritice ante sonoras, aut उ, si post elisionem consonantium cum अ cnniunctum fuerit. Huc pertinent exempla a Vararuche I, 8. 9. posita. Paullum diversa est ratio exemplorum I, 7. ubi अ+व in ओ contrahitur. De his vide infra contractiones. In बोरं I, 6. pro बदरं exemplum est mutationis in Prâkr. re vera singularis et prorsus Zendicae; nam in elisione syllabae द caussa mutati *a* in *ó* quaeri non potest, sed mutat अ sequentem vocalem in *ó*, prorsus ut Zendicum *vóhu* pro *vahu*, de quo omnibus numeris absoluta est disputatio Burnoufii.

§. 10. De आ.

Praeter alternationem quantitatis cum अ haec vocalis vix subit mutationem et strenue locum suum tuetur. Nam quae ponitur a grammaticis mutatio in इ, nulla est. Vide quae disserui in indice s. v. अदि et quae videtur esse permutatio

cum ए, ex. gr. सुपेमि, usitatius सुपामि, nulla est, sed contractio, de qua infra dicemus. Unum tamen est vocabulum, ubi pro आ re vera legitur ए, मेत्त pro मात्त. Expectares मत्त, quod Utt. 42, 7. 50, 3. Prab. 10, 9. 39, ult. 42, 1. 2. 47, antep. invenitur; saepius tamen obviam fit मेत्त M. M. 54, 1. Utt. 15, 4. 66, 10. Vik. 6, 4. etiam in P. aeque ac 55, 4. 109, 11. Mr. 172, 11. et 175, 1. अदिमेत्तं, 84, 10. महामेत्त्यं. Vides ए hoc ante geminam consonantem positum esse, quo fit, ut pro ए correpto accipi possit. Tale autem ए cum इ permutari posse, mox videbimus. In eam igitur inclinor sententiam, scenicam linguam non मात्तं classicum ante oculos habuisse, sed formam quandam vulgarem मित्तं, a मा derivatum, eliso आ radicali, et posito इ formativo, ut मिति sine dubio a मा fluxit. Reiiciendam esse scripturam per ए, propter silentium grammaticorum, temere diceretur; at caret tamen res accuratiori investigatione, et magni sane faciet silentium grammaticorum, qui ex accurata singularum exceptionum mentione et selectu exemplorum perspexerit, ab eis diligenter consultum fuisse usum poetarum. Mrichchhakatim autem et Kâlidâsae dramata potissimum respicit Vararuches sive potius Bhâmahas.

§. 11. De इ. Var. I, 12—17.

Inter eas, quae sistuntur a Vararuche, mutationes sola in ए vere hoc nomine est digna. पह enim est pro पथ Sanscr. non pro पथिन्; in हलद्दा singulare est exemplum positi अ pro इ. पुपवो

unde पुह्वी, repetendum est a forma quadam पुथ्वी, formato feminino per augmentum vocalis finalis. Num re vera इत्र pro इति sit, valde dubium est; vid. indic. s. v. In दुहा, दोहा pro द्विधा (I, 16.) elisio est vocalis इ, mutato व् in उ, tum augmentum posterioris vocalis. In उच्छु et विच्छुत्र (cf. ind.) solitaria est transitio in उ, ob viciniam, ut videtur, labialium ब et व. ई pro इ huc non pertinet. Restat igitur mutatio in ए, quae, teste grammatico, locum habet ante coniunctas consonantes (संयोग): पेण्ड pro पिण्ड etc. Quum corripi sciamus tali loco vocales longas, contra leges scenicae linguae fieri videri posset haec augmentatio, nisi probabilius esset, hoc ए re vera esse correptum. Dicam de hac diphthongi ए natura infra; huc exempla quaedam alia congerere iuvat. Primum एत्थ, quod sexcenties legitur et semper fere per अत्र explicatur. Attamen pro hoc Prâkritica forma est अत्थ, ut तत्थ pro तत्र, ex. c. in dictionibus अत्थभवं, अत्थभोदी, et rectius derivatur एत्थ ab इत्र, quia in अत्र nulla est causa, cur ex अ fiat इ. Bene igitur enarrat schol. M. M. 72, 3 per इह. Exstitisse Sanscriticum इत्र in sermone vulgari, ipsa scena est documento; est etiam *Zendicum ithra*, V. S. 126. etc. cf. Yaç. I. 456. Sensum adverbii एत्थ plerumque eundem esse atque Sanscritici अत्र, nullus negabo. Tum pertinet huc एण्हिं pro इदानीं (Var. IV, 35). K. Pr. p. 16, 18. Haereo in littera ए et malo एण्णिं, uti legit P. Vik. 25, 12. pro vulgato दाणिं. Nam finis voculae correptus est, ut in altera forma scenica दाणिं, et ण geminari potest post ए correptum, ह autem nullo modo explicari. Elisa

est syllaba दा. Intermedia forma, द् tantum eliso, legi videtur Utt. 23, 8. quod tamen per एकाकिनी enarratur; repone itaque in textu एआइणिं = एकाकिनी ut legitur Çak. 56, 10. 126, 8. Compara autem तआणिं pro तदानीं Var. I, 18. Agmen hoc claudat एद्दो pro इदो = इतस् M. M. 165, 10. Utt. 84, antep. ibid. 83, 3. minus bene editum est एत्तो. Interpretamentum एतस्मात् nullam reddit rationem formae, licet sit Varar. cap. VI.

Pertinent etiam huc,*) si recte censui, ऋ per इ tantum transire in ए, तालवेण्ट, गेण्हदि, घेत्तूण, गेह्ह et similis ratio est ए ex ई orsi, de quo mox, prorsus autem diversa eius ए, quod ex अ vel आ conflatur, admixto इ sequentis syllabae, ut तेलिअ, केरक, de qua re vid supra §§. 3, 2, *d.* et 9, 2.

§. 12. De ई. Var. I, 18—19.

Regula 18. huc non facit; voces reg. 19. laudatae केरिस, एरिस, पोड, आमेल pro कीदृश, ईदृश, नीड, आपीड, quibus adde एदह vel एद्दह, e §. 9, 2, p. 126. hanc mutationem praebent ante consonantes inter se cognatas द, ड, र, ल, inter quas र geminari non potest, ita ut antecedens vocalis longa debeat remanere. Hinc etiam एदह praeferendum, si ex ईदह immutatum est, ut sit ए productum positum pro ई Sanscritico, uti mox invenimus ए correptum pro Sanscr. इ. Cum *guṇa* Sanscritico neutrum ए comparare velis. Ceterum etiam h. l. for-

*) Addenda etiam esset forma rad. विष्ट Prâkr. वेढ, si recte in Dhâtu P. apud Var. legeretur. वेष्ट् praebent tamen indices Sanscritici. Vid. infra.

mas non mutatas praeoptant poetae, quales nobis leguntur. *)

§. 13. De उ. Var. I, 20—23.

Valet de hac vocali idem fere quod de इ monui; mutatio saepissime obvia est augmentatio in ओ. In इ mutat उ solum vocabulum पुरिस pro पुरुष. **) At negari nequit transire उ etiam in अ in paucis quibusdam vocabulis, quae r. 22. enumerantur; in nonnullis क evanescens vocalem sibi maxime affinem reliquisse videtur; in nonnullis aliis caussam non perspicio, in अवरि haereo. Vide quae in margine breviter disputavi. ***)

---

*) Sic ल in आपीड rarius legitur, quam उ; cf. M. M. 92, ult. 115, 12. praeter grammaticum; contra उपपील ibid. 98, 6. उप्पील ibid. 117, 2. पीलेदि Vik. 19, 2. ल, ए, ड a scribis perpetuo confunduntur. म atque ए in isto vocabulo ex libris non enotavi.

**) Scriptura पुरुस ex gr. Mr. 49, 2. etc. ubique emendanda est.

***) अ in मउल constat; मउलाइ Rat. 7, 10. etc. etiam in verbo denom. मउलाअन्त M. M. 54, 6. cf. supr. §. 7, 3. क ante hoc अ est etiam in मउउ et सोअमल्ल, nec non in दुअल्ल e दुकुल्ल pro दुकूल Var. I, 25. Simile est अ pro ओ correpto in पवट्ठ I, 39. pro पकोट्ठ. Sed cf. infr. क. अहिच्छिल in codd. dramatis Vênîsanhârae investigari debet. In अबरी potest ई mendum esse codicis; ब pro प in media voce bene se habet, falso contra irrepsit in अबरि Mr. 108, 4. M. M. 112, 1. et saepius, quum sit अ privat. et परि, neque in ब transire debeat प tali loco. Recte ideo pro hoc legitur अपरि Mr. 155, 2. In illo autem locum suum tuetur उ in libris

Excipienda esse ex hoc numero गह्ण्अं et गह्वी, supra docui §. 8.

Mutatio in ओ eadem ratione fit, atque इ transit in ए, nimirum ante complexum consonantium, मोत्ता pro मुत्ता. Adde exemplis पोट्टि Mr. 138, 2. = पुट्टि (nam हतपशूद्रपेष्टिं scholion est) et 145, 2. ubi पोट्ट sensum paullo diversum habere videtur.*) In ओखल pro उलूखल compensari videtur omissa syllaba लू augmento vocalis उ in ओ, ut in ओलुग्ग, ओसव Var. III, 42. elisa littera त. Veram rationem infra explicare studebo.

§. 14. De ऊ. Var. I, 24. 26.

Mutatur in ए in sola voce णेउर pro नूपुर, quae forma corroboratur usu; Vik. 42, 2, Prab. 39, 8. (ubi ल pro र ad Mâgadhicam pertinet); Rat. 12, 6. etc. Falsa tamen videtur ratio grammatici;**)

---

nostris. Vid. Utt. 7, 7. उअरि et sic ibid. 45, 8. Vik. 18, 3. M. M. 46, 2. melius scribitur उवरि (v. ब) M. M. 55, ult. 83, 15. 124, 8. Çak. 27, ult. Prab. 38, 8. Rat. 39, 11. Licet itaque distingui posset अवरि = उपरि et अपरि = अ + परि, primam formam reiiciunt codd. et lis est inter Vararuchem et scribas. Falsum vix est exemplum r. 22. et nescio litem dirimere.

*) मुत्ता Mr. 134, 5. male; recte मोत्ता Vik. 53, 13. et sic corrige Utt. 104, 14. pro मोता. मोत्तिअ M. M. 92, ult. Mr. 139, 6. ad Sanscr. मौक्तिक referendum est. पोत्थओ est Mr. 136, 3. पोक्खर Mr. 3, 1 etc. et पोक्खरिणीपरिसरे emendandum est in loco Dh. infr. in App. p. 30, 5. exhibendo.

**) Prorsus similis sonorum complexus cernitur in अन्तेउर

cf. not. De forma दुकल्लं mox dixi. Miror mutationem in ओ vix inveniri; quod legitur ताम्बोलं Mr. 139, 13. M. M. 89, 13. pro ताम्बूल vix memoratu dignum est. De ओसव, et ओसुअ vide infra.

§. 15. De ए et ओ. cf. Var. I, 33. 39.

Harum diphthongorum Sanscriticarum nullas esse mutationes Prâkriticas praeter quasdam in इ et उ invenio. Sanscriticas dico, quae in ea lingua iam sunt, non quae in Prâkritica oriuntur. De mediis autem vocibus loquor; et huc non refero elisionem अ finalis ante vocall. initt. इ vel उ sequentis vocabuli, quas Sanscrita contrahere debet cum अ in ए et ओ; contrahere potest Prâkrita, at non necessario et elidit interdum अ, de qua re mox. Vides, mutationes has non esse diphthongorum ए et ओ. Non recipit talia composita sermo scenicus iam facta, sed ipse componit. Quae porro esse videntur alternationes inter आ, ए, ओ, ex. gr. in सुपामि, सुपेमि, सुपोमि, करेमि et करोमि,

---

pro अन्तःपुर Rat. 14, 8. 104, 7. Çak. 35, 1. 54, 10. Apertum est, ए ante उ pro पु orsum esse e अः pro अर्. Quidni in नूपुर idem statuemus. Nam originem vocis si quaeres, eam a *saltandi* ornamento tractam esse facile credes. Rad. नृत् (cuius forma gunata नर्त् progenuit radicem quasi Prâkriticam नट् pro नर्ट्) e नृ profecta videtur; testis est नर्मन्. Hinc coniicere licet, fuisse formam antiquiorem नःपुर pro नर्पुर, unde vulgaris णेउर, prorsus ut अन्तेउर, mutatione *Mâgadhica.* नूपुर Sanscriticum pro नःपुर refert genitivum quartae declin. उः ex अ = अर्.

non transitiones me iudice sunt unius soni in alterum, sed diversae inflectendi rationes. ओ etiam cum अ alternare videtur in formis Imae pers. plur. ex. gr. पठामो, पठमु, पठम Var. VII, 2. at rectius sistes elisionem spiritus finalis (Visargae) quam mutationem diphthongi; eodem modo quum सिरवेअणा dicatur pro सिरोवेअणा (Var. IV, 1.), non mutatio est diphthongi, sed usurpatur thema in अ, de qua re vid. Var. IV, 18.

Ex opinione itaque mea religiose tuetur quas ex hereditate materna recepit Prâkrita, diphthongos ए et ओ, si sonum spectas, immutata tamen saepissime quantitate et solae exceptiones sunt paucae correptiones in इ et उ.

1) ए in इ transire potest iuxta Var. I, 33. in विअणा pro वेदना et दिअर pro देअर; quae formae nullibi quod meminerim in libris editis leguntur, forsitan temere expulsae vel neglectae. Nam Kâv. Prak. p. 173, fin. flagitat metrum विअणा. वेअणा est Utt. 78, 3. M. M. 52, 4. et p. 16, 6. ed. Bonn. Rat. 50, 11, etc. देअर legi videtur in versu Kâvy. Prak. p. 47, 12. si bene intelligo. Addi deberet, si esset legitima scriptura, इतुक pro हेतुक Çak. 10, 4; 20, 5. 32, 9. 33, 8. 48, 4. 51, 13. 77, 11. 84, 7. 138, 8. contra M. M. 29, 2. et alibi legitur हेतुअ. Expectares sane हितुअ *). De इ pro ए finali in singul. femm. in आ, इ, ई, उ, ऊ vide infra.

*) Suspicionem movet primum ह omissum, praesertim initio vocis; deinde correpta vocalis sine compensatione. Loco इओक्को, quod Vik. 24, 12 per हेतुक explicatur,

2) Similis correptio diphthongi ओ in उ in media voce non inveniri videtur, nisi huc trahere liceret formas quasdam verborum gunae augmento privatas, ut रुहदि Mr. 115, 5. at vix recte, quum रुहति etiam Sanscritice dicatur (ex. gr. Diluv. ed. Bopp. p. 4.) et tales formas ad sextam classem referri possint. Sin autem sequuntur duae consonantes, ut in रुच्चदि pro रोचते, aliis, correptio vera esse videtur. De hac re mox dicam. Fine vocum, in inflectione primae pers. plur. मु pro मो = मस् et acc. plur. उ pro ओ ex अस् tum in abl. दु pro दो, vere est etiam उ ex ओ orsum, propter horrorem, quo tenetur Prâkrita, accentus in ultima. Huic mutationi prorsus similis est ea, qua fine femm. post आ, ई, ऊ scribitur इ pro ए, ubi versus syllabam postulat brevem, ut ex. gr. Kâvy. Prak. p. 119, 15. सेज्जाइ लुठदि et in omnibus casibus in ए iuxta grammaticos, qui मालाइ, णईइ, बहूइ aeque ac मालाए, णईए, बहूए inflectunt a themm. माला, णई (नदी), बहू (-धू).

Quamvis itaque medio vocum locum suum magis strenue teneat ओ quam ए, fine positae tamen utriusque diphthongi similis est proclivitas in correptionem et propter similes caussas. Ma-

---

sed corruptela est ratione cassa, praebet P. (इच्छिद-) संपदओ; emendo: संपदाअओ = संप्रदायकः। Licet falsum credo इतुअ, tot sunt loci Çak. ut omnes malae scripturae vel lecturae (litteraturam enim Bengalicam probe calluit Chezyus;) incusare vix ausim. Sin igitur est peculiaris quaedam Kâlidâsae forma pro इतुक, veram scripturam edoceri velim a Brockhausio meo, qui Codd. contulit Londinienses.

gni momenti autem est haec mutatio, siquidem non tantum *soni* est, quum dicatur *i* pro *e*, *u* pro *o*, et vice versa, ut vidimus supra §. §. 11 et 13. sed etiam *quantitatis*, quum corripiantur diphthongi *ê* (= ai) et *ô* (au) in *ĭ* et *ŭ*. Facile autem vides, mutationem talem arcte coniunctam esse cum correptione earundem diphthongorum in *ĕ* et *ŏ*. Quae correptio quum fiat, ruit prorsus Sanscritica horum sonorum natura. Rem, utpote ad scenicam linguam probe intelligendam gravissimam, accuratius tractabimus, quum primum dictum fuerit in universum de mutata vocalium Sanscriticarum quantitate. Nunc autem addere liceat observationes nonnullas generales de mutationibus *sonorum* Sanscriticorum. *)

§. 16.

Perlustratis itaque vocalium mutationibus hisce, patefacta sunt haec:

---

*) Exemplum a Var. I, 39. positum पवट्ठ vel पओट्ठ (quae scriptura sola obviam sese mihi in libris tulit, ut Mr. p. 134, 1. seqq.) ita se habet. Posterior forma क elidit iuxta reg. Var. II, 2. prior aut ita explicanda, ut *ŏ* post क transeat in *a*, uti in exempll. §. 13, not. ***), क ipsum primum in प ante *labialem* sonum (cf. रुप्प pro रुक्म et, licet non prorsus idem, ओबासइ pro अवकाशति. Var. Dhât. Pâth. VIII, 49), प autem Prâkritice in ब; hinc scribendum foret पबट्ठ. Aut ita ut *ô* in पओट्ठ resolutum fuerit in *a*-*u*, ex quibus transpositis factum sit *va*, ut inversa ratione in 2da pers. imperat. med. *sô* dicitur pro *sva*.

1) ऋ prorsus evanuit, quod non potuit non fieri, quum consonans र् in Prâkrita locum suum post alias consonantes tueri non valeat; sermo itaque scenicus, doctrinae Sanscriticae de vocali ऋ incuriosus, et *soni* tantum rationem habens, elementum *R* consonanti antecedenti assimilat et initio tantum vocabb. conservat, posita tamen consonanti cum vocali pro ऋ;

2) Diphthongi ऐ et औ graviores quam quas ferret loquela effeminata, in leviores ए et ओ transeunt aut dissolvuntur in elementa sua, quorum prius corripitur.

3) ए et ओ Sanscritica naturam diphthongorum amittunt et vocales fiunt indivisibiles ancipites.

4) Ceterae mutationes nec magni sunt momenti neque, in qua re insisto, generales sunt; et sub eisdem conditionibus recurrentes, ut transitio *a* in *i*, vel in *u* propter viciniam labialium, vel in *e* propter *i* sequens. Servat itaque provinciam vocalis quaevis suam; *a* et *á*, *i*, *í* et *é*, nec non *u*, *ú*, *ó*, arctissime inter se cohaerent. Nulla est regularis epenthesis, ut in Zendicis *paiti*, *tauruna*, pro *pati*. *taruna*, neque *catenthesis*, ut in Zendicis âyaêçê pro *áyaçé*, *vóhu*, pro *vahu*; nulla divisio est vocalis *a* in *α*, *ε*, *ο* ut apud Graecos et similiter apud alias cognatas gentes, nulla vocalis *á* in *á*, *é*, *ó*, ut apud eosdem, vel transitio eiusdem in *é* et *ó*, ut apud Gothos; soni *é* et *ó* Prâkritici, licet eo usque originis suae obliti, ut duo elementa sua prorsus in unum fundant, in eo

originis tenaces sunt, quod ubi denuo Prâkritice formentur, ex eisdem elementis, atque Sanscritice, conflentur. Quae res nondum a nobis explicata nobilitat quodammodo vocales praecipuae dialecti, cui Çâurasenica in hoc par est, non itidem inferiores.

5) Quod autem latissime patet discrimen et Sanscriticae linguae structuram funditus evertit, est mutatio *quantitatis vocalium*, de qua nunc dicendum est.

§. 17. *De mutatione quantitatis Sanscriticae.*

Distinguendum est h. l. inter duo diversa mutationis genera; prius cadit in vocalem solam, remanente propter positionem quantitate syllabae eadem; posterius vero mutat quantitatem syllabae et afficit *prosodicam* vocabulorum speciem. De hoc posthac. De illo autem valet generalis haec positio: idem valent in scenica lingua *productio vocalis* et *positio per consonontes*, ita ut haec pro illa possit substitui et vice versa. Cf. Var. III, 57. Hinc consequitur regula gravissima: Corripi debent vocales Sanscriticae sua natura longae ante complexum consonantium, aut omissa ex complexu consonantium Sanscrr. alterutra, produci debet vocalis, in lingua sacra legitime brevis.

Res est primum exemplis docenda. Praemonendum est, omnes consonantes Prâkr. geminari posse praeter र et ह. Var. III, 54; quod ita est intelligendum, ut adspiratae per non adspiratas sibi affines geminari debeant. Eandem vim, atque

consonans geminata, habet quivis alius consonantium duarum complexus praeter म्ह, qui non necessario positionem facit. De ण्ह et न्न infra est disputandum.

§. 18.

I. Maxime frequens est correptio *longae* vocalis ante complexum Sanscriticum:

a) आ in अ) कञ्चिअ = कांचित Rat. 7, 12. वग्घ = व्याघ्र Utt. 71, 6. वेरग्ग = वैराग्य M. M. 110, 9. मग्ग = मार्ग Vik. 28, 2. गवक्ख pro गवाक्ष Mr. 119, 2. माहग्घ = माहार्घ्य M. M. 14, 4. Bonn. मुच्छा, मुच्छन्त e मूर्छा, etc. M. M. 56, 3. Utt. 15, 5. अज्ज pro आर्य Utt. 3, antep. उवज्झाअ = उपाध्याय Vik. 48, 6. लञ्छण = लाञ्छन M. M. 115, 12, तण्डविद pro ताण्डवित Utt. 103, 15. जत्त = यात्रा M. M. 88, 8. रत्ति pro रात्रि Mr. 178, 8. पत्थिव = पार्थिव M. R. 125, 10. सद्दूल = शार्दूल M. M. 59, 8. अवरह्ण = अवराह्ण Rat. 68, 2. सद्धस = साध्वस M. M. 119, fin. सन्ता = श्रान्ता Utt. 4, 14. 17. अप्पा = आत्मा M. M. 5, 9. कोसम्बी = कौशाम्बी Rat. 57, 14. परम्मुह = पराङ्मुख M. R. 106, 9. उत्तम्म = उत्तास्य, Çak. 18, 5. मंसल = मांसल M. M. 115, 11. कंस = कांस्य Mr. 136, 12. कव्व = काव्य Vik. 42, 6. अस्सम Vik. 110, 3. अत्था = आस्था Dh. 17. Nam praepositio pars vocis est intime cum ea coniuncta et generalem sequitur regulam. Hinc recte scribitur वक्खाणइस्सं = व्याख्यास्यामि Rat. 34, 3, non वाक्खाणइस्सं ibid. 33, 8. Et scribendum in omnibus hisce complexibus aut अक्कन्दइस्सं, ut Mr. 245, 6. aut आकन्दसि M. R. 147, 10. cum P. non आक्कन्दसि cum C. vel आक्कन्दामि Utt. 23, 17. Atque omnino tam certa est haec regula, ut etiam duo आ corripiantur, ut माहप्प pro माहा-आत्म्य Utt. 9, fin.

b) ई in इ. दिग्घिआ = दीर्घिका Rat. 26, 4. पडिच्छदि Rat. 17, 10. vel पडीच्छन्ति Prab. 39, 7. non पडीच्छ, ut legitur ibid. 18, 2. pro प्रतीच्छ. सलाहणिज्ज = प्रलाघनीय Prab. 4, 8. in quo participio aeque legitima et frequens est scriptura per ईअ. cf. Var. II, 16. तिण्णा = तीर्णा M. M. 138, 8. तिण्ह = तीक्ष्णा Prab. 4, 4. sic enim emenda, nisi vis mimam Pâiçâchice loquentem. इस्सं = ईर्ष्यां Prab. 30, 2. तित्थ = तीर्थ Çak. 68, 5.

c) ऊ in उ. मुहुत्त = मुहूर्त M. M. 53, 9. मुल्ल = मूल्य Mr. 112, 1. सुत्त = सूत्र Mr. 140, 6. पुव्व Utt. 66, 1. भुत्त = भूर्त Vik. 33, 3. घुण्णन्त = घूर्णत् Utt. 104, 16. संपुण्ण = संपूर्ण M. M. 98, 11. uti rescribendum est. At sat sit exemplorum, quibus nil probarem, nisi grammaticis et ipsius linguae natura stabilita esset regula; nam in quavis fere pagina Prâkritice scripta haud semel contra eam peccatur. Peccatum autem non est, ubi ex adversa parte aut producitur brevis aut retinetur longa vocalis, omissa alterutra consonantium. At sunt quaedam vocabula, quae non utramque, sed alterutram tantum admittant scribendi rationem. Si eliditur र et घ in ह transit, forma legitima erit दीह Var. III, 57. aeque ac दिग्घ. वाह pro वाष्प (cf. Var. ind. et similia) sola est scriptura permissa propter ह et locum cedere debet consonans minus fortis. De आणा pro आज्ञा habemus praeceptum Var. III, 55. et peccat M. R. 2, 14. uterque liber, scribendo अण्णा. Prorsus falsa est ratio aut Chezyi aut scribae, qui per Çak. fere semper आण्णावेदि exaravit. 1, 14. 2, 8 etc. In aliis expecto industriam editorum futurorum, ut certiores fiamus, quamnam

in quavis voce praeoptent libri scripturam. Satius in universum est, corripere vocalem, quam elidere consonantem. Rationem mox videbis. Equidem pergo.

II. Minus frequens est productio vocalis brevis, omissa alterutra consonantium.

काढुं = कर्तुं (non कत्तुं), काद्व्व = कर्तव्य e regula grammatici; दाढा pro दंष्ट्रा M. M. 115, 11. (ढ et ठ non bene distinguere norunt Panditae; दपठा ibid. 59, 3. contra Var. IV, 35. quidem est, sed ceteroquin iusta forma;) huc pertinet Var. I, 2. आस pro अस्स; nam script. आस्स contra III, 57. est, ubi अस्स, आस, legi debet contra cod. दाहिणा Rat. 7, 11. longe frequentius दक्खिणा; णोमालिआ Rat. 13, 3. contra णोमल्लिआ Var. I, 7. आपणो pro आत्मनः Prab. 12, 10. आपाणं ibid. 37, 14. at longe saepius अप्प°. मीस pro मिश्र M. M. 121, 2. etiam heic frequentius मिस्स; कीस (i. e. किं + स्य, termin. genit.) ex reg. gramm. दीसदि pro दिश्यते e दृश्यते sola est scriptura probata; जीहा pro जिह्वा Var. I, 17. Vik. 16, 3.

In praepositione*) वि ante complexum cum स

*) Praepositiones ab initio, ex. c. in Vedis, uti in lingua Zendica, separabiles, in Sanscritico sermone classico, paucis exceptis, non separatim ponuntur, vid. Hitop. II. p. 69. In Prâkrita etiam paucae istae ea facultate privatae sunt et omnino tanquam pars vocis, cui praeponuntur, habentur. Remanet tamen hoc discrimen, quod उत् ante स seq. aliter mutatur, quam त्स mediale et quod निर् = निः ante स, amat Visargam cum इ contrahere in णी, non assimilare Visar-

solet produci vocalis et elidi cons. altera. वीसम्भ, M. M. 118, 2. वीसत्थ Vik. 28, 4. ut Var. I, 17. at ibid. 7, 7. विस्सत्था C. वीसन्त = विश्रान्त Rat. 15, 3. — निर् et दुस् ante स particulae servant regulam sibili finalis dimittendi et fiunt णी et दू, sequente consonante una: णीसास M. M. 55, 8. = निश्वास; णीसह Utt. 61, 16. = निःसह; णीसन्द M. M. 55, 1 = निःस्यन्द; (non निस्यन्द, uti ponitur in ed. Calc. hoc scriberetur णिस्सन्द) णीसङ्क M. M. 123, 3 = निःसङ्क; णीफुर M. M. 168, 8. non णीप्फुर, uti est in C., = निःस्फुर; दूसह M. M. 30, 8. ubi foede exaratum est दूःसह; 31, 11. 53, 8.

उत् ante vocabb. a स incipientia ऊ fit, eiecto त्; evitatur mutatio complexus त्स medialis in च्छ. Var. III, 40. Hinc समूससन्त M. M. 55, 8. ऊसव M. M. 67, 9. De ओ pro ऊ in hoc vocabulo infra dicetur. Forma उ, assimilato त्, falsa est in hac voce et in उस्सुञ Çak. 18, 2. 21, 8. iuxta Var. III, 42. etc. Recte ऊसुअ ibid. 159, 11. *)

---

gam consonanti sequenti. अन्ते pro अन्तर् huc non pertinet; cf. supr. p. 133. Quod de निः monui, valet etiam de दुस् sive potius दुः; nam quo tempore originis suae fundamenta iecerit sermo scenicus, evanuerit haud dubie sonus sibili finalis. Ante alias consonantes quam स, praesertim ubi in निर् et दुर् Sanscritice transire debeant, sequi solent hae particulae regulas generales. Praestat itaque scriptura दुप्पपाश्चदि M. M. 119, 1. et emendanda quae legitur ibid. 99, 3. दूमापाइद (nam id voluit C.) i. e. दुर् + मानयित.

*) Addo तूस् et सूस् novas radicum formas pro तुष् et शुष् orsas e productione vocalis, eliso augmento IVtae

Ante complexus a nasali incipientes inveniuntur longae vocales. Hoc loco exempli caussa ponam सोह्‌ Var. I, 17. et sic corrige M. R. 110, 6. गोम्ह M. M. 127, 4. Has et similes scripturas non reiiciendas censeo eam ob caussam, quod म cum ह seq. non positionem facit necessario; ह consonans est tenuissima et म finale ante omnes consonantes elidi potest in versu. Cf. Lenzium ad Vik. p. 201.

Defendi itaque posset, si tanti esset, scriptura वोम्ह्‌म c विस्मय, similesque, quae passim emergunt, licet haud dubie praestet विम्हम, uti legitur Çak. 55, 4. Var. III, 32. पह interdum confunditur cum म्ह eandemque debilitatem ascribere posses huic complexui. At neque satis bonae notae est ista permutatio, neque certa sunt exempla longae vocalis ante पह conservatae. Ante न्त corripi vidimus vocalem longam et quod करेन्त, होन्ति et similia inveniuntur, eo non probatur, न्त non facere positionem, quia corripi possunt ए et ओ.

III. Servaretur etiam tum quantitas primitiva secundum principia huius sermonis, si vocalis longa ante consonantem singularem corriperetur, geminareturque consonans sequens; ex. gr. si रूप scriberetur रुप्प. At exempla talis scripturae tam pauca et incerta sunt, tam altum est grammaticorum de ea silentium, ut manifestum sit, eam esse a scenica loquela alienam.*) Remanet vocalis

classis य. Vid. Var. Dh. P. cap. VIII. Scriptura: उस्ससिद्‌ Çak. 130, 10. bis peccat.

*) Certum est exemplum दुम्मपणा- pro मान- supra p. 142.

et variis modis immutatur consonans, uti posthac docebitur. Fit itaque रुप aut रुम aut रुब. Hac re considerata, intelliges, talem esse huius sermonis naturam, ut *constantior* plerumque sit *complexus consonantium, quam vocalis longa* ei praemissa; *inconstantior consonans cum* alia *non associata,* quam *vocalis antecedens longa.* Vocales breves nunc non moror; nam haec eo consilio disputata sunt, ut melius explicari possit natura diphthongorum ए et ओ.

§. 19. De ए.

Si ए in vocibus Prâkriticis iuxta principia mox posita consideramus, invenimus

1) sine immutatione ए remanere ante geminatas vel coniunctas consonantes, i. e. tum, quum *corripi* debeant vocales longae iuxta §. 18, 1. Exemplo sunto: पेक्खव, पेक्खदि etc. sexcenties pro प्रेक्ष; वेत्त pro वेत्र M. M. 90, 11; जेट्ठ pro ज्येष्ठ Vik. 121, 9; सेट्ठी pro श्रेष्ठी M. R. 135, 2.

2) Mutari consonantem prorsus eisdem modis atque fit in consonantibus singulis post vocalem *longam;* cf. §. 18, 3. ex. gr. वेअणा pro वेदना M. R. 77, 8. एव्वं pro एवं, एदं pro एतत्, sexcenties, alia permulta.

3) Denique *geminari* consonantem ab origine simplicem, post ए; पेम्म pro प्रेम Var. III, 52. Rat. 28, 6 ult. Vik. 72, 4. एक्क Var. III, 56; Rat. 5, 13;

---

propter consensum grammatici. Cf. Çak. 78, 4. अदु-मपिपादव्व. Utt. 66, 1. मपपाविद.

Mr. 3, 12; एक्कोक्क M. M. 123, 3; एक्कात्तिलन्न Utt. 87, 14; M. M. 162, 13 (ubi ए est emendandum pro अ); देव्व pro दैव M. M. 56, 5; 69, 1; 72, 3; 94, 3; Çak. 158, 8; 58, 2; Var. ind.; ज्ञेव्व i. e. एव Rat. 9, 3, etc.; तेल्लोक्क Var. ind. etc.; वेल्लक्ख pro वैलक्ष M. M. 106, 10. codd. 138, ult.; तेल्ल pro तैल Çak. 36, 1.

A metathesi non profectam esse geminam consonantem, demonstrat एक्क, ज्ञेव्व, alia.

Hoc ultra progreditur, quam fit a vocalibus longis; e lege autem, quam fine §. antec. posui, apparet, positis duabus consonantibus, cedere debere vocalem et si longa sit, corripi. Itaque consequitur, ut correptum sit ए ante complexum consonantium, longum autem remanere ante vocales et consonantes singulas. Quum autem desit signum ad ĕ pingendum, mutatio haec pronuntiationis est, non scripturae, et significatur littera ए sonus tum brevis, tum longus; i. e. vocalis *anceps*.

4) Probato autem, signum ए indicari duos sonos ĕ et é, porro sequitur, ut ए Prâkriticum diphthongus non sit, utpote quae natura sua sit longa, sed vocalis simplex indivisibilis evaserit. Intelligo autem ए, quod e Sanscrita recepit Prâkrita; idem praemoneo de ओ.

5) Ab hoc ए ancipiti distinguendum est, si originem respicis, aliud ए Prâkriticum e contractione orsum, de quo infra dicendum est; conflatur id ex अ et इ; eadem itaque elementa continet ac Sanscriticum. Nil habet utrumque ए rei

declin. *) ubi brevis antecedit vocalis, et ए non corripitur, alibi quantitatem servat ए etiam post longas vocales. **) Eam in accentu quaerendam reor, qui alienus est in universum a fine verborum Prâkriticorum.

Patet igitur, ए finale saepenumero corripi in inflectionibus istis feminini, et oritur quaestio, praestaretne pro ए correpto scribere इ, ut factum videmus S. D. p. 6, 10; K. P. p. 41, 18. (ज्ञोपहाइ) et supra p. 147. potissimum, quum grammatici utramque scripturam permittant. Meliorem censeo, siquidem lex est etiam Prâkritici sermonis, scribere prorsus uti pronuntiatione efferendum est. Alia est ratio ए correpti ante coniunctas consonantes, quarum complexus brevitatem vocalis satis indicat.

Scio contra usum esse hanc scripturam, at scribae tamen metri parum gnari vel curiosi facile expunxisse inusitatiorem formam in इ possunt.

Utrumlibet praeoptes, hoc certum est, ए Prâkritice corripi et in *ĕ* et in *ĭ* atque ex hac cor-

---

*) ex. gr. K. P. p. 183. राश्रभरिए वि हिश्रए। सुहश्र पिाहिन्नो पा रन्नो सि॥ p. 109, l. 17. सिश्रिपो। p. 63, l. 8. रए. S. D. p. 329, l. 6. 310, 5. Locus est S. D. p. 43, ubi etiam ए locativi corripiendum videtur ob versum: लज्जापज्जत्त (l. त्थ) साहपाइं परतन्तपािप्पवासाइं। श्रविपायदुम्मेहाइं। धपपा-पां घरे फलत्ताइं॥ – – | – ∪ ∪ | ∪ | – – | – | Sed corrige धपपापा et tuebitur घरे finem suum longum; ∪ ∪ –.

**) ex. gr. K. P. p. 185: सो पात्थि एत्थ गामे पो एश्रं मह मह-न्तलाश्रपपां। (ed. C. महन्त) etc. ibid. p. 180. एएहि दाव सुन्दरि।

reptione fluxisse videtur, quod genus verborum medium omnino cum activo confusum fuerit. Corripitur autem non tantum ए e Sanscrita oriundum, sed etiam id, quod nova contractione conflatur Prâkritice; cuius rei documento est praeter inflectiones fem. sing. in *dĕ*, *tĕ*, *ūe*, coniugatio Xma, in qua करेन्त et similia inveniuntur, licet leviorem fuisse hanc correptionem ante nasalem credam et nullam ante म्ह, ex. gr. in करेम्ह.

§. 20. De ओ.

Eisdem rationibus persuadeor, ut ओ habeam Prâkriticum pro vocali ancipiti, non pro diphthongo. Id tamen est discriminis, quod ubi ओ finale corripiatur, mutatio haec etiam in scripturam abeat et pingatur उ. Brevius haec possunt expediri. Exempla eodem ordine quo supra proponam:

1. परोक्ख Rat. 29, 10; सोत्त = स्रोत्र Rat. 66, 3; ज्ञोपहा M. M. 57, 1. = ज्योत्स्ना; बपणोपणा M. M. 8, 8; दोब्बल्ल (sic lege pro दोब्ब-) = दौर्बल्य M. M. 113, 6; लोत्त pro लोप्त्र Vik. 44, 5; सोत्थि = स्वस्ति Rat. 10, 9; पोक्खर supr. p. 132.; जोग्ग = योग्य M. R. 146, 2. Var. s. v. तेल्लोक्क pro -क्य. Var. s. v.

2. लोअ pro लोक, Vik. 47, 13; पिअोअ pro पियोग Prab. 3, 4; etc.; nam exempla eius quod est *o* non correptum, scatent.

3. Unicum exemplum correpti *o* ante singularem consonantem posthac geminatam, quod mihi innotuit, est जोव्वण, M. M. 37, 9. et alibi; cf. Var. III, 52. जोवण tamen saepius emergit, ut Prab.

41, 5 etc. nescio an bono iùre. Quod laudat Lenzius ad Urv. p. 201. कोल्लु, ad rem meam minus quadrat, propter licentias toti quarto istius fabulae actui peculiares. Hinc te fallere non poterit, quin ओ aeque strenue quantitatem suam defendat primitivam ante singulas consonantes, atque vocales longae. Vid. §. 18, 3. Restringuntur paene correptiones in mediis vocabulis ad syllabas ab una consonante non exceptas.

4. Pro legitimo ओ in terminatione abl. sing. Imae declin. masc. et neutr. दो, acc. plur. fem. vocabb. in vocales desinentium, आओ, ईओ, उओ, Ima pers. plur. praes. et fut. मो, (vid. Var. V, 6. et 18. VII, 9.) concedunt grammatici etiam उ, quae mutatio a mutato accentu proficisci videtur. In nom. sing. masc. vocabb. in अ pro ओ non admittitur उ, qui nominativus ad inferiores dialectos ablegatur, nec dubium est, quin उ nominativi in prosaria oratione alienum sit a praecipua Prâkrita. At etiam terminationes in उ a grammaticis positae rarissime eruuntur in dialecto praecipua, licet vix dubito, quin recte eas protulerint doctores indigenae. Investigandum hoc est in poematis, quorum copiam ampliorem desideramus.

5. Versus si consulueris, ओ correptum ante singulas consonn. nullibi quod sciam invenies; rationem recte intellexit Lenzius l. c. p. 201. Abbreviatur ओ in उ, non in ö; quod addit vir doctissimus ओ transire in अ, id aliter se habet; nam vocum in अत्=ओ forma alia est in अ et prima

persona pluralis non e मो transit in म, sed e forma Sanscrita मः eliditur Visarga.

ओ itaque correptum Prâkriticum ante complexum consonantium tantum locum habet, ceteroquin longum est. Si corripiendum est ओ finale, transit in उ, i. e. in cognatum sonum magis tenuem. Inversa ratione उ transire vidimus in ŏ, supr. §. 13. Ad Gunam referre hanc augmentationem noli.

6. Scimus ई transire in ए i. e. ê et expectari potest, eodem modo fieri ओ i. e. ô ex ऊ. Exempla sunt quaedam, quae obscurata plerumque sunt a scribis. Nimirum त् praepositionis उत् cum स vocis seq. non mutatur iuxta regulam consonantium medialium in च्छ, sed sibilo स assimilatur et उस् = उः tractari solet, ut निः et दुः (vid. supr. p. 142.) i. e. pro उस्स scribi solet ऊस iuxta regul. 18, 2. Certum est eam scripturam praestare in vocabulis उत्सक et उत्सव; cf. Var. III, 42. quamvis codex Çak. praeferat scripturam उस्स in उत्सुक, vid. p. 18, 2. 21, 8. etc. उस्सुश्रो. Contra in ऊसव constant sibi magis scribae et miror पिाहस्व editum esse Çak. p. 116, 6. pro पिास्सव. Potestne defendi scriptura eo, quod praeposito पिार् prorsus medialis fiat complexus त्स? Sed parum sibi constat hic scriba, qui p. 119. ponit ऊसव l. 4 et उस्सव l. 5. Utriusque vocabuli scripturam per ओ iniungit Vararuches, talium rerum testis idoneus vel contra legionem scribarum. Attinet autem mutatio vocalis ऊ in ô ad sonum, non ad quantitatem et maiorem fidem habeo grammaticis et antiquioribus et do-

ctioribus, quam librariis. Latent me si alia sint exempla.

7. Oritur denique ओ Prâkritica contractione, veluti ए, ex अव्-अ etc. de qua re infra dicemus; hoc ओ longum remanere debet, licet levior sit abbreviatio necesse est in होन्ति, similibusque formis.

§. 21.

Quum magna iam sit aberratio a Sanscrita, mutare diphthongos ê et ô in vocales ancipites et prorsus obscurare naturam horum sonorum diphthongicam, alia eaque maior in eadem mutatione cernitur depravatio. Nam obsolescere non potuit non augmentatio *Gunae*. Ruit prorsus *Vriddhi*, siquidem *âi* et *âu* loco suo sunt depulsa atque *âr* solummodo ante vocales principale suum elementum caninum potest conservare. Idem valet de *ar* Gunae, et quae dicit कादुं pro कर्त्तुं, oblita est lingua scenica, quae sit natura Gunae. Idem fit, quum corripiantur *ê* et *ô*, et utraque vocalis, et Gunam efficiens et Gunam passa, ita in unam confundantur, ut indivisibilis fiat sonus *ĕ* et *ŏ*. Itidem evertitur Guna, si e dissoluto Guna Sanscritico in *ay* et *av* elementum radicale *i* vel *u* prorsus elidatur, ut fit in जन्दु pro जयदु et भइदुं pro भविदुं (Çak. 71, 2.). Neque in जेदु et भोदुं est Gunificatio vocalium इ et उ et coniugatio sine अ et इ, sed oriuntur hae formae e nova contractione.

Licet itaque scenica lingua a Sanscrita mutuata est et intacta reliquit innumera ê et ô e Guna orsa, ei nullam Gunae conscientiam, nul-

lumque eius usum attribuo. Ipsa enim non finxit vocabula aut formas, in quibus Gunae vestigia cernuntur; regulas contra euphonicas sibi peculiares ita anteponit legibus Gunam regentibus, ut nullus huic relictus sit agendi locus. In eis, igitur quae innovavit scenica lingua, ए et ओ, Gunae vestigia deprehendo nulla. In एत्थ, एरिस (cf. p. 148.) पोक्खर etc. nemo Gunam quaerere volet. Sed ne in aliis quidem, quae gunificata esse videntur a lingua scenica, vera est Gunae augmentatio. णाइस्सदि, quod Sanscritice audiret नयिष्यति pro नेष्यति, Gunam conservat Sanscriticum praesentis et inde derivat futurum, ut similiter गच्छिस्सदि, alia dicuntur; a radice नी per Gunam et इ+स्सदि non format Prâkrita. In भरिद pro भृत et similibus non Guna est cum insertione vocalis इ ad divellendum complexum र्त, sed proficiscitur forma participii a praesenti भरदि.

Atque in universum de Guna scenico sermo esse potest nullus, etiam ob hanc caussam, quod prorsus oblita sit lingua, quae sint radicum Sanscriticarum formae, et solummodo recordetur, sub quibus formis Sanscriticis appareant voces ab istis radicibus derivatae.

Constat, alias cognatas linguas, licet mutarint elementa, quibus contineatur Guna, tamen ad Gunam immutatis hisce elementis formandum fuisse aptas, ut Gothicam et Graecanicam. Prâkrita contra, licet elementa Gunae satis incorrupta conservarit, eis non uti scit ad Gunam nova ratione manifestandum et tuetur tantum, quae ante eam

et in eius quasi usum per Gunam formaverat Sanscrita.

§. 22.

1. Longe usitatissima est in lingua scenica conservatio quantitatis Sanscriticae, ita constitutae, ut vocales singularum syllabarum mutari possint, dum metrica vocabuli ratio eadem remaneat. At in hac tamen quantitatis constitutione magna observanda est sermonis corruptela. Ut taceam voces diversas confundi (exemplum sit सत्थ, quod et pro शस्त्र et pro शास्त्र ponitur), indicio est haec vocalium mutatio, prorsus oblitam fuisse scenam *dcrivationis* vocabulorum et *formae* radicum; nam a forma radicis et a norma derivationis pendet eisque praescribitur in Sanscrita uniuscuiusque syllabae quantitas. Itaque quum parum curet Prâkrita ipsarum vocalium pondus, eique aequiparet positionem iunctura consonantium efficiendam, longe remota cernitur ab origine sua.

2. In negligentia ista quantitatis vocalium ipsarum legitimae longe frequentior porro est correptio vocalis longae ob sequentem positionem. In qua pronunciationis ratione magna manifestitur vis *accentus*. Qui enim *ràtti* dicit pro râ-tri, is nequit non ictu fortiori tollere quasi syllabam priorem; in caussa est assimilatio consonantium, nam quum duo sint *t*, unum ad antecedentem syllabam trahatur oportet; quo facto acceleratur vox consonantem post vocalem in eadem syllaba elatura et impeditur, quo minus in vocali moretur.

3. Instabilis quum facta fuisset quantitas vocalium, *accentui* provincia danda erat maior; potissimum, ubicunque nulla esset norma vocis modulandae a Sanscrita tradita; i. e. ubi par esset quantitas syllabarum sese excipientium, nullaeque adessent iuncturae consonantium, ex. gr. नख. Norma quadam in talibus vocibus modulandis opus erat etiam Sanscritae et non dubium est, quin pronuntiatum sit *nà-kha.* Quum autem Prâkrita scriptura declarare soleat, qui sit numerus vocis, oritur scriptura णक्ख, si fortior est ictus, णह, si levior: sic pro *nihi'ta* णिहित्त (nam णिहित्त minus probandum credo) Var. III, 57. pro vâhi'ta वाहित्त, ibid. 52. Hoc unum genus est scripturae, conson. ob accentum geminata; alterum est, quod vix mentione egeat, si scribitur ob accentum vocalis producta, ut in माणस्सिणी. Var. I, 2 pro मन°. Inversa ratio est amissae quantitatis ob accentum in syllaba antecedente ponendum; tum brevis ponenda erit vocalis pro longa; ut fit in exemplis apud Var. I, 10. Nimirum nullis adhibitis in lingua scenica *accentuum signis*, usurpantur signa *quantitatis* etiam ad accentum significandum. Docere volui, vim exercuisse accentum in linguam scenicam et ex quibusnam scripturae generibus indagari possint hae mutationes ob accentum factae. *Regi* accentu non dico linguam scenicam, quae potius quantitatem vocabulorum Sanscriticam plerumque tuetur, sed suo more constituit. *Pendet omnino accentus Prâkriticus* tum a *quantitate Sanscritica,* tum ab *accentu Sanscritico*, et pertinet lingua

scenica ad eas, quae, veluti vernacula, utuntur genere elocutionis ex quantitate et accentu mixto, non reguntur accentu, ut Anglica, vel Romanicae.

4. Cohaeret autem cum hac pronunciatione ratio versuum, qui in Prâkriticis linguis frequentantur aeque atque in omnibus quod sciam linguis provincialibus a Sanscrita oriundis. Versus sunt, qui non pondere syllabarum, sed pedum efficiunt numerum, et cum cantu et re musica arcte coniuncti sunt. Scio, etiam Sanscritica metra, ut Çârdûlavikrîdita, alia, usurpata fuisse in scena, ex. gr. in Dhûrtasamâgama, sed haec doctrinae, non linguae sunt specimina, ab indole huius sermonis aliena. In istis autem metris quae sit vis accentus, nunc a me non docendum est. Propria est huic metrorum generi etiam *concinentia* versuum *finalis*. Cf. quae breviter dixi in praef. ad Gîta Gov. p. XXXIII. vel multo potius, quae clare disseruit *Apelius* de re metrica §. 494 sqq.

5. Quandoquidem compareat in hac lingua effectus accentus sub *specie* immutatae *quantitatis*, difficile sane est, distinguere, quae vocalium mutationes accentui, quae alii caussae attribuendae sint. Satius itaque videtur, h. l. congerere, quaecunque vocabula diversam a Sanscritica praebeant speciem metricam, si in vocalium immutatione posita sit res. Quae ab accentu Sanscritico derivanda essent, sine iusta cognitione eorum, quae Pânines libro octavo tradit, intellecturis carerent. Huc tamen nemo trahet immutationes quantitatis ob diversam inflectendi rationem, si ex. gr.

इसीहिं dicitur pro ऋषिभिः, धेणूहिं pro धेणुभिः; nec productas vocales ob elisionem syllabae, ut धीदा pro दुहिता.

6. Alia est difficultas in corruptela textuum posita, ubi mendose saepenumero permutantur vocales breves et longae. Taceo libros manuscriptos, taceo etiam editiones Calcuttenses in orthographicis rebus parum accuratas. Sed vel ex editione Çakuntalae facile esset, sat multa eius generis peccata congerere. विसामीअदु pro वीस° p. 30, 3; पिद pro पीद p. 15, ult.; जिविदं pro जी° p. 54, 7; et permulta alia vix tironem morabuntur; alia autem difficilius est diiudicare; videtis, opus esse emendatis exemplis, ne mendis regulas nostras contaminemus, et caute esse procedendum. Regula autem principalis haec est: *respondet Sanscriticae quantitati scenica suo modo constituta;* ab ea itaque recedendum non est, nisi ob rationem idoneam. Idoneae autem rationes sunt, primum *testimonium grammaticorum*, deinde *constans usus;* denique in versibus *ratio metrica.* De hac tamen in nonnullis generibus iusta caremus cognitione et carebimus, dum scriniorum pulvere involutus remanebit *Pingalae* liber de metris Prâkriticis. Utinam *Lenzio* b. m. quem et summa diligentia et iusta doctrina ad hoc opus sese accinxisse scio, hoc libro nos donare licuerit.

7. In universum haec tradi possunt: fugit accentus ultimam praeter interiectiones quasdam; longam vocalem tuentur finalem locativi sing. nomm. in अ et nominativi sing. vocc. in vocales desinen-

tium; at allevatur utraque inflectio saepenumero adiectis voculis encliticis. Amplectitur secundo loco accentus syllabam *radicalem*, nisi impediant praefixa, vel *quarta* a fine radix contineatur. Nunc in singula inquiramus.

§. 23.

1. Primo loco ponam mutationes vocalium in *mediis* vocibus, eas quae testimonio Vararuchis gaudent:

a) अ transire potest in आ, Var. I, 2. et *b*) आ in अ. Var. I, 10. Exempla sunt: सामिद्धि pro स-; पाअड pro प-; आहिजाइ pro अ-; पाडिवआ pro प-; माणंसिणी pro म-; सारिच्छ pro स-; पाडिसिद्धि pro प-; पासुत्त pro प-; पासिद्धि pro प-; quod additur अस्सो आसो (sic emenda) pertinet ad 18, 2. Potest corripi आ in hisce: चमर pro चा-; पउअ pro पा-; तलवेण्टअ pro ता-; चडु pro चाडु; दवग्गि pro दा-; खइअ pro खा-; हलिअ pro हा-; उक्खअ pro उक्खाअ; पत्थर pro पत्थार; पहर pro पहार; संठइअ pro संठाइअ.

Quum optare liceat inter utramlibet scripturam, credi potest, recedere poetas tantum a quantitate Sanscritica, quam prosa oratio tueri soleat.*) Vim accentus agnosco in producta vocali praepositionis, पासुत्त etc. et correpta syllaba radi-

---

*) Sic re vera legitur सरिच्छ M. M. 68, 3; पडिसिद्ध Utt. 106, 2; चामर M. M. 89, 10; पसुत्त M. M. 108. 8. etc. In versu autem K. P. p. 173. क्खअ cf. p. 147. supra; 34, 16. माणंसिणीण माणो। --, v-v | -- | पत्थर Çak. 105, 10. Mr. 139, 11. extra versum. K. P. p. 32. S. D. p. 105. in versu.

cali, ut पत्थर. In तश्रणिं I, 18. iuxta grammaticum optatio est nulla.

c) ई in इ transire oportet iuxta Var. I, 18. in hisce vocc. पाणिश्र, श्रलिश्र, वलिश्र, तश्रणिं, करिस, विइश्र, तइश्र, गहिर, इत्ति (I, 3. cf. Utt. 49, 12. ईत्ति, at Çak. 130, 11. etc. इत्ति.)

Sanscriticam scripturam sequuntur saepius librarii, at falso, ut apparet. श्रलिश्र breve habet इ in versu K. P. p. 173. ut M. R. 50, ult.

Exempla contra regulam e locis prosariis petita nil valent; et minime sibi constant scribae. Mr. 135, 11. editum est तइश्रं, contra p. 136, 1. तईश्र. K. Pr. p. 43, 2. हुदुस्स तईश्र पाश्रपां; at postulat versus इ breve. Et sic sibi ipsi fidem derogant plerumque librarii. De comparatt. in ईयस् nil tradit grammaticus; Çak. 53, 11. बलिश्रं legitur in versu et prostat 151, 14. extra versum. बलीयो contra 46, 13.

d) ऊ in उ in महुश्र pro मधूक I, 24. Exempla in schedis non invenio.

e) Frequentissimi usus verbum भण productam vocalem antepenultimae exhibere solet: भणासि, भणादि. Mutationis talis exemplum est singulare. Silent grammatici. Tam constans est usus, ut vix liceat scripturam reiicere. Si ex accentu solo explicare velis longam vocalem, obstat, quod omnia cetera verba huius classis hanc vim accentui minime concedant et contra verba classis nonae saepius vocalem corripiant antepenultimae पिणिक्कपासि Mr. 121, 6. (lege किक्किणपासि); ज्ञाणादि, गेपहृदि, -दु Mr. p. 100, 13. Çak. 156, 10. etc. quas formas probat Vararuches. Invenitur praeter भणादि tum भणोदि, tum भणदि, Çak.

50, 11. 154, ult.; prorsus ut जाणादि, जाणेदि, जाणादि, ad quam analogiam falso tractum mihi esse videtur भणा.

2. Maioris momenti sunt, utpote latius serpentia, haec, a grammaticis tradita, infra uberius investiganda.

a) Corripi potest आ radicis in caussativis, quae प formativo utuntur: कारवेइ etc. vel कराव्वेइ, कराविअं, कराविज्जदि. Var. VII. Quod interdum extenditur ad simplicem caussativi formam et omnino ad classem Xmam: करेदि pro कारयति. Cf. §. 23, 7.

b) Corripi itidem potest आ ante म Imae. per. sing. et plur. हसमि, पठमु, v. पठम; nam corripi debet ओ finale, si breve ponitur अ. Apertum est, hoc fluxisse ex ictu primae syllabae proprio et scribi हस्समि, पट्ठमु etiam potest. cf. Var. VIII. Sed tum confusio est cum class. IVta.

c) Quaeri potest h. l. quae sit quantitas vocalium इ et उ e mutatione semivocalium य et व oriundarum. In universum haec notentur: इ e य passivi evolutum, tertiam a fine occupat syllabam et accentum habet; सरीअदि, भणीअदि; hinc deinde fieri potest सरिज्जदि i. e. ex ईअ fit *íya*, et geminatur $y = iyy$; geminum य्य autem Prâkritice fieri debet ज्ज.

इ e gerundio in य orsum accentu caret; hinc पेक्खिअ, भणिअ, जाणिअ, गहिअ; Çak. 124, 1. etc. Usus constans est nec mihi suspectus, quanquam Vararuches hanc formam Çâurasenicam dicat et videatur ei ई longum attribuere. XII, 8.

इ ex participio in त progenitum itidem, ubi त praecedenti consonanti non assimilatur. Var. III, 17. hinc: हसिअं, हासिअं, कारिअं, पठिअं, पाठिअं. Var. VII. Hinc reiicio scripturam अच्छरिअं saepius obviam, si dialecto praecipua utatur sermo; a me posita M. M. 7, 1. est, quia Çâurasenica esse videtur loquela. Adde, quod, ईअ si esset terminatio, inveniri etiam deberet forma अच्छरिज्जं, ut उत्तरिज्जं Var. II, 16. et quod forma अच्छेरं Var. I, 5. demonstrat, ictum esse in syllaba tertia a fine: *ak'k'hària*, = *ak'k'hèr'a*.

इ ex य nomm. abstractorum in र्य. Var. III, 20. चोरिअं pro चौर्य etc.

उ in उअ pro त्वा gerundii accentu gaudet nullo; कादुअ. Quod posuit उ Chézyus in nomm. in त्तण pro abstractis in त्व per Çak. (vid. 80, 1. पिउपातुणं; 103, 2. पहुतुणं; 98, 3. धीरतुणं; 56, 10. सहायतुणं), forma est nullius. Vid. Var. IV, 22. Male legit Bengalicum त pro तु.

3. In fine.

A) corripiuntur vocales longae ante म् finale; *a*) in acc. sing. fem. अं, इं, उं pro आं, ईं, ऊं. Var. V, 19. Peccatur saepissime contra regulam, ex ignorantia, ut compareat; nam nullum inveni accus. fem. sing. cui propter versum longa attribuenda esset vocalis.

b) in genitivis plur. आणं, ईणं, ऊणं, ubi consentit usus librariorum cum praeceptis grammatici.

c) in Ima sing. fut. post elisionem vocalis इ, ita ut terminatio fiat -स्सं. Ubi retinetur इ, tuetur etiam आ quantitatem et terminatio est -स्सामि. De

his infra amplius dicetur. Vides ubicunque accentu carere syllabam ultimam.

d) In quibusdam adverbiis, quae re vera accusativi fem. sing. sunt in ई; तदानीं, इदानीं. Vid. not. ad Gît. Gov. p. 92. Prâkritice तम्हपिं, vid. Var. I, 18. दापिं, vel एप्पिं, vid. supr. p. 129. दाणीं, quod saepius legitur, nil est nisi mendum. Utrum defendi possit scriptura दाणी, sine म्, Çak. 53, 7, necne, nescio.

B) Corripi potest आ in तथा, यथा, Prâkritice तहा, vel तह, जहा vel जह. Var. I, 10.*) Utravis scriptura satis frequens est in libris.

C) Licentia poetica esse videtur, si producitur उ in adverbio लहु, i. e. लघु, similibusque. K. Pr. p. 34. गाढालिङ्गणारहस्स। अम्मि दइए लहु समोसरइ। ubi flagitat versus लहू. At praestat scribere लहुं. क्खू pro क्खु e खलु iusta auctoritate firmatur nulla.

D) ए instr. ablat. gen. loc. sing. fem. corripi potest in इ vide supra § 9, 7. et infra declinationem. Ex simili correptione ए finalis explicanda est ruina verbi medii.

E) ओ finale, quod ex अः = अउ oritur (nam de sibilo sonoro aevi pristini cogitandum non est) corripi potest in abll. in दो, in accuss. plur. fem. in आओ, ईओ, ऊओ et in Ima pers. plur. verborum in मो et ita quidem, ut ओ abeat in उ, vid. supra §. 20, 4. et infra capp. IV et V. In prima plur. aliam admittunt grammatici mutationem, in म. Quae mutatio ita explicanda videtur, ut abiectus sit

---

*) Praeterea तधा, तधा; etc.

spiritus finalis post म; nam nullum erui exemplum, quo probatur, ओ Prâkriticum proprie transire in म. Neque exempla prostant, e quibus pateflat, dissolvi unquam ओ Prâkriticum in elementa sua अउ, ita ut dici posset, eiectum esse ex ओ dissoluto aut prius elementum aut posterius. Denique, si legitima esset explicatio, elidi elementum उ diphthongi ओ, mirum est, quod neque in accuss. plur. fem. et abll. sing. neque in nominn. sing. masc. Mâgadhicis, qui etiam ओ in उ corripiunt, unquam repperiatur haec mutatio ओ in म. In terminatione plur. verborum Sanscriticorum मस्=मः caussa itaque assumenda est specialis, cur in eis solis transeat मः in म. Est ea, quod ista inflectio in Sanscrita saepius contra regulam exuit sibilum finalem. Rem iam olim attigi Pentap. p. 84. ad verba ताडयिष्याम भूयसः ॥ Multa alia exempla posthac congessi, ex quibus duo h. l. addere liceat: Râm. II, 17, 10: रामे वत्स्याम राजनि । ibid. II, 40, 22. मुखं द्रक्ष्याम रामस्य etc. Saepius omnino talis omittitur sibilus finalis apud vetustos, quam admittunt grammatici. Sic Râm. III, 13, 12. ad verba ततोवाच monet scholiasta: इत्यर्थे संधिरार्षः ।

Saepius usurpatas fuisse hasce formas in sermone quotidiano vix dubito. Recepit itaque et conservavit loquela scenica ex antiquiore lingua duas formas Imae pers. plur. praesentis et futuri, unam in म, quam intactam reliquit, alteram in मस्, quam solet in मो mutare, et hinc interdum in मु abire iubet.

Consentit prorsus cum hac explicatione quod

pro एषः, quod saepissime Sanscritice audit एष, duas formas praebet scena एसो et एस. Utramque sistit grammaticus cap. VI. एसो pullulat per libros, एस legitur Çak. 11, 5. 28, 5. etc. Pro arbitrio videntur alternari. Id nescio, cur praeter सो alia forma स a grammaticis non memoretur.

F) Finales consonantes nullae praeter म् remanere queunt. Plerumque itaque abiiciuntur; in nominibus adiecta vocali अ a ruina defendi solent. Quae huc nondum pertinent. Sin autem quaeritur, quae cernantur abiectarum consonantium vestigia in vocalibus antecedentibus, ea nulla esse invenies, si exceperis स् et quodammodo र्. De स् post अ mox diximus; cetera quae huc pertinent, infra melius tractabuntur; sufficiat itaque h. l. observare, स् post इ et उ in Visargam prius mutatum posthac cum vocali praec. coalescere in ई et ऊ. Hinc nominn. sing. गदी pro गतिः; धेणू pro धेनुः। Etiam de र् finali melius infra disputabitur. In interiectione हद्दी ex हा et धिक् producitur vocalis ob accentum, in आसि*) pro आसीत् corripitur ob eius absentiam. Ceteroquin, ut dixi, simpliciter abiicitur consonans. कदाइ (कदाचित् Vik. 100, 11. Prab. 44, 4. in scholl. कदाचित्, in textu कआबि i. e. कदापि); जाव, ताव, Var. IV, 6. कदिचि = कतिचित् Çak. 118, 15. किंचि = किंचित् Çak. 70, 9. In tertia persona sing. potentialis भवे, हरे pro भवेत् etc.

---

*) Sic scribitur ap. Varar. cap. VII: cf. Çak. 159, 7. 160, 3. Forma आसी passim obvia pro tertia persona prorsus reiicienda videtur.

§. 24. *De hiatu.*

1. Saepissime eliduntur consonantes e vocabulis mediis; hinc multi oriantur hiatus necesse est. Concursum vocalium tamen minime abhorret lingua scenica, immo eius iusto est amantior. Regula est, ut non amoveantur hiatus in *mediis* vocabulis contrahendo vocales, quae elisione consonantis contiguae factae sunt. Quae autem contrahuntur, ita sunt scribendae et falsum reor Lenzium, qui suspicatus sit, metri caussa contractas fuisse interdum pronuntiando vocales sese excipientes. *)

अ. जअदि M. R. 123, 3. कडआदो M. R. 124, 5; अइ, l. 11; रई Rat. 25, 4; चउट्ठ Çak. 40, 8; मऊर Var. I, 8; मए M. R. 115, 7; वअस्सओ M. R. 123, 8.

आ. पाआर M. R. 85, 1; (sic emenda;) राआणो M. R. 110, 5; तुवाराइद M. R. 107, 4; साईअदि Mr. 169, 6; पाउअकवी M. R. 39, 2; पाऊणा M. R. 39, 10; (cf. Var. IV, 23.) आउ Vik. 112, 3; राएसी Vik. 4, 10; ववसाओ M. R. 128, 10. गदाओ Çak. 57, 3.

इ. विप्पिअं M. R. 54, 10; पेडिआ M. R. 96, 8; विइअं Var. I, 18; किंइ Var. I, 28; पीउत्त M. R. 15, 6;

---

*) Ad Vik. p. 202. In exemplo दंसइस्सदि, quod legi vult *dansêssadi* M. R. p. 96, l. 6. aliam scripturam, eamque multo doctiorem praebet P. दंसेहिअ कत्तफलं. Duo exempla e Çak. 52, l. 11. et 83, l. 2. praebent terminationem nom. et acc. plur. आइं, quam *êm* efferendam credidit Chézyus; sed quum poni possit terminatio आ, probata nondum res est.

पडिउलेदि M. R. 129, 10. साअरिए Rat. 74, 9; लोइओ Mr. 7, 2.

ई. ताडीअन्त M. R. 114, 13; वन्दणीआ Mr. 130, 1; दहीइं Var. V, 24; पीईअदि Mr. 169, 6; (sic emenda;) पाईउ Var. V, 18; गदीए M. R. 126, 5; संपादणीओ Vik. 60, 6.

उ. गहुअं Çak. 9, 6; दुआर M. R. 55, 8; दुइअ (= द्वितीय) Rat. 83, 4; तणुई, Var. III, 64; गहुई, M. R. 77, 3. P. सुउमार Çak. 2, fin.; अणुउल Çak. 39, 1; दुउल Var. I, 24; माहुएणा Vik. 23, 7; गहुओ M. R. 15, 14; उसुओ Çak. 18, 2. (Sic scribe).

ऊ. पूअइस्सं Rat. 17, 5; पूआ Rat. 12, fin. पूइदुं Rat. 14, 11; बहूउ Var. V, 18; बहूए Utt. 84, 7; भूओ Çak. 25, 9.

ए. भवेअं Vik. 54, 2; एआइणी, supr. p. 130; करेइ M. R. 77, 3; देई Vik. 60, 2; पोउर Rat. 12, 6. 7.; घेउणा Var. IV, 23., M. M. 71, 2; अपेएसु Mr. 77, 6; मित्तेओ Mr. 9, 4.

ओ. रोअदि M. R. 78, 1; ओअणा M. R. 77, 2; मोआवेहि Vik. 13, 12; होइ M. R. 77, 4; कोइल M. M. 47, 8; रोईअदि Rat. 79, 8; सोउणा Var. IV, 23; सिलोएहिं M. R. 84, 5; पिओओ Prab. 3, 4.

2. Satis superque ex hisce exemplis, quae facile esset multiplicare, apparet, nullum vetitum esse vocalium concursum; immo amari ab hac loquela coarcervatas vocales. *Trium* vocalium vicinarum exempla itidem frequentia sunt. Concursus nobis male sonantes, ut ex. gr. विरअआमि pro विरचयामि, माआए pro मायया (Prab. 15, 1.) plurimi sunt; sed haec ultra persequi operae pretium non est. Nam id satis clarum est, non propter euphoniam fieri, si unquam elidantur vel contrahantur vocales.

3. Hinc non miraberis, si invenies nullam esse mutuam vocalium actionem inter finem vocabuli antecedentis et initium sequentis; *) talis hiatus a Sanscrita plerumque alienus in quavis sententia Prâkritica crepat. Vocabula dico seiuncta, non composita. Excipiendae sunt tantummodo voculae quaedam encliticae, quae tono ipsae privatae, voci, quae antecedit, adiiciuntur; quo facto immutatur interdum vocalis antecedentis dictionis finalis. De his loco peculiari dicam. Hisce exceptis nulla est extra *compositionem* actio vocabuli subsequentis in praecedens. Quod ad consonantes attinet, eae, excepto Anusvâra, a fine verborum alienae sunt; affici itaque nequeunt littera sequentis vocabuli initiali. De Anusvâra infra loqui debemus.

4. Prorsus alia ratio est *compositorum*, quae nimis arcte coniuncta sunt, quam ut mutua in se actione et quasi signo quodam consociationis carere possint. In his ideo vocalis finalis antecedens aut contrahitur cum initiali sequenti aut ante eam evanescit. De utroque genere, contra-

*) Nam quae passim observantur Sandhis leges Sanscriticae, ut Çak. 28, 11. अत्तणोपुभावेण, menda sunt hominum Sanscritice quam Prâkritice doctiorum. Ignoravit noster, formari etiam thema अत्ताण s. अप्पाण ex आत्मन्. Var. V, 37. Itaque lege aut अत्तणो अपुभावेण vel अत्ताणापुभावेण. Sic etiam Mr. 84, 1. अगदो वट्ठिदं pro अवट्ठिदं. Rat. 11, 8. 64, 10. तुहाणमण pro तुह अण°; ममोपदेसं Mr. 10, 2; etc.

ctione et elisione, mox dicam; sunt tamen quaedam vocalium iuncturae quae tali modo iungi recusent. In ए desinere nequit thema vocis Prâkriticae; potest in अ, आ, इ, ई, उ, ऊ, ओ. De अ et आ ante अ et आ, इ, ई et ए, उ, ऊ et ओ in sequentibus disputandum est; h. l. quaeritur, quid fiat, si terminetur vocabulum componendum vocalibus इ, ई, उ, ऊ, ओ et sequatur vocalis. Nil praecipiunt grammatici et derivanda est regula ab usu. Videamus exempla:

सन्तिउद्द्यं Çak. 64, 5; ह्वीउल्लुत्थिचन्न. Prab. 45, 11; अवली-अहिपपाणपा. M. M. 171, 15; उव्वसीअक्कन्तं Vik. 42, 6; धेणु अग्गि Çak. 95, 1; (mendose editum est धेणू). Ex quibus exemplis apparet, इ et उ fine vocis compositae ante vocalem *diversam* sequentem non mutari. Si excipiunt sese इ, ई, vel उ, ऊ, Sanscriticam valere suspicor regulam, (exempla enim desidero) et hanc quidem ob caussam, quod nil obstet, cur minus observetur. Dicendum itaque censeo उव्वसीरिद pro उव्वसी-ईरिद, धेणूरु pro धेणु-ऊरु. Observandum tamen est, difficultatem oriri posse, si ea, quae contractione conflatur vocalis longa, ante *positionem* locum habeat, ex. gr. si componenda essent उव्वसी et इत्थी vel धेणु et उम्मादिद, siquidem उव्वसीत्थी et धेणूम्मादिद contra regulam 18, 1. peccent. Ex eis, quae mox disputabimus, suspicari licet, dicendum esse उव्वसित्थी et धेणुम्मादिद, id est, corripiendam esse vocalem, vel, quod malo, elidendam esse vocalem finalem vocabuli prioris.

5. Praepositiones अति, अधि, अनु, अभि, नि, परि, प्रति, वि, quarum formae Prâkriticae sunt अति s. अदि, s.

अइ, अधि s. अहि, अणु, अभि s. अहि, पि, परि, पडि*), वि, nec non praefixum सु, ante vocales vocis sequentis non iuxta regulam antecedentem tuentur vocalem finalem, sed observantur mutationes Sanscriticae, i. e. oritur forma Prâkritica ex forma, quae poni debet Sanscritice. Itaque dicendum est अण्णेसम्ह, non अणुएसम्ह propter Sanscr. अन्वेषाम:, M. M. 137, 5; पच्चासा, non पडिआसा, M. M. 97. 1. propter प्रत्याशा; अब्भुववण्णा, non अभि-उव० propter Sanscr. अभ्युपपन्ना Vik. 7, 10. Regula est, a qua nunquam disceditur, nisi mendose; talibus autem mendis scatent libri. Sic Vik. 5, 10 legitur पडुअत्थाबेहि, in scholiis पर्युपस्थापय; debebat itaque textus praebere पज्जुअत्थाबेहि propter Sansc. पर्युप-, vel पच्चुब-, si textus voluit प्रत्युप-; cod. P. legit: पज्जवत्थाबेहि i. e. पर्यवस्था०.

Aliter fit in उपरि, quae praepositio a grammaticis alio loco habetur et re vera rarissime cum verbis et nominibus composita invenitur. Hanc itaque iuxta *suam* regulam tractat sermo scenicus, etiam in compositis, quae in Sanscrita iam exstitisse credere licet. Ex. gr. उअरिअलिन्द M. M. 26, 2. = उपर्यलिन्द.

6. Vocabula in ओ, Sanscr. अस्, aliud formant thema in अ, Var. IV, 18. quod in compositione ante vocales usurpatur; de his itaque h. l. non dicendum est.

7. Invenirentur praeterea multa hiatus exem-

---

*) Quae passim se obviam tradunt formae पत्ति, पदि, menda sunt. Scripturae, non loquelae mendum est, si legitur पडि pro परि; hodierni enim efferunt ड per र.

pla in compositis, si fides haberi posset libris, quales aut editi aut manibus librariorum exarati ex India afferuntur. Licentia quadam usos fuisse poetas, forsitan etiam prosarios scriptores, e Var. IV, 1. concludere licet. Negligentius tamen hoc observatum est me iudice a grammatico et crisi accuratiori nobis utendum. Hiatum in compositis legitimum censeo nullum praeter id genus, quod tit. 4. posui. Respiciunt exempla a Var. IV, 1. posita potius licentiam vocales corripiendi ob conflictum inter accentus duorum, quae in unum conflata sunt, vocabulorum. Tum legitimus haud dubie est hiatus, qui oritur elisa initiali alterius dictionis consonante; qualis est in जउणाअडं pro जउणातडं Var. IV, 1. in दण्डअट्ठ pro दण्डकाष्ठ Rat. 51, ult. अज्जउत्त pro आर्यपुत्र etc. Nimirum elisa consonans initialis documento est esse compositum, siquidem extra compositionem mendose eliduntur consonantes initiales. Neque unquam quod sciam contrahitur vocalis, quae post elisam consonantem initialis fit, cum fine vocis antecedentis. Legitur, ut apud Var. IV, 1., in libris tum राअउलं, tum राउलं pro राजकुलं, frustra quaeres राओलं.

His itaque exceptis, falso positum reor hiatum, ubicunque अ vel आ vocem anteriorem terminat, praesertim in oratione numeris non adaptata; ut Rat. 67, 6. साअरिआ उत्क्खित्तहिअओ, ubi praeterea त् absurde positum est; cf. 20, 9. M. M. 59, 2. पिट्ठउर अत्थि, ubi अत्थि pro अट्ठि etiam contra Var. III, 10. peccat; ibid. विसज्जिअअंसुअ, contra 92, l. l. 10. 11. recte editum est बहुंसुअं et रत्तवपपांसुअं; ibidem l. 11. सव्वङ्गिआ

भारहण iterum hiatum praebet nulla ratione firmandum; idem valet de 53, 6. पुलअउक्कम्प. Falsa mihi etiam videtur scriptura अन्तेउरइत्थी Çak. 53, 1; immo dubio haud prorsus caret पिअंवदाअणुसूआओ ibid. 64, 7. licet inter nomina propria per dvandvam composita iunctio est laxior, quam inter nomina invicem recta.

De licentia poetarum longius foret h. l. dicere; nam explicari etiam deberet ratio metrorum in Sanscrita non usitatorum.

§. 25. *De elisione.*

1. Elisiones vocalium e *mediis* vocibus rariores sunt et plerumque coniunctae cum elisione consonantium; mox iam vidimus amantissimum esse hunc sermonem hiatus. Maxime frequentatur vocalis elisio post semivocalem व, si antecedenti consonanti non assimilatur, sed in cognatam vocalem उ transit. Similis generis est elisio vocalium post अय् et अव्, quum in ए et ओ contrahantur. Alia genera vix ad certam legem reduci poterunt.

a) Huc pertinet द्वितीय, si Prâkritice pro विइअं grammatici I, 18. dicitur दुदिअ; nam दुदीअ, quod in indice posui, saepe quidem legitur, at praestat correptio vocalis, ut Mr. 104, 2; 135, 1; 159, 11. Vik. 3, 4. etc. editum est; धुआ pro धूआ M. M. 14, 3. B. Alia vide infra in pronomine 2dae personae, et in semivocali व.

b) De contractionibus अय्-अ, अव्-अ, अय्-इ, अव्-इ etc. in ए, ओ, elisa vocali sequenti, cf. §. seq.

c) Varii generis sunt haec: राउलं pro राअउलं i.

d. राज-कुलं. Var. IV, 1. Forma Mâgadhica लाअउलं legitur Çak, 112, 5. 9. लाअउलं Prab. 32, 9; ibid. 47, 5. लाउल. भाणा pro भाअणा e भाजन Var. IV, 5. बइल्ल e बलीवर्द Mr. 135, 5; देउल्ल e देवालय Mr. 287, 9; कालास pro कालाअस i. e. कालायस Var. IV, 4. खु vel क्खु e खलु particula usus frequentissimi. आहु M. M. 29, 2. (sic etiam legendum pro आदु Mr. 3, 9.) ex अहवा Çak. 49, 1. (= अथवा). cf. अधो Mr. 120, 6. et Var. IV, 6. 35.; *) एण्हिं pro इदानीं, supr. p. 129. गोलाणाई K. P. 64, 4. cf. Var. IV, 25. potius abiicit syllabas वरी; ल pro द vid. infr.

2. Vocales *initiales* eliduntur potissimum in *encliticis*, de quibus §. 28. dicemus. म्हि, सि, त्थि, ex अस्मि, असि, अस्ति, *sum, es, est;* णं = एनं, एनां; पि, वि pro अपि; ति, त्ति, pro इति; व, व्व pro इव; in particula vocantis vel

---

*) दिधी pro दुहिता ibi positum nunquam legere memini. Eadem vox est धूदा vel धीदा, धीआ familiariter pro *filia* usitata. E दुहितृ fit दुहिदा, दुहिदिका, Çak. 164, 17. ibid. 70, ult. (nam si retinetur scriptura textus, in scholl. ponendum est दुहितृ). Elisa vocali उ et contractis consonantibus द् et ह् in ध, oritur धीदा, compensante elisionem productione vocalis इ. Vik. 20, 13. et eliso द, धीआ Mr. 103, 10. et saepissime. Elisa contra vocali इ, oritur धूदा, quod aeque ac धीदा in lexicis tanquam forma Sanscritica habetur; vid. Mr. 108, 1. 109, 3. 4. धूदा vox est honorifica, धीदा contra opprobrio inservit. धूदा, ex. gr. Mr. 109, 4. atque etiam in locis Sanscriticis धूता, ut Mr. 340, 1. 4. sensu *uxoris*, *matronae* usurpatur. At primarium habes significatum in अय्याधूदा Mr. 109, 3. i. e. *Venerabilis matris filia,* prorsus ut *maritus* dicitur आर्यपुत्र = अय्यउत्त, ibid. 109, 1. etc. i. e. *venerabilis patris filius.*

obiurgantis रे pro अरे. Tum in gen. pronominis से pro अस्य, vid. infr.; in दाणिं, दाणि pro इदानीं, supr. p. 162. In अरप्प praecipitur elisio a grammatico I, 4. et sic legitur Vik. 97, 3; 98, 10. in versu. In prosaria oratione semper quod sciam prostat अरप्पा. Itaque aut obliti sunt scribae regulae aut in textu Vararuchis desideratur particula वा. Consentiunt tamen cum magistro grammatici seriores.

3. इ *finale* eliditur in prima sing. fut. e. g. दाइस्सं pro दास्यामि. Vid. infr. उ finale in णं, particula interrogantis pro ननु. Eodem modo privatur particula णु vocali sua in iunctura एवंणेदं = एवम्-णु-एतत्, i. e. *itane hoc.* cf. Çak. 2, 8; 41, fin.; Prab. 8, 6. एवं णेदं etc. Minus bene explicat tum Chézyus, tum Brockhausius noster एवमेतत्. Sic etiam किंणेदं, *ecquid hoc*, Mr. 3, fin. ubi male editum est किं णवेदं; nam neque retinet उ suum णु, nec licitum est Prâkritice णव scribere.*)

Alia minus certa in declinatione diiudicabuntur.

4. Maioris momenti, quippe regulae subiectum certae, est quod in *compositis* cernitur elisionis genus. अ et आ enim ante vocales initiales vocabuli sequentis eliduntur, si excipiuntur hae vocales a consonantibus iunctis. Exempla: जलद्द M. M. 55, 4. e जल et अद्द (Sanscr. आर्द्र); पामड्डिदं Çak. 71, 6, e पाम et अड्डिद; सिव्विणान्तरेसु e सिविणा et अन्तर (Sans. स्वप्नान्त°) M. M. 119, 2; उन्नरोमञ्चसु M. M. 119, 8; rescri-

*) Necessaria tamen non videtur esse elisio. Rat. 34, 12. legitur किं णु एदं.

be उत्तरीअंसुअ; मइन्द Çak. 152, 3. e मअ (= मृग) et इन्द (इन्द्र); महिन्द M. M. 90, 1. e महा et इन्द; पालिन्द M. M. 92, 7. (ल Mâgadhicum est) e पाल i. e. पार et इन्द्र. Postrema autem, quae in Sanscrita iam tanquam composita ut ita dicam *constantia* existunt, Sanscriticam retinere possunt formam, conservato ए, quod iuxta §. 19. corripi debet. परेन्द M. M. 80, 1; ibid. 138, 7. in textu पारेन्द, in scholl. पारेन्द्र vitiose scriptum est, omisso ए; महेन्द Vik. 5, 2. पवणुक्कम्पिणा Çak. 67, 9; e पवणा et उक्क°; ibid. कणपुप्पल e कणपा et उप्प°; भावुत्ताणा Çak. 102, 2. e भाव et उत्ताणा; विब्भमुग्गोद Çak. 117, 5; पव्वुदुम्मूलिद Çak. 87, 12. (ubi द्र mendum est) e पव्वद et उम्मू°.

Ante ea vocabula ab ई vel ऊ incipientia, quorum vocalis ab una tantum consonante quidem excipitur, sed propter elisam unam duarum consonantium in Sanscrita sequentium, gravior est quam ceteroquin ई et ऊ, duplex cernitur ratio; aut contrahitur अ vel आ praecedens cum ई et ऊ aut eliditur अ vel आ, ut fit ante vocalem a consonantibus duabus exceptam. Exemplis utamur ईसर, Sanscr. ईश्वर, et ऊसव, Sanscr. उत्सव. पव्वदीसर M. R. 118, 12; 17, 16; at 13, 11. पव्वदेसर, ubi P. tamen etiam पव्वदीसरं praebet. cf. Prab. 14, 9. 17, 2. Eodem modo महूसव M. R. 85, 9; 124, 3; Çak. 119, 4; M. M. 167, 6. et 166, antep.; वसन्तूसव; (l. 5. उस्सव pro ऊस° editum est;) at महोसव M. R. 84, ult.; Rat. 24, 8 etc. Falsum contra credo M. M. 119, 12. पीवरूरु, quia nulla est ratio, cur minus scribatur पीवरोरु, ut 47, 10.

Porro दलेक्क- Çak. 53, 9. e दल (pro तल) et एक; साहपोक्क M. M. 80, fin. e साहणा et एक्क; करूपोक्क, M.

M. 115, 12. e कहुणा et एक्क. — उत्तरीओवारिद M M. 107, 7; ex उत्तरीअ et ओवारिद (Sanscr. अपवारित) लट्ठोसध Çak. 53, 13. e लट्ठ et ओसध (Sansc. औषध;) cf. M. R. 33, 1. Çak. 156, 9. परिग्गहोवग्गिद M. M. 119, 18. e परिग्गह et ओवग्गिद (Sanscr. अपवल्गित; in scholl. पुञ्जीकृत sensum tantum reddit;) बटोवारिद M. M. 121, 4. e बट et ओवारिद, Sansc. पट - अपवारित. *)

§. 26. De contractione.

1) Contractiones regulares Prâkriticae fiunt in ए ex अ, vel आ et इ, ई; in ओ ex अ, आ, et उ, ऊ. Quae posteriora sunt diphthongi elementa, इ, ई, et उ, ऊ, A) aut Sanscritice iam existunt et elisione consonantis intercedentis Prâkritice cum अ con-

---

*) Elidi dixi अ ante उ, etc., quia ओ retineretur correpta, ut fit in media voce, si अ et उ in ओ prius contracta fuissent, vid. supra p. 149. लोत्त, quod in लुत्त non mutatur. Igitur si prius compositum esset भावोत्ताणा, retineretur ओ, sed corriperetur. Tum tenendum est, talia composita denuo formari in Prâkrita e partibus suis, non tanquam composita recipi a Sanscrita.

Contra regulam peccant saepe et varie libri editi. Sic M. M. 89, 10. समीरणोव्वेल्लन्त (न्त vitiose omissum est in C) et 130, 7. वाहुप्पील (S. बाष्पउत्पीड). Ac sic innumera. Altioris indaginis est hoc. Vik. 48, 10. legitur लज्जाओपादमुहिं; contra Çak. 75, 4. लज्जावपादमुहीं (ई fin. mendum est). Prius ex mea sententia falsum, posterius defendi potest; nam अवपाद non necessario contrahitur in ओपाद; vid. Var. IV, 21. Sin autem forma contracta ponitur, scribendum est लज्जोपाद. Cod. P. omittit in loco Vik. लज्जा.

termina fiunt, aut B) इ, et उ latent sub semivocalibus य et व, quae *a*) aut propter elisionem vocalis sequentis in इ et उ abeunt, *b*) aut transpositione subiiciuntur vocali अ Sanscritice sequenti. C) Denique in compositis contermina sunt अ, आ cum इ, ई et उ, ऊ.

2. A) E चतुर्दशी et चतुर्थी Var. I, 9. oriuntur formae Prâkriticae चउद्दही et चउत्थी, e मयूख et मयूर Var. I, 8. oriuntur मऊह (Prab. 46, 1.) et मऊर; hinc fiunt contractiones चोद्दही, चोत्थी, मोह, मोर. Similem quam posui contractionem vocalis अ cum इ in ए exemplis demonstrare nequeo; nam जेदुं pro जयिदुं, huc non pertinet. Vid. infra. *). —

मोर, fem. मोरी, legitur Utt. 105, 2. Çak. 83, 1. 152, 13. (ubi corrige मोरी;) 55, 9. Mr. 141, 4.

चउट्ठ Mr. 136, 8. 10. Cak. 40, 8. चोट्ठ apud poetas expectandum est. **) चउद्दसी mendose MM. 45, 1. et alibi.

3. B) *a*. E जयामि, जयदि, जयम्ह, जयिदुं fit जेमि, जेदि, जेम्ह, जेदुं, ex हवामि, हवदि, हवम्ह, हविदुं, हविदव्व similiter होमि, होदि, होम्ह, होदुं, होदव्व, e करयन्तो fit करेन्त etc. Hinc apparet, elidi vocalem quae syllabas अय् et अव् exci-

---

*) Huc praeterea trahenda videtur mutatio diphthongorum ऐ et औ in ए et ओ. Dissolutis enim elementis et correpto आ, fiunt अइ et अउ, hinc denique ए et ओ. Cf. supra p. 120. 121.

**) In aliis composs. cum चतुर् quam चतुर्दशी vix legitima est contractio ob silentium grammatici. चउव्वेदी legitur Rat. 34, 5. चउप्पह = चतुष्पथ. Mr. 50, 6.

piat, sive अ, s. आ, sive इ sit, *) quo facto transeat य् in इ, व् in उ; quibus cum अ contractis oriuntur ए et ओ. Porro patefit, non obstare complexus consonantium leviores म्ह, न्त, quippe a nasali incipientes, quo minus locum habeant hae contractiones.

Obstat contra vocalis elidenda ex ultima syllaba. Dicitur भोद्दी pro भवद्दी = भवत्ती, contra semper भवं pro भवान्.

Porro observandum est, non necesse esse, ut fiat haec contractio, sed posse etiam elidi semivocalem et dici जअदि, भइदुं, etc.; hoc in coniugatione accuratius erit enarrandum.

Pertinent porro huc contractiones vocabulorum लवणा in लोणा, नवमल्लिका in णोमल्लिआ s. णोमालिआ Vid. Var. I, 7. S. S. 8. et Çak. 8, 17; Rat. 13, 3. लावण्णा contra contrahi non debet; M. M. 56, 6.

b) Eodem contractionis genere e praeposs. अव et अप, in अव mutata, fieri potest ओ; nimirum ब et व non amplius in hac lingua distinguuntur. Cf. Var. IV, 21. Sanscritica est haec mutatio in ओत्थ pro अवस्थ (cf. उपस्थ) et ओम् pro अवं. Cf. Burn. Yaçna I. nott. p. CXC. Tacuit tamen grammaticus veram huius contractionis rationem. Nempe, si initio radicis Sanscriticae complexus est consonantium,

---

*) Refragari videtur आणोअ ex आनय Çak. 122. fin. Atque certe refragatur धाव्, lavare. धोअदि Mr. 138, 2. धोइदुं Mr. 94, 7. ubi remanet vocalis post ओ; est etiam solitarium exemplum contractae syllabae आव्; adde p. 94, l. l. 10. 12. Tacet Vararuches.

12

contractio vetita est. Exempla sint: अवक्कमिअ *) M. M. 59, 1. M. R. 87, 4; 14, 8; e क्रम्; अवट्ठम्भ Rat. 89, 1; अवत्थाबिद M. R. 155, 6. M. M. 33, 3; e स्था; अवगाहमाण = अव + गाह Mr. 87, 5; nam अवगाहमाणा, quod in scholl. est, Prâkr. audiret अवगाह°, et melius ओगाह vel ओवाह. cf. Var. VIII. Contra ओसरम्ह Utt. 44, 15; ओसक्किदुं 61, 14; ओहरीअदि Utt. 105, 2. (corrige द pro र, est enim radic. ह्रद्; mendum contrarium est 106, 3. ओदादेदि pro ओदारेदि = अवतारयति;) ibid. 16, 12. ओहरिस्सामि, in quo verbo aut in scholio अपहृये mendum est aut in textu. ओदरदि M. M. 123, 2; Vik. 29, 5; ओवारिअ **) = अपवार्य Çak. 132, 10; Rat. 17, 2; ओपाअ Rat. 37, 4; Mr. 146, 1. cf. supr. p. 177. ओबन्धेदि Mr. 72, fine; ओलम्बिद Mr. 134, 5. Non ubique contrahitur, etiamsi fieri possit, praesertim quum in composito अ praepositionis initiale coalescat cum अ antec. सिसिरावगाह Utt. 16, 2. cf. supra p. 175; परप्परावलोअणा M. M. 53, 7; अबपोदु Çak. 17, 2; अवचिद ibid. 68, 8: अवलम्बअस्स Çak. 131, 5; अवलोअन्त Vik. 28, fin.; Mr. 290, 2; अवहिद ibid. 1. अबरुक्कन्त Mr. 27, 5. Sed in permultis horum verborum contractionem praeoptant libri manu scripti. Investigandum restat ope codicum, quae consonantes ओ ament, ex. gr. व, quae recusent, ut facere videtur र.

4. C) Pauca quaedam vocabula exhibent con-

---

*) Monendum vix est, non contrahi posse अव vel अप, si अ alterum contractum sit cum initio voc. seq., ut अवेहि Mr. 115, 8; अबावुदं = अपावृतं Mr. 30, 8.

**) उवारिद Mr. 119, 3; aeque falso enarratur per निवा°.

tractionem factam post transpositionem elementorum य, या, व.

तए pro त्वया, et तया, transposito तश्राय्; मए e मया; से ex यस्य, et यस्याः. Vid. pronomina. Terminatio 2. sing. imper. med. Sanscritica transit aut in स्स, aut in स्सु, elisa vocali अ, aut denique in स्सो. Vide coniugationem.

Plura non enotavi; nam सोत्थी pro स्वस्ति enarrari potest, ut मोत्ता pro मुक्ता. Supr. §. 13.

5. D) In composs. अ et आ contrahuntur cum इ, s. ई in ए, cum उ s. ऊ in ओ, si इ, ई, उ, ऊ a singulis excipiuntur consonantibus.

वादेरिद e वाद et ईरिद Çak. 11, 5; सुओदर e सुअ (शुक) et उदर Çak. 52, 5. पूओअअरणा e पूआ et उपकरणा, Rat. 14, 5. Et e सिपिक्क et उदार debet formari सिपिक्कोदार, pro quo Çak. 130, 11. legitur सिपिक्कुदर. Refert autem, accurate in talibus agere; nam si neglexeris, mutaveris *lacrimas* in *brachia* cum editore M. M. 98, 6. वाहुप्पील pro बाहोप्पील i. e. वाष्प-उप्पीड scribente.

अ et आ cum अ s. आ seq. in prosa formare debent आ, si sequuntur consonantes viduae. दूसहारम्भ e दूसह et आरम्भ M. M. 99, 3. मण्डलाहिराम M. M. 98, 11. e मण्डल et अहिराम; महाभिज्ञणा e महा et अभिज्ञणा Rat. 81, 11. Immo vincit interdum आ, quod Sanscritice oriretur ex अ et अ, consonantem geminam seq. ita ut una elidatur. Rarissima sunt exempla et non ab omni dubio libera; unum legitur Çak. 71, 7. पिणाद्धाब्भिदं e पिणाद्ध et आब्भिद pro अप्पिद ex अर्पित; aliud धम्माथ Prab. 17, 9. pro धम्मत्थ. At dubia est scriptura.

Vocabula Sanscritice a ऋ incipientia sequuntur mutationem suam Prâkriticam etiam in composs.

क्क. Interdum vel सक्कुणोमि fingunt scribae. Utt. 15, 3. legitur वरहिणो pro वर्हिणः nescio quo iure; nam solet e syllaba अर्ह् fieri अरिह्.

5. इ inseritur *a*) ante complexum consonantium, quarum posterior vocalibus इ, ई, ए affecta est.

सिलिट्ठ M. M. 106, 2; किलिट्ठ *) et aliae क्लिश radicis formae, किलसन्त Rat. 41, 6. male pro किलिस्सन्त. cf. M. M. 31, 10; Çak. 120, 16. किलेस Mr. 132, 9; किरिआ, Var. l. l. किलिन्न cf. supra §. 5.

सिरी cf. M. M. 8, fin.; Rat. 20, 2; 29, 6; 46, 1; M. M. 172, 17; etc. हिरी, किरीत, Var. l. l. सिणेह, M. M. 80, 14; 81, 1; 39, 6; M. R. 129, 1; Utt. 14, 3; सिणिद्ध, Utt. 8, 3; 104, 15; Çak. 130, 11; etc. **)

b) etiam ante complexum ab अ vel आ exceptum; nimirum in syllaba insiticia obtinet levissima vocalium इ. ***)

मिलाणा et omnino derivata rad. म्लै; cf. Vik. 71, 8; M. M. 115, 5; किलन्त et omnino क्लम cum derivatis; cf. किलम्मदि M. M. 62, 7; किलामिद (ed. C. म्म) e क्लामित M. M. 94, 4. सिणिणा M. M. 81, 2; Utt.

---

*) कलिद Utt. 13, 7. in scholl. falso per क्लिष्ट enarratur; rescribe in textu विकलिदो.

**) Huc pertinet etiam इत्थी, इत्थिका, इत्थिआ pro स्त्री, sed praefixum est इ, स et त fiunt त्थ, evanescit र. Vik. 18, 7; 30, 9; Prab. 38, 5. ibid. 17, 8 editum est त्थिआओ sine इ praefixo, nescio an recte.

***) Longa vocalis his vocibus nunquam inseritur: रेचीयमाण Vik. 51, 10. (pone अ pro य) nil est nisi dissoluta forma -च्यमाण in ईअ-, ut सरीअदि et innumera alia.

23, 17; 53, 4; Vik. 31, 6; (स्वपुक) Derivatio esse videtur स्वपु, सपिणा, (cf. स्वपिति), सिपिणा, सिबिणा.

c) ante श्लो; solum exemplum सिलोब pro श्लोक M. M. 84, 5.

d) inter र et श, ष, ह, ab ष excepta.

फरिस pro स्पर्श Var. ind. Prab. 58, 1. lege फलिश Mâgadhice; हरिस M. R. 146, 4; (ed. C. falso हर्ष) M. M. 133, 3; गरिह, बरिह et बरिहदि Rat. 91, 6; Çak. 23, 6; etc. बरुह Utt. 54, fin. vix proba est scriptura. करिस् pro कृष् Var. Dh. P. आकृतिगण a Vararuche non ponitur et alia eiusdem generis leguntur in libris: मरिस् pro मर्ष् a मृष्. Vik. 98, 4; M. M. 58, 10; Utt. 14, 10; Mr. 6, 4; Çak. 55, 9; 70, fin.; वरिस् = वर्ष् e वृष् M. R. 15, 11; Prab. 4, 3. alia.*)

6. उ inseritur in सुमर् pro स्मर् e स्मृ sexcenties; in पदुम pro पद्म. cf. Var. III, 64. et ind. Utroque loco ob sequentem labialem. धुमा pro ध्मा forma est a Var. proposita. Alia huius generis certa non sunt. सुउण्णा e शून्य pro सुण्णा Rat. 24, 1. omni caret ratione.

पुरुव pro पूर्व Mr. 82, 4; forma vulgatior est पुव्व. Quod M. M. 119, 6. legitur पउड et in scholl. explic. per

---

*) Mr. 139, 11. Legitur अविद् in textu, आर्द्र in scholl. est itaque Bengalice scriptum et legendum अरिद्; sed praestaret आरिद्; vulgo audit haec vox Prâkr. अद्द. — M. M. 97, 4. legitur गुणाकिस्सरित्तणेण, in glossa गुणाकीर्तनेन. At त्तण refert formam abstractorum in त्व; vid. Var. IV, 22; क्स explicari nequit nisi a rad. क्षी vel क्षा etc.; utravis inaudita est. Legendum est गुणाकित्तणेण = कीर्तनेन.

प्रोठ (corrige प्रौठ), explicandum est per प्रवृंठ, unde etiam Sanscritice fluxit प्रौठ. *)

7. Prorsus alia est ratio insertionis, quae in seqq. cernitur; vocalis enim inserta non seiungit consonantium duarum unam ab altera, sed separat vocalis अ, ut videtur, cognatam आ a consonanti quae sequitur solitaria. Primum tamen exempla ponamus. Ponit in Dhâtu Pâtha haec Vararuches: म्रै वा वाअौ॥ म्लै गात्रविनामे। अस्य धातोर्वा वाअौ भवतः। वाइ। वाअइ। **) Addit mox स्याध्यागानां ठाअ काअ गाअाः। ठाअन्ति। etc. Duae postremae radices huc non pertinent; nam oritur काअदि e ध्यायते, cf. Mr. 118, 1. गाअदि e गायति elisione semivocalis य. Eodem modo explicanda esset forma वाअदि, si re vera a म्लायते profecta esset. At utuntur ea poetae sensu *flandi*, ita ut patefiat, esse वाअदि pro वादि a वा, flare. Ratn. 7,

---

*) Consulto omisi vocabula, in quibus उ ante व insertum videtur. दुवे pro द्वे, दुवार pro द्वार, तुवरेदि pro त्वरयति; nam in hisce contraria potius est ratio. Mutatur व prius in उ, ut in कादुअ e कर्-त्वा; heic non inseritur व (कादुव), quia accentu caret syllaba finalis. In *tuàrédi*, *duè*, *duàra* inclinatur उ versus syllabam sequentem graviorem, eamque quasi amplectitur. Hinc oritur व, quod tamen saepius in istis exemplis non scribitur. cf. तुअरदु Rat. 64, 5; etc. In हुविस्सदि pro भविष्यति oritur उव् ex ऊ. Similiter ex ईअ fit इय = इत्त. cf. supr. p. 160. et infr. Cap. III. य.

**). Semel sit monitum, poni a Vararuche fere semper formas maxime Prâkriticas; aeque legitimae ex ipsius mente sunt वाअइ et वाअदि।

11. वाअइ. Prorsus eadem analogia cernitur in द्राअदि pro द्राति Mr. 96, 9; 154, 6. Est tamen etiam radix Sanscritica द्रै. Etiam वै exstat sensu *siccari*, et derivata est haud dubie a वा, flare. Restat itaque tantummodo स्त्या, cuius forma स्त्यै in catalogis radicc. non invenitur, at probabiliter exstitit in lingua familiari. Atque omnino e radicibus in आ orsae videntur, quae inveniuntur in ऐ. Nam ऐ praeter tempora specialia vix obviam sese fert et quartae classi in permultis verbis vindicandum est य्; sunt enim verba in ऐ maximam partem neutra, quorum coniugatio ab initio quarta videtur fuisse. Cf. Ind. Bibl. III, 88.

In exemplis istis itaque अ insertum non credo, sed elisam semivocalem य. *)

§. 28. De *Sandhi* et *voculis encliticis*.

1. Probe scitis inter ea, quae iam explicuimus, esse multa, quae pertinent ad Sandhim, si Sanscriticum ponitis technici vocabuli sensum. Eodem tamen tempore vidimus, extra compositionem nullam in universum exstare in Prâkrita mutationem

---

*) Cum his confundi non debet भाअदि, Rat. 31, 15. भाआहि Çak. 88, 12; भाइस्सं, Çak. 142, 1. भाआमि Vik. 45, 11. 31, 2. P. (ed. Calc. male भीआमि) etc. a भी iuxta Var. VIII. भियो भा(अ)बीहौ । भ(ा)अइ । बीहइ. Decurtata enim est forma Sanscritica भाययति in भायति. cf. formam causs. भाआवेसि Mr. 176, 17. Idem cernitur in formis quibusdam radicis इ. पत्तिआअदि Vik. 55, 1. Rat. 31, 4; 56, 1. etc. = प्रत्येति; sed in पत्ति pro प्रत्य् haereo.

litterarum vocabulorum finalium ob litteras initiales vocc. proxime sequentium. Abest igitur a sermone scenico pars Sandhis Sanscritici maior, si exceperis voculas quasdam encliticas, quae cum antecedentibus coniungi solent. Quae ex hac caussa cernuntur vocalium finalium et initialium mutationes, liceat *Sandhim* dicere *Prâkriticum*, deflexo primario vocis significatu ad naturam sermonis deterioris.

Supra iam monui praeter Anusvaram alienas esse a fine vocabuli ceteras consonantes, omnibus contra vocalibus posse vocabulum finiri. Particulas quas dico encliticas singulatim recensebo.

2. Sanscr. इति *) Prâkriticam formam induit त्ति, elisa vocali initiali, si alii voci subiungitur. cf. Var. I, 14, ubi scriptura est codicis mendosa त्तु pro त्ति. S.S. 20. Abundat त्ति per textus; id autem quaeritur, quomodo tractandus sit finis voc. antecedentis. -ओ त्ति, -ए त्ति, -इ त्ति, -उ त्ति legitime scribuntur, correptis ए et ओ. Exempla sunto: माहवो त्ति M. M. 38, fin. आगमो त्ति M. R. 16, fin.; तदो त्ति Mr. 53, 1; et quae invenitur scriptura per अ in masc. ante त्ति, ut Çak. 151, 10. दमणा त्ति, Vik. 110, 9 पास त्ति. a nulla regula postulatur atque minus placet ob ambiguitatem, quae inde possit oriri. Falsam igitur reor, nisi nomen praecedens aut vocativus sit

*) इति initio sententiac iuxta Var. इअ fit; dubium mibi est, utrum re vera इअ sit pro इति, an pro alia vocula; vid. indic. *Sensum* non dubito; cf. K. P. p. 32, fin. इअ भणिदेण पाअङ्गी ।

aut thema nulli inflectioni obnoxium. De Sanscritica particulae constructione cf. Windischmannum meum Sanscr. p. 14. सहीए त्ति M. M. 56, 4; रोसहाए त्ति Rat. 47, 7; गदो सि त्ति (= असि इति) M. R. 124, 12; णिवेदेमि त्ति M. R. 124, 10; वट्टदि त्ति M. M. 25, 9; अणुचिट्ठीअदु त्ति Mr. 4. fin.; होदु त्ति M. R. 99, fin. अहं त्ति M. R. 99, 2. ubi ed. C. अहन्ति; अहिमदं त्ति M. M. 92, 2; सोमाइं त्ति Rat. 75, 10; किंत्ति M. M. 46, 6, 9. Videbimus infra, omitti posse ubicunque म् finalem; unde consequitur, ut sonum habuerit valde tenuem. Sed vel propter hanc rationem in prosaria oratione omitti non debet signum ante त्ति et similia enclitica. Fit tamen saepius; अम्मि त्ति Vik. 9, 1; किंत्ति etc. Difficilior est quaestio, si त्ति excipiat terminationes आ, ई, ऊ. Ex ratione huius linguae scribi debet aut -आत्ति, -ई त्ति, ऊ त्ति, aut correpta vocali praecedente: -अ त्ति, -इ त्ति, उ त्ति. Fluctuat usus, et vel saepius peccatur, scriptis longis vocalibus ante त्ति. मालदि त्ति M. M. 88, fin.; -दी त्ति M. M. 92, 8. सही त्ति Prab. 39, 10; सक्खि त्ति Mr. 107, 12. (साक्षीति); आकिदि त्ति Çak. 154, 6; वणदोसिणि त्ति Çak. 12, 2. Scripturae diversitas eadem est post आ. णोमालिआ त्ति Rat. 48, ult.; साअरिआ त्ति Rat. 63, 2; पिअंवद त्ति (pro दा) Çak. 11, 12; अचेतणा त्ति Mr. 340, 7; cf. Çak. 68, 5 etc. immo आ nom. plur. masc. pro आस् correptum invenitur ante त्ति. Çak. 8, antep. Eadem variatio post ऊ. Vik. 116, 7. दीहाऊ त्ति etc.

Metricae rationes litem dirimere nequeunt, ex linguae autem usu apparet, potiorem esse et frequentari त्ति antecedente vocali correpta. Neque obstat, quod hac scriptura prorsus similes fiant

nominn. vocc. in इ et ई, उ et ऊ; nam idem fit in nominativis absque त्ति seq. Scripturae आत्ति, ईत्ति, ऊत्ति usu non defenduntur.

Exstant praeterea multa exempla conservatae formae इत्ति; ex. gr. चिरयसीत्ति Rat. 48, 10; पहरामीत्ति M. M. 110, 7; in his prorsus absurdum est -ई त्ति scribere, quum ई prius contractione tantum longum fiat. Ne hanc formam expellamus, vetat nubes exemplorum. Magis dubia est res, si इत्ति contrahitur cum आ nom. sing. fem. vel अ instr. sing. masc. et neutr. in एण. Frequens est scriptura utravis अक्कपोत्ति Utt. 19, 11; विस्सेत्ति Prab. 42, 5; M. R. 108, 11. सुत्तेत्ति, विरइदेत्ति M. M. 58, 3; at praestare videtur in his scribere per त unum एत्ति, sed haud ita frequenter sese offert haec scriptura; altera certe praevalet in वेत्ति pro वा इत्ति (वत्ति rarius legitur; invenies Çak. 52, 7; 67, 9. sed magnam ruinam passa est littera ए per totam hanc editionem.), immo in विपोत्ति. Vid. Utt. 53, 3. Videtur itaque ए, quod in talibus iuncturis forsitan etiam Sanscritice citius efferebatur, correptum esse, ut in एक्क, एव्व, cett.

3. Pro अपि dicitur Prâk. पि v. बि, nisi अपि sit cupide quaerentis initio positionis collocatum, ut Çak. 154, 6. अबि अ; 45, antep. अबि; M. M. 137, 3. अबि पाम. Encliticum अपि post म् scribi debet पि et reiicienda est scriptura म्बि; post vocales बि tute pones. ते बि M. M. 21, antep.; अइ बि- तइ बि Rat. 23, 2; Mr. 142, 7; (यद्यपि - तथापि;) का बि Çak. 28, 2; दिट्ठो बि Rat. 17, 8; पुणो बि Mr. 85, 7; Vik. 113, 6; अज्जबि Rat. 69, 8; एवम्पि Çak. 28, 7; अहम्पि Çak. 35, 16; किं पि Vik. 17, 2; कधम्पि Çak. 28, 3; 127, 8; दोपपा-

म्मि 83, antep.; (द्वयोरपि;) तुमम्मि Rat. 17, 10. मम्मि Çak. 124, 6 et similia laudare operae pretium vix est. At legitur saepius म्मि encliticum. सवुत्तंपाम्मि Çak. 19, 2; ममाम्मि Çak. 9, 1; 117, 8; केपाम्मि Vik. 3, 4; तवाम्मि M. M. 37, ult. Primum exemplum falsum esse suspicor, haud ita ममाम्मि et similia; nam tam levis sunt ponderis hae voculae, ut eis opus quasi sit auxilio aliarum. Regula tamen non est; K. P. p. 16, 7. केरं, सद्दि तुद, वि, परिहवइ। (केरं a कार्य cf. केरकं, p. 118, supr.)

4. एव Prâkr. audit tum ज्जेव, ज्जेव्व, tum एव, एव्व; tum एव्व; a grammatico additur वेअ. Var. IX. विअ वेअौ अवधारणे ॥ विअ वेअ इत्येतावदवधारणे निपातसंज्ञौ भवतः। एवं विअ। एवं वेअ। Pro hac formula (S. एवमेव, *ita quidem*,) legitur Mr. 151, 13; Vik. 34, 6. एवमेव, quae scriptura Var. IV, 6. defenditur. ममयं वेअ K. P. p. 112, 2. forma enim est quae post म् praeoptatur, igitur एवंवेअ praeferrem. Sed incerta est vox loco Vik. cf. Lenz. ad loc. एव post अ et आ ponitur, et intima est particulae cum antecedente vocabulo iunctura, K. P. 173, fin.; जस्सेव-तस्सेव = यस्यैव-तस्यैव. तद्देव, Vik. 34, 6. a Sanscr. तथैव derivandum est. सा च्चेअ K. P. 182, 11; in his scribi etiam एव्व, एव monere vix opus est; invenitur etiam post म. Rat. 64, 12. तुमम्मेव्व. Restat forma जेव्व, जेव, जेअ s. ज्जेव्व, etc. quae post omnes vocales et म् invenitur, licet id iterum contra linguae indolem est, si post आ, ई, ऊ a gemina conson. incipit particula. Primo loco exempla proferamus: इध ज्जेव M. M. 21, fin. (ed. C. जेव्व); जेपा जेव्व ibid. 19, ult.; emenda ज्जे° post brevem vocalem; अहं ज्जेव Çak. 135, 1; म् non obstat, quo

minus geminetur ज्ज; cf. supr. p. 187. सव्वं ज्जेव्व (स्वयमेव) K. P. 18, 5. तहिं ज्जेव्व Rat. 13, 6; पुत्तो ज्जेव Çak. 158, 8; सो ज्जेव्व Utt. 62, 4; सम्भलो ज्जेव्वं M. M. 25, 4; चन्दो ज्जेव Vik. 9, 1; देईए ज्जेव Vik. 42, 2; दीसदि ज्जेव Vik. 52, 13; etc.

Haec: दीसदी ज्जेव्व Rat. 13, 5; हिदा ज्जेव Çak. 164, fin.; इम्पिणा ज्जेव Çak. 152, 15; दुहिदा ज्जेव्व M. M. 37, fin.; अप्पसपणा ज्जेव Vik. 45, antep.; मालदी ज्जेव M. M. 17, 11; etc. mendose haud dubie scripta sunt neque in eo haereo, quod remanere debeant *breves* vocales et corrigendum sit दीसदि ज्जेव. Sed dubito, utrum आ, ई, ऊ corripi debeant, an जेव sit ponendum. Id certum est, in prosa oratione maxime usitatam esse formam ज्जेव; inde probabile est, praestare scripturam स ज्जेव pro सा एव; (masc. est सो ज्जेव,) मालदि ज्जेव; बधु ज्जेव.

Originem si quaeris, जेव, unde ज्जेव oritur, proficiscitur a येव. Initio sententiae legitur Çak. 152, 14. etiam ज्जेवं pro एवं; sed ab hac particula, quae enclitica non est, एवं, एव्वं, एम्मं *) audit et cum antecc. coniungi non debet, aliena esse videtur praefixa semivocalis. Cohaeret य् praemissum cum enclisi; nimirum quum vocalibus finiantur in hoc sermone vocabula, ए particulae एव, quae vocibus postponitur in oratione distinguendis (vid. Hitop. II. p. 58.) semper excipit aliam vocalem; *so eva*, *sa eva* etc. si ita una efferuntur, ut tonus in sò, sà regnet, corripiatur necesse est ē. Ex *e* correpto emer-

---

*) एम्मं Mr. 151, 13; एवं, Vik. 4, 12; एव्वं, Rat. 64, 3.

git tamen *i*, quod in *ĕ* = *ai* continetur; et ante vocalem *ĕ* locum sibi vindicat. Hinc oritur *yĕva*, *yĕvva*. Distinguenda etiam erat particula, licet enclitica, a vocabulo antecedente; quam ob caussam facilius ante *eva* locum invenire potuit *y*. *)

Quae tentari posset explicatio ex ए Sanscritico ante एव dissoluto in अय्, ex. gr. ग्रामे एव = ग्रामय् एव, unde Prâkritice factum esset गामज्जेव, ideo falsa est, quod जेव Prâk. post omnes vocales sine discrimine ponatur. Exemplum quod huc trahi posset Vik. 3, 4. अब्बअ ज्जेव (अर्द्धपथे एव = पथ एव), confirmatur quidem cod. P. aliud simile est Rat. 36, 2. सिलातल उपविस्सिव; sed utrumque nimis doctum.

5. इव fit विअ; vid. tit. 4. transpositione; sola tamen forma non est. मेइणीव्व legitur M. M. 54, 2. ubi incertum, utrum व्व an इव्व adiectum sit; certum, ई ante व्व ferri non posse; सुहडो व्व (सुभट इव) Mr. 145, 11; पात्तिपिणं व्व Mr. 85, 4; forma est igitur व्व et melius scribetur मेइणिव्व quam मेइणीव. Multo frequentius legitur cum grammatico विअ; ex. gr. कधं विअ Vik. 21, 2; Çak. 63, 6; अदिधिणा विअ Çak. 69, 1; संधी विअ Mr. 100, 12; सहीरी विअ Çak. 70, 8; आलिहिदा विअ Çak. 71, 11; सहिदो विअ Vik. 9, 12; सुआहि विअ Mr. 269, 5; at 134, 6. mendose producta est vocalis इ 3tiae

*) Tacere non debeo, येव in codd. Sanscriticis ex meridie Indiae saepius scribi pro एव; oritur hoc ex fuga vocalium initio vocum positarum, quae afficit istarum dialectorum nonnullas. Eadem ratione ponitur वुच्यते pro उच्यते, plane ut Prâkritice वुच्चदि. Exempli gratia nomino codd. Ramcidos Telinganos Parisienses.

plur. ante विश्र; करेदि विश्र Mr. 145, 8; cf. ib. l. 10; मन्थरे विश्र Çak. 63, 5; Mr. 145, 4. 5. 7. etc.

Non prorsus reiiciendam esse scripturam व्व, demonstrat versus K. Pr. p. 6, 7; सुत्ति व्व in fine versus Aryae, ubi emendandum est सुत्ति व्व, --, ⏑‖ वेइव्व, Dh. 9; --⏑. इव etiam post इ reiiciendum videtur, siquidem magis consentit cum sermonis huius rationibus scribere *ìvva*, quam *ĭva*, si tonus est in antepenultima.

6. De च id tantum moneo, post vocc. saepius dici श्र, omisso च्. S. S. 50. Çak. 52, 10. दिवा श्र रत्तिं च; alterum च fulcro quasi utitur nasali antecedenti. पा श्र Mr. 293, 12; इन्दो श्र Mr. 145, 9; लोभो श्र दक्खिणादा श्र, Mr. 151, 11.

7. क्खु fit खु et post breves vocales, post ancipites ए, श्रो et Anusvaram क्खु. पा क्खु Çak. 153, 14; 158, 1; किं तु क्खु ibid. 154, fin.; को पु क्खु ibid. पादिदं क्खु ibid. 162, 2; एदं क्खु M. R. 33, 8; एदे क्खु M. R. 56, 3. ताए क्खु M. M. 29, 7; एसो क्खु ibid. 77, 6. 8; Menda ut मा क्खु Çak. 156, 5; Vik. 67, 1; पउत्ता क्खु M. M. 88, ult. taedet recensere.

Pro खु invenitur हु, quae forma post *breves* vocales poni non debet, ut fit. Mr. 8, 2. 117, 15. पा हु.

8. Verbum substantivum, si enclitice alii vocabulo additur, श्र suum exuit, et format sing. म्हि, सि, त्थि; plurali fit म्ह e स्मः; त्थ e स्थ; tertia plur. huc non pertinet. Secundum regulas supra positas म्हि, म्ह post breves et longas poni potest vocales; sed invenitur plerumque श्र pro श्रा, ई pro इ, ऊ pro उ ante म्हि et म्ह; म् finale elidi solet ante म्ह, nisi sit

pro त् nom. et acc. sing. neutrius. सि omnibus vocalibus subiungitur; त्थि et त्थ tuentur त् suum, unde consequitur, ut antecedat necesse sit vocalis brevis.

संपत्त म्ह Rat. 61, 8. (nom. plur.) cf. Çak. 25, 1; ibid. 118, 7. legitur अगाहिदत्था अम्ह pro म्ह; मुत्त म्हि Çak. 23, 13. (fem. sing.), cf. 17, 9; एस म्हि Prab. 3, 4; पत्थिद म्हि Çak. 134, 14; ibid. 73, antep. पडिबुद्धा मि, corrige म्हि pro मि. पेसिदो म्हि M. R. 110, 2; संदिट्ठो म्हि, ib. 4. pro masc. scribere अ म्हि, regula iubet nulla, et obstat ratio perspicuitatis habenda; fit tamen Çak. 27, 2. हद म्हि et saepius. इम्म म्हि (इयं अस्मि) Mr. p. 4, 3; जं म्हि Çak. 128, 8; एवं म्हि Utt. 58, 4; असहाइणि म्हि Çak. 46, fin. दूइ म्हि Vik. 37, 12; पाम्हि M. M. 165, 12. सीला सि M. M. 28, 3; मोआविदा सि Çak. 23, 8; काहिं सि Mr. 245, 5; दाणिं सि Mr. 176, 16. ण त्थि Mr. p. 144, 9 etc. Scriptura पाट्ठि Utt. 52, 8. defendi nequit. Usitatius est भोदि s. होदि, quam त्थि, quod initio sententiae sonat अत्थि.

9. Alia vocabula enclitica ignoro; उपरि = उवरि (उअरि) postpositio contrahitur interdum cum pronomine antec. ममोवरि haud semel legitur, nescio an recte. Sed neque encliticum est neque cum nomm. contrahi debet; मअरन्दस्स उवरि M. M. 46, 2. cf. Utt. 45, 8; मालदीए उवरि M. M. 124, 8. etc.

10. *Procliticum* denique sese exhibet saepenumero ण, si sequitur verbum. णेच्छदि Çak. 70, 11, णारिहदि Çak. 23, 6; णाहं Vik. 10, 11; णोदलदि Mr. 208, 9; णागदा M. M. 25, ult. Ponitur etiam pro अ privativo in compos. cum adiectivis et participiis, ut fit iam Sanscritice. णादिदूर M. M. 9, 7.

CAPUT TERTIUM.

De consonantibus linguae Prâkriticae praecipuae.

---

§. 29.

Incipiamus a *singulis* consonantibus, i. e. ab eis, quae aliam neque excipiunt nec praemissam sibi habent. Valent autem in universum haec:

Retinentur consonantes Sanscriticae praeter श et ष, quarum locum occupat स. Var. II, 42. सुणामि = शृणोमि; सेल = शैल; एसो = एषः; पेसिद = प्रेषित etc.

Exceptiones quae esse videntur, si invenitur ह Prâkr. pro श et ष Sanscr., explicandae sunt a mutatione sibili स in ह. Transeunt itaque श et ष prius in स, quam inde fiat ह in दह, decem, pro दश et cum eo compositis एआरह, वारह, तेरह Var. II, 43. 44. Porro in दह pro दृश, vid. supr. p. 125. एदह etc. Eadem ratio est vocabuli सोण्हा pro स्नुषा Var. II, 46. at accedit transpositio nasalis, quasi esset सुण्णा. De ण्हो vid. p. 132.*)

Veram exceptionem sistit mutatio in छ rarissimi usus; vid. Var. II, 40. छावअ pro शावक; छट्ठो pro षष्ट et composita छम्मुह pro षण्मुख Var. l. l. छप्पद pro

---

*) Forma पोण्हा elidit स initiale, ut *nurus*, et nasalem bis ponit. Vid. Var. l. l. et S. S. 136.

षट्पद Dh. p. 8. Cf. S. S. 91. not. छट्ठ. Mr. 139, 23. Çak. 37, 4. Male सावञ Çak. 103, 8.

§. 30.

न simplex non finale semper transit in ण, et remanet tantum, si a consonante sui ordinis excipitur. Var. II, 41. ण, *non*, pro न, णअण pro नयन etc. न finale in Anusvaram transit. Vid. infr.

§. 31.

य simplex initiale mutari debet in ज. Var. II, 30. जो = यः, जाव pro यावत् etc. Exceptio est लट्ठी pro यष्टि iuxta Var. II, 31. cf. indic. Exemplum est *Lath* pro columna, ut *Firoze Lath* adhuc in India superstes. De य mediali infra dicendum est.*)

§. 32.

1. Ceterae consonantes Sanscriticae in Prâkrita recurrunt et nulla est regula, quae impediat, quo minus quaelibet earum et initio et medio vocabulorum locum obtineat, licet sint, quae rarissime occurrant, ut ङ et ञ sine fulcro consonantis cognatae. A fine omnes alienae sunt praeter म्. Dicam primum, quae sint fata consonantium Sanscriticarum initio vocum Prâkriticarum.

2. *Initio* retinentur, si in universum loquimur, *sine mutatione omnes omnium ordinum consonantes singulae*, exceptis श, ष, न, य iuxta §. §. 29. 30. 31. Var. II, 2.

---

*) य in ज mutatum non revertitur ad formam suam primariam, si praefixa praepositione ex initiali fiat mediale. अहिजुञ Prab. 36, 2. etc.

3. Initium autem vocis cessat esse, si praefigitur praepositio vel alia particula, ut दुस्, सु, अ priv. Quo facto in condicionem consonantis *medialis* abit, quae mox fuerat initialis. Ex. gr. विआपादि Prab. 13, fin. e वि et आपादि; अपुउल Çak. 39, 1. e अपु + कूल; सुउमार Çak. 50, 11. eliso क्. -परिबूरपा pro परिपू° Çak. 8, ult.; पडिहाइस्सदि (lege पडी-) pro प्रतिख्यास्यति Çak. 2, 4. etc.

Idem efficit compositio cum alio vocabulo praemisso, si usus sit tam frequentis, ut naturam quasi induat vocis non compositae. Ex. gr. उपउअट्ठ pro दपउकाष्ठ Rat. 31, ult.; अज्जउत्त pro आर्यपुत्र Rat. 91, 9; Prab. 4, 1; etc. गिम्हआल i. e. ग्रीष्मकाल Çak. 9, 4. etc. Immo vocabulum non compositum, si iunctura ei sit cum alio praecedente vulgatissima, eodem modo littera initiali potest privari, quasi haec esset medialis. Sic दासीए उत्त = दास्याः पुत्र Mr. 158, 4; Rat. 91, 1; cf. mox अज्जउत्त. अध इं pro अथकिं, *immo*. cf. Hitop. II, p. 108. In hisce exemplis legitime secundum regulas infra ponendas mutatur vel eliditur consonans tanquam medialis. Accedunt voces quaedam singulae, usu constanti idem privilegium sibi vindicantes, ut उण vel उणो pro पुनर्, एसो उण Çak. 39, 16. etc. अ pro च. cf. §. 28, 6.

4. Ad nonnulla alia vocabula extendere solent scribae hanc elisionem, iustae distinctionis inopes, ut आल pro काल extra compositionem, ex. gr. M. M. 44, 4. को बि आलो. cf. Var. II, fin. आणे pro ज्ञाने, आणीअदि, pass. ज्ञा, Çak. 52, 10. Rat. 70, 6. Militat talis elisio tum contra rationem sermonis, tum contra sententiam grammatici. Leviorem efficit

vocabuli depravationem transitio tenuis in mediam vel adspiratae in ह. Hanc itaque libentius a medialibus consonantibus ad initiales transferri concedemus. Exempla utriusque generis certa prostant. त fit interdum द in दे, pro ते, *tui*, *tibi*; दाव (दा) pro तावत्, ब est pro प in बरपह pro पराहूणा Var. III, 8. Adde बज्ज pro पज्ज e पचते; होदि, होदु, हुविस्सदि a rad. भू; हर e घर Rat. 42, 7. etc. Temere tamen non recipiendae sunt scripturae tales.

§. 33.

Exceptiones singulae a regula 32, 2. hae sunt:

1. क adspiratur in खुज्ज pro कुब्ज Var. II, 33 S. S. 85. Çak. 29, 11; fit च in चिलाद pro किरात; Var. II, 32. S. S. 86. et solum hoc est exemplum mutationis in Sanscrita saepius obviae. Vid. bibl. Indic. III, p. 34.

2. ग fit घ, eliso ह formae Sanscriticae, in घेत्तूणा, घेत्तुं e rad. ग्रह. cf. supr. p. 117. contra गेण्हदि. Hinc explica घर, *domus*, a गर्ह pro गृह (cf. गार्हस्थ्य) Var. IV, 23. 24. 35. Quum र् vicinam consonantem nonnunquam adspiret, repetenda est forma घिसदि pro ग्रसति Var. Dh. Pâth. cap. VIII. ab hac litterae caninae vi, de qua infra plura addam.

3. ड fit ण in nomine णाहल pro डाहल. Var. II, 39. At suspecta est codicis scriptura, et S. S. 92. docet ल fieri ण in लाङ्गल, Prâkr. णङ्गल, लोहल, Prâkr. णोहल, aliis. Hinc emendarim et Vararuchem et ea, quae in ind. s. v. णाहल posui.

4. त fit tum ट, tum च in reduplic. radic. स्था. टिट्ठदि, Çak. 31, 9. etc. चिट्ठदि Rat. 63, 3. etc. For-

ma haec a grammaticis Çâurasenicae tribuitur; illa consentit cum mutatione त medialis, infra enarranda. थ fit in rad. तृप्, Prâkr. थिम्प् iuxta Var. VIII. Compara घिस् pro ग्रस्.

5. द् transit in ड in डपड, डोल, डसण Var. II, 34. Addit S. S. 87. डहण. Editi libri praebent ubique quod sciam द्; at facilius credi potest, ignorasse regulam scribas, quam falsum fuisse grammaticum, cui ideo obediendum esse reor. Fit ध in धीदा v. धूदा e दुहिता (vid. supr. p. 172.) translato ह omisso ad initium, ut in घ pro ग. Hoc ध transit in ढ in ढज्झते pro दहूयते Mr. 17, 11., exemplum e dialecto praecipua enotare omisi.

6. प adspiratur in फलिहा, फलिह, फरुस Var. II, 35. 29. S. S. 88. ratio posita est in र seq. Addit Var. 36. फपास pro पनस (etiam पपास Sanscriticum est; vid. Wils. s. v.) cuius mutationis caussam non assequor.

7. ब fit भ in भम्रफइ pro बृहस्पति Var. IV, 52. Rat. 58, 4. legitur विहप्पदि, quae forma normam sequitur iustam in इ pro ऋ, pro प्प autem poni posset प्फ. Si अ ponitur pro इ, fit बहप्फदि, unde eliso ह et tralato spiritu ad initium, oritur forma भम्रप्फइ v. दि. Et sic emendari debet Vararuches. cf. S. S. 162. Quod dixi in indice, deberi फ eliso ह, falsum est; प्फ oritur e स्प. cf. Sanscr. भूयस् e बहु.

Itidem fit भिसिणी e विसिनी (melius बिसि°; uti apparet ex ipsa hac mutatione) Var. III, 37. S. S. 89. Cf. K. Pr. p. 6. उग्र पिच्चलपिण्पन्दा भिसिणी etc. Non fit in बिसं. Var. l. l.

8. म mutatur in व (sive ब) in वम्मह pro मन्मथ Var. II, 38. S. S. 90. cf. M. M. 31. antep.

9. स in छ abit in छत्तवण्णा pro सप्तपर्णा Var. II, 40.

10. ह mutatur in फ in फीणा pro हीन Mr. 57, 3; quae mutatio in media voce saepius locum habet et coniuncta est cum फ pro ध; ipsa radix हा antiquiorem praebet in Vedis formam धा. Sed ponitur etiam फ pro क्ष et फीणा aliis locis per क्षीणा explicandum est, ut Mr. 136, 12. 148, 6.

11. Denique monebo, semivocales य et व praefigi cognatis vocalibus ए et उ in ज्ञेव (vid. supr. §. 28, 4.) et in वुच्चदि etc. pro उच्यते; male edidit Chézyus Çak. 11, 12. च्चुच्चसि, emenda वुच्चसि. cf. Mr. 57, 5. वुच्चन्ति.

§. 34.

Pervenimus ad consonantes *singulas mediales*, quarum mutationes potissimum in duabus rebus cernuntur; in *elisione* et in *transitione* surdarum in sonoras. In adspiratis elisio ita est temperata, ut evanescat consonans propria, remaneat adspiratio sola; i. e. pro ख, घ, थ, ध etc. ponitur ह simplex. Utrumque mutationis genus mox accuratius definiemus.

Vides hasce mutationes ob ipsam suam naturam magnam partem attinere ad consonantes quaternas *ordinatas Vargarum* quinque priorum i. e. ad gutturales क, ख, ग, घ, palatales च, छ etc. usque ad labiales; elisionis participes sunt etiam semivocales य et व. In duas divisiones principales pro huius linguae indole igitur dispesco catervam consonantium; prima continet, quas mox nominavi, quaternas quinque priorum ordinum consonantes, altera ceteras, i. e. nasales, semivocales,

sibilum स et spiritum ह. In priori legione duae sunt divisiones; fortior est loci sui tutrix cohors gutturr. et palatt., quam quae sequitur, lingualium, dentalium, labialium; fortissimae sunt linguales, si elisio sola spectatur; hanc nunc non respicio.

In altera divisione ङ, et ञ rarissime singulatim comparent, nullibi न; nasales igitur Prâkriticae primariae sunt ण et म. Inter semivocales multa communia inter se habent य et व, utraque vocalem habet sibi cognatam, इ et उ. Inter se contra arcto vinculo iunguntur र et ल. Cognatus est denique in hac lingua sibilus स spiritui ह.

His positis hunc in modum constituo consonantium Prâkritt. singularum schema, conservata ceteroquin distributione Sanscritica:

I. Consonn. ordinatae: 1. *a*) क, ख, ग, घ.
b) च, छ, ज, झ.
2. *a*) ट, ठ, ड, ढ.
b) त, थ, द, ध.
c) प, फ, ब, भ.

II. Consonn. ceterae: 1. Nasales: (ङ, ञ) ण, म.
2. Semivocales य, व.
3. Liquidae र, ल.
4. Sibilus et spiritus स, ह.

Sin autem iuxta patientiam elisionis dispescere voles, hunc ponere debebis ordinem:

1. स, ह, ण, म, ल, र.
2. ट, ठ, ड, ढ; च, छ, ज, झ; क, ख, ग, घ; प, फ, ब, भ; त, थ, द, ध.
3. य, व;

prorsus enim ignavae sunt hae semivocales.

§. 35.

1. Consonantes mediales singulae hae: क, ग, च, ज, त, द, प, ब *) et semivocales य, व pro arbitrio elidi possunt vel retineri. Var. II, 2. Sola lex est euphonia. cf. Var. l. l. Sin autem retinentur त, प, obnoxiae sunt mutationi in द, व. §. 37. Dentales praeterea amant in linguales transire. §. 38. Prorsus similis est lex, quae in adspiratis regnat. Vid. infr. §. 40.

2. Exempla ponam elisionis; conservatas easdem consonantes exhibere, opus non est: अणेअसो = अनेकशः Çak. 156, 14; मउलिद e मुकुल. Çak. 13, 6; supr. p. 131; एकाइणी Çak. 126, 8; अवआस = अवकाश. Prab. 46, 2; आउल Prab. 43, fin.; णिओअ = नियोग Prab. 3, 4; भाइ = भागि Çak. 159, 9; भाअधेअ = भागधेय, ib. 158, ult.; आअच्छिअ Rat. 53, 5; वाआए = वाचा Çak. 75, 12; पिसाअ = पिशाच Prab. 46, 2; मोआएहि Çak. 153, 6; राआ = राजा Çak. 37, 2; अआणिअ = अज्ञात्वा; Çak. 47, 4; विआणादि = विज्ञा° Prab. 13, fin.; उडअ = उटज Çak. 16, 13; पआवइणो Rat. 44, 12. pro प्रजापतेः; एआरिस Prab. 10, 16; पआरेदि pro प्रतारयति Prab. 15, 10; चउट्ठ Çak. 40, 8; णई = नदी Çak. 49, 2; कआवि = कदापि Prab. 44, 4; in tertia sing. इ pro ति aeque legitima est forma atque दि; होइ, करेइ etc. exempla sunt supr. p. 147. णिउणत्तणं = निपुणत्वं Çak. 80, 1; उअअद = उपगत Rat. 41, 5.

*) Addidi ब, monui iam supr. p. 177., ब et व a grammaticis non distingui propter sonum non diversum; nos tamen non distinguere non debemus haud dubie. De य et व suo loco singulatim dicam.

3. Suspicari posses, prius transire tenues in medias, त in द, etc. quam elidantur, ita ut ordo sit formarum: Sanscr. प्रतारयति, Pr. पतारेति, पदारेदि, पआरेदि. Et recte quidem de ट, त, प, licet obstent क et च, quae saepissime elidantur, vix in ग et ज transeant. Quum pro ट inveniatur ल, ponenda est prius mutatio in ड. Vid. infr.

Not. 1. Defendit Var. ab elisione ट et ड; falsam igitur scripturam reor Mr. 202, 8; कारअअ pro कारटक.

Not. 2. Inde quod grammatici plerumque elidant consonantes et scribant ex. c. in tertia pers. sing. semper होइ, करेइ, etc. sine दू, vel कअ pro कद e कृत, libri contra saepius होदि, करेदि, कद, somniavere quidam, alium doceri vulgaris sermonis typum a grammaticis, alium usurpari a poetis. Ignari fuere boni viri, consulto poni a grammaticis formas *maxime vulgares*, a poetis contra pro vario dicendi genere diversis locis alterutras praeoptari. Diversus est sermonis typus tantum in speciminibus dialectorum provincialium non scenicarum, quae in libris metricis saepius proferuntur, memoratis a Lenzio app. crit. ad. Urv. praef. p. 7. In eo tamen falsum credo virum clarissimum, quod antiquissima censeat harum dialectorum vulgarium monumenta.

§. 36.

क, ग, च, ज si non eliduntur, non aliter immutari solent. Mutati क in ग solum exemplum est मरगअ pro मरकत, K. Pr. 6, 7. Mr. p. 139, 6.

Exceptiones itaque singulae sunt hae, testimonio Vararuchis fretae: क fit ह in फलिह pro स्फटिक, चिहुर pro चिकुर, णिहस pro निकष, Var. II, 4. चिउर tamen editum est Prab. 45, 11. *) S. S. 67. addit विहल pro विकल.

क rad. कास् post praepos. अव = ओ transire potest in ब. cf. Var. VIII. et supr. p. 136. क fit भ in सीभर pro शीकर Var. II, 5. S. S. 68. 69. E सीकर itaque factum est सीपर, hinc सीबर, denique सीभर. In म transit in चन्द्रिमा pro चन्द्रिका. Var. II, 5. cf. tamen चन्द्रमस्.

ग fieri potest ब in rad. गाह् post praep. अव = ओ, vid. Var. VIII. अवगाह est Utt. 16, 2. forsitan temere positum. ह pro ग in बहिणी, ut Prâkr. dicitur pro भगिनी, potius e घ fluxit. Vid. §. 42.

§. 37.

Tenues ट. त, प patiuntur saepissime depressionem in medias suas, prae ceteris त. cf. Var. II, 6. 14. 19. S. S. 71. 51. 53.
अडई = अटवी Çak. 52, 10; घाडीबदि e घट Prab. 10, 18; उडअ (उटज) Çak. 16, 13; कुडुम्बिणी Mr. 4, 1. at 3, 3. legitur कुटु°. वादेंदि Çak. 11, 5; कादव्व Prab. 11, 7. Sunt praeterea permultae formae grammaticae, quarum त solitaria est consonans: nomm. in ति, part. in त, infinit. in तुं, partic. in तव्य, tertia pers. sing. praes. et imperat. in ति, तु; compar. in तर, superl. in तम, adverb. in तस्, unde sing. abl. Prâkr. in दो;

---

*) Mr. 113, 3. falsa analogia positum est चित्तफलह c -फलक; cf. 117, 1.

hoc न ubique fere in द transit, rarius eliditur; in ति 3tiae sing. tamen saepe expungitur in versibus. उवरि pro उपरि supr. p. 131; उव e उप Prab. 42, 7; पावइस्सं Çak. 50, 10; (= प्रापयिष्यामि); सवत्तीआ = सपत्नीका Prab. 39, 7; पालिपाीअत्र Çak. 52, 5; वावड (व्यापृत) Çak. 157, 1; तवा = त्रपा Çak. 117, 5; णिव्वाविद = निर्वापित Mr. 31, 1; et omnino in forma caussativi प formativo utentis.

§. 38.

Ut न in ण, ita त in ट, द in ड saepius abit; ट e त orsum solet in ड mutari. Extendit usus hanc regulam ultra fines a grammaticis positos et in singulis vocabulis desiderant libri adhuc crisin accuratiorem. cf. Var. II, 7. S. S. 72.
णिवडन्त = निपतत् Prab. 4, 4 et Var. Dh. Pâth. वावड Çak. 157, 1; पडिसर Var. l. l. et omnino in praepos. प्रति, cuius forma बडि Çak. 123, 6. initio vocabuli non bene se habet, ut taceam formas पति, पदि prorsus mendosas. cf. S. S. l. l. पडाआ = पताका Var. l. l. वेडिस ibid. pro quo libri plerumque वेदस suo iure.

§. 39.

Aliae mutationes consonn. ट, ड, त, द, प, ब medialium in singulis tantum vocabulis obviae sunt.

1. ट fit ठ in vocc. सठा, सकठ, केठब pro सटा, शकट, कैटभ. Var. II, 20. In talibus iurare debemus in verba magistri. Caussam si quaeris, videtur spiritus in केठब ab ultima in antep. migrasse; in ceteris caussam certam non assequor. S. S. 54 ढ praebet pro ठ.

ल pro ट ponendum est iuxta Var. II, 4. 21: S. S. 55. in फलिह pro स्फटिक. Repetenda est mutatio a transitione in mediam. Exempl. Mr. 135, 9.

2. ड saepius liquida ल fit. Var. II, 22. S. S. 56. दालिम = दाडिम, वलाक्ष = वडाक्त, वलहि = वडभि, तलाय = तडाग. Nimirum ड sonum habet Rephae cognatum et hodie a ड़ non distinguitur; ऱ et ल iam in Vedis inter se permutantur, alias taceo linguas. Sed propter ipsam istam efferendi rationem, quae hodie praevalet, difficillimum est dicere, quae vocabula Prâkrr. recte ल pro ड ponant, quae a sola ignorantia scribarum liquida donentur. Nam quum pro ऱ in dialectis inferioribus saepissime ल ponatur, saepenumero scribae dialecti ignari ल pro ऱ venditant in sermone praecipuo; idem autem faciunt in consonante eiusdem soni ड. De पोड़ et derivatis rem testificatur Var. vid. supr. p. 131. Quum contra चेलिका Dh. 10, etc. ponatur pro चेडिका, e चेटिका, Çak. 52, 2. etc. कोलम्ह pro कोड- Vik. 54, 9. Mr. 181, 7; Dh. 21, Rat. 9, 8. etc. पलिअ pro पडिअ i. e. पतित्वा, Dh. 17. nescio, utrum ita extendere liceat regulam a Var. arctius circumscriptam, an sola sit huius mutationis caussa librariorum inscientia.*) Id certum est, sine ope codicum nil posse in singulis vocc. a grammaticis non definitis statui.

3. त fit ह in वसही e वसति et भरह e भरत Var. II, 8. Utraque forma refert adspirationem amissam,

*) Ex. gr. पलिऊल Vik. 18, 6. i. e. प्रतिकूल, ed. C. Cod. P. contra पडिऊल etc. Vik. 21, ult. ed. C. पप्पल; cod. P. पप्पड e पर्पट, et sic multa alia.

क्सथि et भरथ. Confusum est थ cum ह etiam in terminat. 2dae plur. imper. ubi terminationes ह et ध repetendae sunt a थ, forma Sanscritica praesentis et futuri.

ण pro त invenitur in गब्भिण et एरावण Var. II, 9. 10. Potius dixerim, fluxisse priorem vocem a गर्भिन्; posteriorem ex aucta forma affixi वन्त्, cuius nomin. sing. masc. Prâkr. वं audit, assumsisse thema in वण. Vid. Mr. 153, 4. S. S. 74. offert गव्विण pro गर्वित.

4. द fit ल iuxta Var. II, 11. S. S. 63. in दोहद, कदम्ब, प्रदीप्त, Prâkr. दोहल, कलम्ब, पलित्त. पलीवेसि, Utt. 55, fin. Statuenda est transitio in ड, unde profecta sit liquida, ut dictum est sub tit. 2. Etiam hanc regulam saepius non observatam inveni a scriptoribus dicamne an librariis, nescio. Rat. 21, 4; 29, 7. दोहअ i. e. दोहद; nam ल rarissime eliditur. cf. Utt. 15, 14. In rad. शद्, Prâk. सड् remanet lingualis, in नुद् et मृद्, Prâk. पोल्ल et मल progreditur ड in ल iuxta Var. VIII.

Directa est transitio in र in गग्गर pro गद्गद et रह pro दश, in एआरह, बारह, तेरह. Var. II, 12. 13. S. S. 64. Paullum diversa est ratio vocabb. ईरिस et ईदिस, ceterorum, supr. p. 115; nam oritur consonans alternans a ट्ट.

Esse denique mutatio in ज्ज videtur in vocibus quibusdam; omitto mendosam scripturam ईज्जिस pro ईदिस Vik. 23, 11. cf. supr. p. 115 et साब्जत्त pro श्वापद Utt. 120, 14. Scio iuncturam ध semper fieri ज्ज; at द simplex me iudice ita mutari nequit. Falsa sunt nonnunquam interpretamenta. Ut exem-

plum proferam, Çak. 68, 2. पडिवज्जिस्सदि videtur esse pro Sanscr. प्रतिपद्स्यति (i. e. -पत्स्यति); *) verum est, a radice पद्, पद्यते, genitum esse thema Prâkriticum पज्ज, unde बज्ज. Hinc oritur ad normam inferiorum dialectorum बच्च, quod confunditur cum Sanscr. व्रजति etiam in Path. Vararuchis. Mr. 60, 5. 193, l. 6. बज्जइ falso explicatur per व्रजति, lege पद्यते. cf. in primis Mr. 50, 7. विबज्जिस्सं = विपत्स्ये. Ibid. 193, fin. pro horum hominum indole melius editum est वच्चदि. Eodem modo explicanda sunt omnia, quae e द् solo orsa videntur ज्ज. **)

5. प et ब in nasalem cognatam म transeunt in आमेल pro आपीड, et कमन्ध pro कबन्ध. Var. II, 15. 18. S. S. 55. Refragantur scribae. cf. supr. p. 131.

§. 40.

Prorsus similes sunt mutationes adspiratarum, quae genus praebent elisionis, Sanscritae non inusitatum, ubi सह profectum est a सध, इह ab इध, ग्रह a ग्रभ, हृ a भृ et धृ, हा a धा, हंस a घंस et permulta alia. Elisio enim in adspiratis est, si solus remanet spiritus ह. Regulas autem accipite hasce: *a*) ख, घ, थ, ध, भ plerumque hanc elisionem patiuntur et fiunt ह, at possunt *b*) etiam conservari; *c*) ceterae छ, झ, ठ, ढ, फ respuunt elisionem, et retinentur sine mutatione छ, झ, ढ et plerumque ठ; *d*) थ, फ et raro ठ in medias suas

*) Non moror, Chézyi enarrationem प्रतिवक्ष्यति refellere. cf. Hitop. prol. dist. 33.

**) Mr. 6, 1. छिज्जिस्सदि forma est futuri a them. pass. छिद्यते

abire possunt. cf. Var. II, 25. 26. S. S. 58. 59. Sequuntur exempla:

a) ख. सही (सखी) Çak. 123, 8; लेहा Prab. 14, ult.; पाहपड Prab. 48, 1; शेघर Prab. 17, 4. scribi debet शेहर;

घ. विहडिद Utt. 19, 10. सलाहणिज्ज Prab. 4, 8;

थ. महवा Çak. 49, 6; पडिरह (प्रतिरथ) Çak. 161, 16; णिम्महिअ = निर्मथ्य Prab. 4, 7;

ध. ओसहि Çak. 156, 9; घवही Çak. 127, 7; महु (मधु) Çak. 105, 10.

भ. लहेअं (1. sing. pot.) Çak. 28, 7; उहय Çak. 162, 1; सहाव (स्वभाव) Prab. 14, 8. पहुदि = प्रभृति Prab. 9, 5; सुहग = सुभग Prab. 39, 5. Nam de initio valet etiam in adspiratis, quod §. 32, 1. admonui.

b) सुलं Mr. 38, 3; अभिघाद Prab. 4, 6; रघ Çak. 39, 15; विधादुं Dh. 15; पडिभादि Rat. 3, 9.

c) पिढ Vik. 43, 11; 99, 3. गहन्त Rat. 22, 6;*) इन्दा-सणाकोल्लिअं Dh. 27; ह Prâkrit. positionem non facit. Vid. Lenz. ad Urv. p. 202. पठीअदु Rat. 9, 1; पीठ Mr. 156, 4; विसोढुं Çak. 55, antep.

d) तधा Prab. 8, 6; पाध Rat. 71, 10; पधं Çak. 48, 12; कधं Çak. 127, 8; Rat. 81, 9. 10. अपपाधा Rat. 84, 7. et omnino in advv. in धा et in 2da plur. ध pro थ. Mutatio eius, quod est ठ in ढ, potius in id cadit, quod ab origine fuit थ et abiit in ठ, ut in पठम et पढम. Vid. §. seq. ठ Sanscriticum in ढ nunquam mutari videtur. फ iuxta Var. II, 25. in भ transire solet; at non debet. Id enim ista regula docetur. Certum est

---

*) संहन्द Mr. 119, 6. corrige सहन्द = स्व . M. R. 9, 3. emenda pro धडफडन्तं e cod. P. कडकडन्तं. Cf. M. M. 90, 3. Utt. 103, fin. Prab. 39, 8.

excludi mutationem in ह, quae tamen in libris cernitur, ut Mr. 145, 6. सेहालिआ, contra Var. l. l. सेभा°; frequentius conservatur फ. चित्तफलअ Mr. 136, 5. बहुफल Vik. 62, 7. cf. S. S. 59. Exc. V. ubi additur 161: बहुहलं। बहुप्फलं। Transit interdum फ superstes post elisionem antecedentis प et longam vocalem excipiens in ह; ex. gr. बाप्प, बाप्फ, बाह.

§. 41.

In linguales respondentes transeunt interdum etiam dentales adspiratae et ठ ad ढ descendit. Var. II, 27. ubi docetur, थ in शिथिल et प्रथमं, ध in निषध transire in ठ. Attamen quum prorsus contra huius sermonis ingenium militet, mutari mediam in tenuem, legendum esse credo ढ pro ठ. Consentit cum hoc S. S. ubi reg. 60. in hisce exemplis scribitur ढ. Adduntur praeterea घोसढ, दड्ढ, विदड्ढ. घोसढ non repperi; cf. supr. p. 175, in दग्ध variant libri, tum cerebrales ponentes, cf. M. M. 28, 8. 109, 3; 114, 4; 115, 2 (ubi falso ड्ढ), tum dentales; vid. Prab. 15, 9; Rat. 6, 13, M. M. 54, 8. पिसढ e libris non erui; सिढिल et पढम saepissime leguntur, M. M. 95, 23; Çak. 10, 130, 6. Rat. 7, 6. etc. Çak. 5, 6. Rat. 7, 68. etc. rarius सिठिल et पठम. Tutius videtur neutram excludere formam. *)

---

*) Ponit S. S. ubique fere ढ pro ठ; sic etiam in reg. 54, quae est II, 20. Var. et sic praecipit reg. S. S. 61. Vid. Exc. V. Generalem esse hanc mutationem nec Vararuches docet, neque corroborant libri; magis solitam esse intelligo. De पथम addendum est, saepius legi

Retinetur ढ pro थ in rad. क्वथ, Pr. कढ, teste Var. VIII.

§. 42.

Transitio adspiratae ठ in ल attribuitur soli verbo अङ्कोठ Var. II, 24. Prâkr. अङ्कोल्ल, quae forma iam Sanscr. est.

Transitiones adspiratarum in non adspiratas rarissimae sunt, si, uti debes, huc trahere non vis menda librariorum, qui in hisce consonn. pingendis solent falli, et caves, ne diversas dialectos confundas. Interpretamenta vitiosa corrigere supersedeo, ut Çak. 82, 14. ubi णिवडन्ति (निपतन्ति) falso enarratur per निपथन्ति.

Restant mutationes paucissimae Vararuchis testimonio corroboratae; ट pro ठ in मट, जटर, कटोर Var. II, 23. contra quam scripturam peccare solent libri, in ट et ठ distinguendis tamen ponderis nullius. cf. M. M. 119, 11; Mr. 144, 2; भ in ब in केढब. Var. II, 28. cf. supr. §. 39, 1. Adde बहिणी pro भगिनी, *soror*, quae sola est legitima forma Prâkritica, ubi transposita est adspiratio: बघिणी, unde बहिणी. M. M. 9, ult.; Mr. 180, 6. etc.

---

formam पढुम, पडुम; cf. supr. p. 127. Silentio eam praetermittunt grammatici et vereor, ne scribae reg. Var. III, 64. memores, falso finxerint पडुम; nam पड्ढुम, सदुम frustra quaeres. Exempla huius scripturae sunt: Vik. 36, 8; 115, 7; M. R. 141, 9. पढम C. पढुम P. etc.

§. 43.

Explicatis hisce ordinatarum consonantium singularum mutationibus, videtis eas fere reduci posse ad *depressionem* et *elisionem*, totoque coelo differre hasce mutationes a *rotatione* consonantium Germanica. Prâkriticae enim non gyro circumaguntur, sed in locos inferiores et perniciem tendunt. Permutationes singularum consonantium ex uno ordine in alterum vix inveniuntur, praeter transitionem dentalium in linguales, quae obtinet adhuc per linguas Indicc. provinciall. Sanscriticas. Nam exempla reciprocationis inter labiales et dentales vel gutturales*) vix locum habent et quod magis mireris, gutturales in palatales migrare recusant. Unicam repperi exceptionem च्चिलाद pro किरात supr. §. 33.

A grammatico edocemur, radicum बुध् et युध् formas Prâkrr. esse बुज्झ et जुज्झ. Valet de his, quod supra notavi de ज्ज pro द §. 39; repetenda est mutatio a बुध्यते et युध्यते atque a themate praesentis proficiscuntur formae, quae Sanscritice a radice pendent.

Elisio totius syllabae enarranda est per elisionem consonantis, subsequente contractione, ut

---

*) Laudavi supra p. 136. et §. 36. e Var. बास pro काश et बाह pro गाह, quae mutatio restringitur ad praefixam praepos. बव = भो. Dentalis त in च abit in चिट्ठदि supr. §. 33, 4. Invenio nunc S. S. 162. poni छवा tanquam alteram formam vocis भस्मन्; ultima syllaba haud dubie corrupta est.

भाणा pro भाम्रणा pro भाज्ञणा. Sunt rarissimae et nulli certae legi obedientes. Alia exempla vid. supr. §. 26, c. et Var. IV, 3; 35. S. S. 165. चित्तलिद Mr. 133, 2. foedum est mendum pro चित्तलिहिद.

§. 44.

Nasales ङ, ञ, न in dialecto praecipua singulae non inveniuntur, nisi h. l. laudare liceat ञ in formis quibusdam pronominalibus; quae quum inferiori dialecto me iudice attribuendae sint, solum quod ponere possim exemplum remanet सव्वञ Var. III, 5. in qua tamen voce utrum ञ vera sit scriptura necne, posthac accuratius investigabimus.

ण Sanscriticum non mutatur et saepissime legitur, utpote quod etiam absorbuerit न.

म aliis consonantibus non associatum nullas patitur in media voce mutationes. Unicum elisionis exemplum est जउणा pro जमुणा Var. II, 3. legitur tamen Vik. 28, 9. etc. जमुणा.

Transpositiones nasalium proferuntur quaedam a gramm. Var. IV, 33. S. S. 165. मइल (मणिल) e मलिन; Var. IV, 31. S. S. 162. आणाल pro आलाण; quod si verum est, peccatur Mr. 84, 10; denique in fem. कणेरु pro करेणु. Var. IV, 30.

§. 45.

य in media voce pro arbitrio retinetur vel eliditur. Certum est hunc esse usum, qui in libris manuscriptis obtineat; neque ullam haberi rationem vocalis aut praecedentis aut antecedentis. Ponit quidem S. S. regulam r. 49. in vocc.

quorum syllaba prima vocalem अ contineat, a य exceptam, esse optionem. Sed hoc non omnino consentit cum reg. 45. nisi ponamus, reg. 45. praecipi elisionem, reg. autem 47. permitti tantum in vocc. पायणा, similibusque. Sed ne haec quidem verbis istis continentur. दोहाउत्ता Çak. 40, 9; दोहाउ Mr. 293, 11; रेचोयमाणा Vik. 51, 10; बाधीअमाणा Vik. 37, 4; (nam बाधे° mendum est;) गायन्त Rat. 8, 8; ओधन्धराअणा Rat. 91, 5; उज्जइणी Mr. 3, 9; उज्जयिणी Rat. 87, 17; गमणीअ Mr. 142, 9; दंसणीअ M. R. 15, 12; in quibus formis grammaticus (II, 16.) et saepe librarii Çak. 40, 10; Mr. 133, 12. etc. ponunt ईय; पियंवद Vik. 100, 10; विप्पिअ M. R. 54, 10. भूयिट्ठ, भूओ Çak. 25, 9. 10. Saepius tamen eliditur य, quam retinetur, potissimum post vocales longas. Elidi य docet Vararuches II, 2; necessariam non dicit elisionem. Vidimus supra य initio ubique in ज transire; idem fit etiam post nasalem, ut संजन्तिद Vik. 21, 4; et initiale hoc य, si in mediale abit, eliditur, prorsus ut ज, णिउत्त pro णिजुत्त = नियुक्त M. R. 15, 6. etc. In complexibus य nullibi consistit, sed assimilari solet consonanti antecedenti: अब्भुप- = अभ्युप- vid. infr. §. 72., post र aut in ज transit (कज्ज = कार्य) aut in इ (चोरिअ = चौर्य, supr. p. 161.), quod इ in syllabam antecedentem interdum transilit; vid. Var. I, 5. पेरन्त e पर्यन्त etc. S. p. 118.

Palatalis habet vim in dentales, quae a य् exceptae in palatales abeunt, च्च pro त्य, च्छ pro थ्य, ज्ज pro द्य, ज्झ pro ध्य. In इ abit saepe post अ, si excipitur ab य, ञा, इ (ई); vid. contr. p. 176. य्य denique fit ज्ज. सेज्जा pro शय्या. Var. I, 5.

His expositis, apparet य Prâkriticum re vera nullibi consistere, sed aut in इ transire aut in ज, si non prorsus evanescit; evanescere autem solet inter duas vocales, et tantum post vocalem *) *a* ante *a*, *â*, *i* (cf. supr. p. 176.) formam induere potest vocalis इ et contrahi cum अ in ए. Inveniuntur tamen saepius etiam जग्धु, etc. Ut uno verbo dicam, ubi non prorsus abiici potest य, sono sibi proprio privatur et tum in ज, tum in vocalem इ transit.

Obiici potest, in formis part. in अनीय non elisum esse य, siquidem mutatione in इज्ज demonstretur, य conservatum esse sub specie ज. Scribit sane Vararuches भरणीयं, भरणिज्जं II, 16. At observate tamen, इज्ज oriri posse ex ईअ vel sine ope semivocalis. Nam ex कार्यते primum fit कारीअदि, mutato य in ई ob accentum (vid. supr. p. 160.); in his य quidem etiam scribitur interdum (कारीयदि), at sine idonea ratione. Dissolvitur autem ई ante अ in इ+इ, **) et posterius elementum abit in ज; propter accentum autem scribendum est कारिज्जदि.

---

*) Unica est vocalis, post quam in इ abeat य; post आ nunquam fit et vel hinc consequitur, ut diphthongus ऐ ab hoc sermone sit aliena. Solum exemplum *Samprasâranae* est M. M. 10, ult. माहप्पिं pro माहप्पिअं (माहात्म्यं); quae scriptura valde suspecta est. Vid. not. ad p. 14, 4. edit. Bonn. Codices Londd. aliam praebent dictionem.

**) Ut ऊ in उ+उ in हुविस्सदि a rad. हू = भू; लुव्वदि a लू. Var. Dh. P.

Quum eodem modo explicari possit भरणिज्ज pro भरणीय, etiam in hisce participiis nulla impedimur obligatione, quo minus य elidamus et भरणीअ scribamus.

Hinc consequitur, ut nullae remaneant voces, a quibus non possit amoveri य consonans, et memampte ut proferam in medium sententiam, eius sum opinionis, ut credam, sonum consonantis य a Prâkrita praecipua et Çaurasenica fuisse alienum, *) atque loco य Sanscritici aut ज aut इ dictum fuisse, si non prorsus a consonanti vicina absorberetur vel inter vocales opprimeretur. Quam sententiam si iusto audaciorem dices, cum librariis **) inter duas vocales ponere poteris य, si contractio sit nulla, in ceteris iuxta regulas supra positas mutare debebis.

Evanuisse sonum *y* inter duas vocales *â*, documento est scriptura छाहा pro छाया Var. II, 17. cf. Mr. 134, 3. ubi सच्छहाओ (nom. pl. fem.) e scholio

---

*) Fata prorsus similia passa est semivocalis य apud Graecos; in ζ saepius transit य initiale: *ζυγὸν, yuga; ζέα, yava; ζητεύω, yat; ζημία, yam;* cf. ζ = ज, ut *ζάλη, ζῆλος*, ज्वल, ज्वाल; etiam in spiritum; *ὑσμὶν = yudh; ὅς, yas; ἅγιος, yâgya;* in qua forma et similibus *y* post consonantem formam induit vocalis *i;* eliditur *y* in verbis contractis in *άω, έω, όω*, in particc. in *τέος* (*tavya*) etc.

**) Grammatici libri accuratius exarati inter vocales omittere solent य, exceptis particc. in अनीय. Cf. ex. gr. indic. ad Var.

सच्छाया emendandum est in सच्छाहाश्रो. Scriptura haec librariis ignota fuisse videtur; plerumque छाया ponunt, rarius छाश्रा; ut Mr. 16, 7. Provocatur autem ह ab â longo, ut fit in lingua Persica vetusta; vid. de inscriptt. Persepp. p. 30. Similis, sed diversa tamen est scriptura Umbrica *Naharcum nomen*, si comparas Latinam fluvii *Nartis* formam. ह itaque non est pro य, sed insertum post oppressum य. Satis frequens est य in dialecto Mâgadhica, et ad hanc pertinet inserta semivocalis in दुयालक pro दुश्रालक = द्वारक. Mr. 72, 11.

§. 46.

र remanere solet; interdum permutatur cum ल. Var. II, 29. Limitatus tamen est numerus vocum, quae ल pro र ponunt in dialecto praecipua, in inferioribus omnia र in ल transeunt. Quo fit, ut scribae dialectorum diversorum distinguendi inopes, saepenumero praecipuam Prâkritam donent littera ल, ubi repudiat sermo; in huiusmodi rebus tutius erit, grammaticos sequi, et gregi ab eis definito nulla addere vocabula, quam quae constanti usu vel aliis testimoniis ल suum vindicare possint. Hinc falsum credo ल in चालु pro चारु Prab. 56, fin.; भालमन्थला pro भारमन्थरा ib. 57, 1. Infectus est sermo Karunae praecipuus vicinia sermocinationis magis depravatae. Sic etiam णोदलदि pro नावतरति Mr. 208, 9. पलिवत्तो pro परि° M. R. 107, 1. et permulta alia. Menda haec in istis praesertim fabulis cernuntur, quae varias dialectos frequentant, ut Mr. M. R. Prab. Elisiones

litterae caninae solitariae, ut चय pro चर् M. R. 130, 4. mendosae sunt; omittit P. vocabulum.*)

§. 47.

ल nec mutatur, neque omittitur, at in se convertit saepius, ut supra vidimus §. 39, 2. tum ड, tum उ et dentales in उ conversas. Elisio tantum est in vocabulis nonnullis usu quotidiano tritis, ut बइल्ल (supr. p. 172.) pro बलीवर्द्, ubi ल् et व elisa sunt, र्द् mutatum in ल्ल; in कल्लु vel लु (supr. p. 192.) ल potius est assimilatum. Alia elisionis exempla certa non enotavi; nam उज्जय pro उज्ज्वल Mr. 117, 11. inauditum est, et nescio an recte enarrarit scholiastes. Mutatum esse ल in उ, nullus credo; neque idonea sunt documenta.**)

*) Falsa interpretamenta enotare taedet, ut लग्ग Çak. 93, 9. quod non राग, sed लय est. Supra monui र et ड hodie sono non differre; §. 39, 2. Hinc nullius ponderis sunt scripturae ड pro र, vel र pro ड, ut पडि i. e. परि Utt. 46, 11. Contra वेडुलिअ Mr. 139, 5. ponitur etiam S. S. 162. De mendo ड pro र्य Vik. 6, 10. cf. supr. et add. Utt. 63, 4. Exempla ल recte positi, ut चलणा Utt. 131, 8. M. R. 9, 2; etc. congerere omitto. द pro र, ut Utt. 106, 3. पोदादेदि, memoratu dignum non est.

**) Rat. 92, 3. 100, 11. legitur खेडणक pro खेलनक; nam proprium est vocabulum incantatorum et *γοήτων*. Vid. M. R. 32, 6. 38, 4. खेलिदुं. Eadem forma est Utt. 73, 2. Videtur confusum esse खेल cum कील, uti saepius legitur pro क्रीड. Mr. 108, 15; Rat. 44, 2. etc. क्रीड *ludere* etiam valet, sed alio sensu. विहड M. M. 119, 12. falso in scholl. per विकल enarratur.

§. 48.

Excepta semivocali य, debilissima consonantium est व; ceteris cedit locum, य et र autem sibi assimilat; होदव्व = भवितव्य, पुव्व = पूर्व. Inter vocales saepissime eliditur (cf. Var. II, 2.), initio contra locum suum servat; contractioni denique obnoxia est prorsus eodem modo atque य, i. e. post vocalem अ, sequente अ s. आ s. उ. Alia infra de व coniuncto addenda sunt, nunc de व solitario tantum loquimur. Elidendi vel retinendi regulam certam assequor nullam; certum est, व inter vocales rarius elidi quam य. Excc. तुवर M. R. 77, 6; M. M. 6, 10; तुवरदु Rat. 64, 5, etc.; भुवण Prab. 46, 1; जीवन्तो Mr. 116, 2; जीवावीअदि ib. 334, 4; पवण Çak. 62, 9; विवाह M. M. 6, 10; C; et codd. plerique विवाह; देई Vik. 60, 2; देवीए Rat. 54, 5. Eliditur tamen etiam in initio *relativo* (cf. p. 196.), praesertim in rad. वृत्. cf. Var. IV, 6. et निवत्तमाण Vik. 3, 4. पवट्टदि Mr. 139, 14; at पडिपाविअमाण Rat. 54, 4. Ante इ et ई rarius eliditur, sunt tamen exempla, ut भइदुं Çak. 71, 2. Inter ई et इ tamen vix omissum invenies. De व contrahendo cf. §. 26.

Samprasáranam patitur interdum, in primis post consonantes, quod huc nondum pertinet, at etiam, licet rarius, inter duas vocales. Exemplum देउल्ल supr. p. 172. procedit e देउल pro देवाल, omissa syllaba य, ut in हिमाल pro हिमालय. cf. supr. p. 55. Tum पडिपाउत्तिस्सदि Vik. 5, 8. पाउत्त ib. 16, 9. Corroborat hanc scripturam P. prioris loco praebet पडिपावत्तइस्सदि. Regula observatur Sanscritica, pro वा ponitur उ (nam उल्ल est pro ऊल) pro

व contra उ. De वु cf. supr. p. 117. Insertum denuo credo व in syllaba उव, si orsa sit vocalis e व, consonantem excipiente, ut दुवार Rat. 54, 5; दुवाल (Mâg.) Mr. 156, 4; (=द्वार), at potest etiam abesse; दुआर Mr. 29, 1. 2; Mr. 16, 1; Rat. 85, 10; तुवर et तुअर, supr. e त्वर etc. cf. p. 184.

Denique व a ब non distingui a grammaticis, supra iam monui p. 177.

§. 49.

Solus huius sermonis sibilus स, qui श et ष Sanscritica in se continet (vid. §. 29.) ab immutatione immunis plerumque est, licet in ह abire, ut Zendicum ह, quodammodo tendat. Vid. supr. p. 194. Exemplum est दिअह Var. II, 45; vid. M. M. 53, 1; 127, 4; M. R. 97, fin.; Utt. 76, 10 etc.; librarii saepius tamen दिअस. Cernitur haec propensitas sibili multo magis in complexibus, ex. gr. in स्य genit. sing. et in futur. de qua re infra disputabimus.

§. 50.

ह restat et elisionis exempla legitima comperta habeo nulla. In vocabulo इध pro इह potius forma vetustior est conservata (ut सह e सध), quam ह in ध mutatum. Ex. gr. Mr. 3, 12; Çak. 118, ult.; इध ib. 112, 5. cf. supr. p. 129.

Invenimus क pro ह initiali; itidem ह mediale transit nonnunquam in क, in gen. sing. pronomm. मत् et त्वत्. Nam forma ह oritur e स्य; itaque primum factum est मह, तुह e thematis म et तु pro त्व;

hinc मह्क et तुह्क. Vid. cap. IV, pronom. Scriptura per ह्न ex. gr. Mr. 193, 2; falsa est. At sicuti in nomine, etiam in pronomine haec genitivi forma probabilius ad Mâgadhicas dialectos referenda est. Aliud eiusdem mutationis exemplum est radix लिह् (cuius ह् pro vetustiori घ est), quae Prâkr. formam induit लिह्क; vid. Var. Dh. Pâth., quasi ad class. IVtam pertineret (लिह्यति).

§. 51.

De consonantibus finalibus.

Coniunctae consonantes in Sanscrita a fine dictionis iam alienae sunt; nam quae sunt exceptiones, vix alibi quam in Vedis obviae sunt; a Prâkrita vel non coniunctae praeter म्, vel, quod malo, Anusvâram. cf. Var. IV, 7. Primum itaque quaeritur, quam condicionem subeant conss. Sanscriticae finales.

De न्, म्, र्, स् singulatim dicam; primo loco alias expediam.

1. Nominativi sing. thematum in conss. desinentium, qui ipsi consonantibus terminantur, ut वाच्, दोस्, दिश्, प्रतिपद्, प्रावृष्, शरद्, सरित्, nomm. वाक्, दोस्, दिक्, प्रतिपत्, प्रावृट्, शरत्, etc. consonantem non elidunt, sed adiecta vocali अ, fem. आ, defendunt consonantem finalem. Eadem forma in voc. sing. recurrit, et ex augmentato hoc nomin. saepenumero novum effingitur thema ad Imae declin. normam flectendum. Itaque: दिसा Vik. 3, 7; पाउसो, Vik. 45, 14. (C. mendose पाउस); सरदो, वाचा, सरिआ (-ता,

दा) etc. Vid. Var. IV, 8. 10. 11. Sunt ut videtis nomina aut affixo nullo aut minus usitato formata.

Novum hoc thema saepius in compositis recurrit; si retinetur thema originarium et concursus est consonantium, eae iuxta regulas generales infra explicandas mutantur. दिसामुह Rat. 61, 7. = दिङ्मुख. वाग्विहव Vik. 39, 8. contra regulam; P. praebet वाग्वाविहव. cf. Mr. 144, 10. वाग्वामेत्तक M. M. 112, 7. cf. 111, 2. M. R. 26, 5. Contra दोद्दपड (= दोर्दण्ड), non दोसादण्ड M. M. 101, antep. (lege ण्ड). Huc referri potest etiam छग्गुणा e षट् M. R. 130, 2. Excipit Vararuches IV, 9. विद्युत्, quod त् suum elidit. Addit S. S. मह pro महत् 168. Idem fit in हद्धी pro हा धिक् cf. supr. p. 164.

2. त् tertiae sing. verborum, particulae चित्, adiectivorum *) neutrorum in वत् et adverbiorum inde formatorum abiicitur: आसि pro आसीत्, vid. supr. p. 164; भवे pro भवेत्; किंचि, **) कदिंचि, कदाचि supr. p. 164; दाव, साव, एदाव = तावत् etc. cf. Var. IV, 7. एदाव in compositione Prab. 42, 1. Mr. 144, 2. Itidem eliditur त् ablativi sing. Imae decl. masc. et neutr. vid. infr.; etiam in compositis, ut बलामोडि M. M. 58, 10; बलामोडिअ 106, 9. e बलात्; पच्छादाव = पश्चात्ताप Vik. 45, 11. Çak. 129, 6. पच्छा Çak. 112, 1; Rat. 74, fin. At in compositis tamen etiam conservatum legitur, ut कियच्चिर M. M. 129, 1; 56, 7. et बलेक्कार scribitur aeque ac बलाक्कार pro बलात्कार.

*) Pertinent huc probabiliter etiam adiectiva in मत्, sed exempla non enotavi. Adde कियत् et cognata.

**) Sic etiam किंचि अन्तरं M. M. 91, 3.

Mr. 13, 12. scribendum videtur पडिच्चन्द i. e. प्रतिपद् + चन्द्र. Tum ante enclitica: जावच्चिअ - तावच्चिअ Mr. 74, 1. 2. Lege -च्चेअ; i. e. च - एव. cf. supr. p. 189. अपणच्च. Prab. 59, 7. contra mendum est.

In compositione hanc sequuntur regulam vocabula in अत्, वत्, मत्, ut ponant thema auctius, vocali अ adiecta; Rat. 5, 15. पाचन्तपाअरजण = नृत्यन्नागरजन et sic semper. *) De विद्दस्, in compos. विद्दत्, nil exploravi; participia in वस् obsolevisse in Prâkr. videntur. **)

3. द् neutrius pronomm. abiicitur, atque assumitur forma I mae declin. म्, तं, जं, एदं etc. pro तद्, यद्, एतद्. Excipe तद्, quum coniunctio sit, *ideo*, quod ता fit. Mr. 245, 6. etc. In compositis tamen recurrit द् Sanscriticum: तक्काल M. M. 31, 3; Utt. 8, 13; तग्गद Çak. 48, antep.; तक्खणा M. M. 59, 1. (C. तक्खणा absurde;) 114, 5. Mr. 130, 6. contra तापरं legitur pro तप्परं. cf. §. 18, 2.

4. De उत् dixi p. 141.

---

*) Nam दलपपाव (दलत्-तव) Utt. 8, 3. magis docte quam Prâkritice positum est.

**) Menda sunt आसीत् Rat. 75, 15; जावदहं ib. 61, 9. et similia; cf. जावइह M. M. 41, 1. किंचिद् Vik. 9, 10. P. praebet किंचिद्दो, quod melius est, at nescio an prorsus a suspicione liberum. Nec persuasum mihi est, recte editum esse Çak. 143, 16. मपागम्हि. Id certum est, â ultimae falso esse correptum. मत्संबन्धिणो Mr. 119, 2. certe falsum est; emendationem nescio; nam मच्छंब° vix legendum est.

§. 52.

न् finale solet fieri म् i. e. Anusvâra; nonnumquam abiicitur. Singula haec sunt:

1. Nominum in अन्, si neutra sunt, finalis Sanscritice iam abiicitur in nom. et accus. sing. Itidem abest Prâkritice. Hinc fit, ut thema novum formetur; quo factum mutatur genus permultorum e neutro in masculinum. Vid. Var. IV, 18. In compositis semper usurpatur thema in अ. Si masculina sunt, न् vocativi in म् transit. Çak. 29, 5. राअं etc. Etiam in his adiecto अ oritur novum thema in आण. Vid. infr.

2. Nominativi in अन् et आन् nomm. in अत्, वत्, मत् mutant nasalem in Anusvaram, correpto *á* iuxta §. 24, 3. गछं, हणुमं, भअवं = गछन्, हनुमान्, भगवान्; at saepius usurpatur forma in अन्त; गछन्तो, भअवन्तो, हणुमन्तो. Var. IV, 25. Forma ibi posita, हणुमा, eliso न्, rarissima certe est, licet minime suspecta.

3. न् accuss. plur. in आन्, ईन्, ऊन् abiicitur. Vid. Var. V, 15. Saepius tamen alia ponitur forma. Vid. infr.

§. 53.

म, quod initio et medio vix mutari invenimus, fine vocabulorum retinetur, at id dubium est, utrum re vera sonum nasalis *M* retinuerit, an in sonum transierit nasalem obscuriorem, quem *Anusvârae* Prâkritici nomine significare liceat.

Id addubitari nequit, quin म inter duas vocales verum sit *M*, nec de initiali est suspicio. In fine vocabuli ante consonantes qualescunque

poni solet Anusvâra, ante vocales itidem, at heic permittunt grammatici scripturam duplicem, et म् et Anusvâram. Vid. Var. IV, 13. Apparet e regula IV, 12. solitum esse, pro म् finali ponere Anusvâram; exceptio itaque est, si ante vocales ponitur म्, et scriptura Sonscritizans, quae obligatoria non est. Nam sequitur ex eo, quod supra observavi, nullam esse in vocibus Prâkriticis, praeter composita, actionem mutuam inter finales et initiales litteras, ut vocabulum subsequens a vocali incipiens pro indole huius sermonis in caussa esse non possit, cur aut म् aut Anusvâra antecedentem vocem terminet. Ante consonn. medd. omnes, praeter र, ल, व, स, scribitur nasalis cognata, aut Anusvâra; in aperto tamen est, talem Anusvâram soni non esse peculiaris, sed signum tantum compendii caussa positum pro nasali definita et pro diversitate consonantis sequentis varie accipiendum, plane ut in Sanscrita. Ante र, ल medii vocabuli Anusvâra est obligatus; secus ante स, ubi scribi etiam potest म् (Var. IV, 14.), licet soleat poni Anusvâra. Ante व etiam usitatur punctum, quamvis hoc loco vix diversum fuisse nasalis sonum a म् credibile sit, potissimum quum ब et व non distinguat Prâkrita. Ante ह scribi denique debet Anusvâra, si Sanscritice iam invenitur ंह. In Prâkriticis vocabulis et ण् et म् ante ह locum habent. Sed hoc ad म् coniunctum accuratius investigandum est. Quae autem h. l. agitatur quaestio ea est, utrum fine vocum scribendum sit nasalis definita ante

consonn. ordinum quinque priorum, Anusvâra ante र, ल, व, स, ह, atque ante vocales म्, an ubicunque ponendus sit Anusvâra, nulla habita ratione litterae sequentis. Tenendae autem sunt duae res; prior est, quod iam monui, in universum non affici litteras initiales subsequentes finalibus praecedentibus; altera haec, non esse nasalem huius linguae finalem eiusdem naturae, atque ceteras nasales, sed soni multo obscurioris. Hoc nimirum apparet ex eo, quod elidi possit saepius nasalis finalis. Rem vidit iam Lenzius ad Urv. p. 201, et recte statuit, licuisse poetis, Anusvâram terminn. आइं, आणं etc. ante consonantes elidere in versibus. At arctius haec dicta sunt et iam in prosaria oratione saepenumero omittitur Anusvâra, forsitan minus bene. Terminationes istas accuratius ita definies: sunt plur. neutr. आइं, ईइं, ऊइं; gen. plur. आणं, ईणं, ऊणं; instr. plur. हिं (एहिं, ईहिं etc.); tum nasalis sing. neutr.; locativi sing. in अस्सिं; *) nasalis voculae णं; vid. supr. p. 173. p. 147.; vix h. l. ponenda est nasalis adsciticia loc. plur. सुं pro सु. **) Quae abiectio documento est, sonum hunc finalem levissimi fuisse ponderis, a म् vero diversum. Sin autem diversus

*) Nasalis adscit. instr. sing. quam eruit Lenzius, M. R. 127, 5. 9. rarissima est, at corroboratur isto loco metro, cui nomen est *Mâlinî.*

**) स pro सं 1mae sing. fut. apud H. Ch. mendum suspicor codicis. Elisam nasalem nom. et voc. sing. masc. in अं pro आन्, अन् nondum inveni.

est sonus a म्, opus est signo peculiari et fine vocabulorum scribendus est ubique Anusvâra. Ante encliticas particulas tamen finis est nullus dictionis iustus; in his itaque ponere praestat nasalem definitam; poni solet Anusvâra, definiendus cons. sequenti et न् valet ante न्ति, ति, म् ante पि, ङ् ante खु, ञ् ante च. Vid. supr. §. 28.

Utar in seqq. ad sonum hunc significandum nomine *nasalis finalis*; sonum ipsum prope accessisse crediderim ad nasalem finalem accusatt. Lithuanicorum vel ad nasalem Lusitanicam in *ão*

In hanc itaque nasalem transit न्, ubi non abiicitur; vid. §. 52; ante eam corripitur vocalis longa; vid. §. 23, 3. Omissam invenio, producta vocali, in की स pro किं स; Rat. 5, 6. Mr. 57, 6. Adiicitur ea interdum terminationi loc. plur. in सु, unde सुं; vid. infr. declin. Denique ponitur saepissime pro spiritu finali vel Visarga in instr. plur. हिं Sanscr. भिस्. *)

De Anusvâra mediali infra dicam.

§. 54.

1. र् finale nominn. monosyllaborum fulcro utitur अ. cf. Var. IV, 8. गिरा e गिर्, धुरा e धुर्.

---

*) Geminari posse nasalem finalem ante vocales primus observavit Lenzius l. l. तुरिदं Mr. 84, 3. *v v* - | M. R. 39, 10. कुसुमरसं, *v v v v* | - ; scriptura corroboratur cod. P. Compara scripturam a Var. IX, 16. positam: गम्मपाम्मिव = गगपामिव et Sanscr. भवन्नस्ति.

2. अन्तर् retinet र् suum ante vocales e compositis Sanscriticis: ex. gr. अन्तरिद M. M. 29, 6. Vik. 58, 6. Itidem 55, ult. scripturam C. अन्तरहिद non agnoscit P. at defendit eam S. S. 171. in simili vocabulo पुनर्, पुणो बि, पुण बि et पुणर् बि aequiparans. ह alio modo disiungitur in media voce; vid. infr. §. 80. Quod ante consonn. sonoras Sanscritice remanet र् coniunctum, Prâkriticas sequitur regulas. Ubi Visarga fit Sanscritice, assimilari videtur consonanti sequenti, praeter अन्तेउर्, de quo dictum est §. 14. पुनर् aut abiicit र्, hinc पुण; aut e Sanscritica scriptura पुनः fit पुणो; utrumque recurrit in formis mancis उण et उणो; vid. supr. p. 196. et Çak. 19, 14; 21, 8. In composito पुनरुक्त retinetur र् iuxta reg. S. S. 170. पुनरो नोक्के। पुणरुत्तं। cf. Mr. 142, 3. Çak. 53, 15. उणरुत्तं legitur. पुणो बि et पुण बि admittitur eadem grammatica reg. 171. क्वचिद् वाचि। पुणो बि। पुण बि। पुणर् बि वा। Tertia forma, adiecto र, in libris mihi non obviam sese tulit. Dicitur etiam उणो बि, उण बि. Çak. 20, 14; Mr. 181, 11; etc.

3. Nomina in उस् et इस् finem suum in र् mutatum ante vocalem sequentem in composito retinere debent; ante consonantes र् iuxta regulas generales Prâkk. mutatur: धणुव्वेद pro धनुर्वेद Vik. 109, fin. Idem valet de चतुर्; vid. p. 176; adde चदुस्साल (चतुः शाल) Mr. 10, 11.

4. De praefixis दुस्, निस्, pauca annotavi p. 142. Invenio nunc in S. S. regulas hasce: दुःसह दुःसंचर दुःखितानां संधो। दुस्संहो। दूसहो। 158. दुर्लभादेर्दुस्य। दुल्लहो। दूलहो वा। दुर्भग त्रैलोक्य etc. quae huc non attinent;

159. न (लुग्) निर्दुरोराति ॥ निरासो । दुरासो ॥ 169. दुर्लभादेर् घदुःखिते घद्वित्वं*) वा ॥ दुलहो दूलहो वा ॥ दुःखिते तु । दुहिओ ॥ 191. Praetermitto quae huc non pertinent. Ex hisce autem gramm. praeceptis apparet, ubique Sanscriticam formam esse respiciendam; remanere र् ante vocales, णिरास Rat. 78, 6; णिरवेक्खदा M. M. 6, ult.; णिरन्तर Mr. 133, 10. mutari autem ante consonantes iuxta normam Prâkriticam; posse etiam idem fieri in दुर् et निर्, quod supra monui de दुः et निः, nimirum abiici alterutram consonantium et produci vocalem particulae. At magis solita est scriptura दुल्लह, ut दुब्भेज्ज Mr. 133, 10. णिग्गद M. R. 15, 4. दुव्वासा Çak. 69, ult.; etc.

Omittunt grammatici बहिस्, प्रादुस्, आविस्, quae cur Prâkritice non usurpentur, rationem intelligo nullam. Eadem valere debet de eis regula, si in caninum sonum Sanscritice mutatus est finis. Hinc corrige M. M. 61, 1. वाहिरत्था, in scholl. वाह्यरथ्या; si praeoptas formam scholiastae, scribe वज्झरच्छा; sin autem vis बहीरथ्या, retine ई longum et pone च्छ pro थ्य.

5. Vocc. sing. in अर् nomm. in ऋ abiiciunt finalem; iuxta K. T. compensant consonantem amissam productione vocalis, ex. gr. हे जामादा, हे पिदा; at multo saepius aliud induunt thema.

§. 55.

1. स् finale inflexionum et affixorum ubique evanescit atque in Visargam transit; nam e Vi-

*) Cod. त्वे.

sarga potius quam ex ipso sibilo derivantur mutationes sibili finalis; vid. supr. p. 162. 164. Visarga tamen ipse nullibi consistit et prorsus a Prâkrita alienus est. Ex eo autem oriuntur haec: *a*) cum अ praec. fit ओ, Palice et Zendice; cf. supr. l. l. पुरिसो = पुरुषः, जसो = यशः, दाइस्सामो = दास्यामः, तदो = ततः etc. Ex ओ ita progenito oritur उ; vid. supr. p. 150.

b) Post आ abiicitur; दुव्वासा = दुर्वासाः, nom. sing. Çak. 69, 15; पज्जुस्सुअमणा Çak. 46, 11. nom. sing. fem. pro मनाः. पुरिसा, nom. plur. = पुरुषाः. Femm. in आ nomin. et accus. plur. formant in आओ; sed apertum est, non transiisse आस् vel आः in आउ et hinc factum esse आओ; nam e गति fit prorsus eodem modo गदीओ, pro गतयस् et गतीस्, धेणूओ e धेनु pro धेनूस् et धेनवस्; terminatio अस् = ओ Prâkritice additur thematis in आ, ई pro इ, ऊ pro उ. Prorsus diversa itaque ratio est Zendici *âo*, *âoç*, pro *âs*.

c) Cum इ et उ coalescit Visarga in ई et ऊ, si accentu effertur vocalis; alias evanescit spiritus finalis vel abit in Anusvâram finalem. Vid. §. 53. गदी pro गतिः, धेणू pro धेनुः, पुरिसेहि, -हिं pro पुरुषेभिः (पुरुषैः).

d) Post ए et ओ qui invenitur in Sanscrita sibilus, Prâkritice abiicitur in 2da pers. sing. optat. भवे = भवेस् et in भो = भोः. Post ई et ऊ itidem; आसी, *eras*, ex आसीस्, लच्छी = लक्ष्मीः; बहू = बधूः. In aliis inflectio diversa est.

2. Themata vocabulorum in अस् saepius abiiciunt sibilum; hinc nova themata in अ, ut मण, सर, णाह (नभस्), quae aeque atque primitiva in अस् = ओ in declinatione et compositione usitantur. cf. Var. IV,

Geminatarum duo sunt ordines; aut eaedem sunt consonantes, ut ज्ज, द्द, म्म, ल्ल etc.; aut antecedit non adspirata adspiratam suam vicinam; adspirata in hac lingua nunquam praemitti potest alii consonanti. Var. III, 51. Mendosae itaque sunt scripturae, quae in cerebralibus saepius quam in aliis observari possunt, ex. gr. ढ्ढ, ठ्ठ, ष्ष etc.; quod genus macularum semper sine multa oratione delevi.

4. In assimilatione conservatur adspiratio, quae fuit Sanscritice; sin igitur क्थ, र्छ etc. assimilantur, dubium non est, quin scribendum sit त्थ, च्छ etc. At pendet etiam adspiratio Prâkritica ab aliis caussis, quas probe cognoscere debebis, si vis constanter in hisce rebus agere. Sibilus enim quicunque cum ह habet affinitatem (vid. §. 49.) et si assimilatur sequenti, ita ut evanescat, adspiranda est consonans assimilans; immo, etiamsi nulla sit assimilatio sibili, pro eo solet inveniri ह, aut simplex, aut nasalem excipiens, si non divellitur vocali inserta a conson. praecedenti. स्त fit Pr. त्थ, श्च Pr. च्छ, ष्ट Pr. ट्ठ; विष्णु fit विण्हु etc.; कार्षापण fit काहावण. Eandem adspirandi facultatem attribuendam esse reor nonnunquam litterae caninae post न्. Sed de his infra. Ex ignorantia huius legis fit, ut etiam a scriba, qui Vararuchis opus nostrum exaravit, III. 52. 57. positum sit वाहित्त,

---

pro मणस्सिणी. At confusae sunt heic, ut saepius, res diversae. Vid. Excurs. V.

पिहित्य, pro -त, e व्याहृत, निहित; nulla heic est caussa adspirationis.

5. Impugnandus mihi est praeterea Vararuches propter rationem, quam in docendis hisce assimilationibus sequitur. Sistit enim elisionem alterutrius consonantis (लोप, III, 1. 2. etc.), tum geminationem superstitis, sive ea आदेश sit seu शेष. III, 50. 51. Ponit itaque, ut exemplis utar पुष्प, अस्ति, primum elisionem sibili ita comparatam, ut, ष् et स् elisis, प et त fiant फ, थ. III, 12. 35. Tum geminandas curat consonantes फ et थ per suas non adspiratas. III. 50. 51. At libenter mihi dabis, simul fieri mutationem, sibilumque assimilari sequenti consonanti, in quam transferatur adspiratio, quae inhaereat sibilo. In hoc itaque rectius agit Kramadîçvaras, qui pro ष्प, स्त mutandis ponit प्फ, त्थ. 130. 145. स्तादेस्त्थादिः। ष्पस्पयोः प्फः॥ Concedendum tamen est Vararuchi, haud sine veritatis quadam specie esse doctrinam; nam si e दीर्घ fit aut दीह aut दिग्घ, utrumque e दीघ proficisci videtur; hoc certe elisionem praebet litterae caninae. At enim vero obiicio, si दीघ esset vox Sanscritica, vix oriretur forma, qualis est दिग्घ; cf. §. 18, III. Sed दीर्घ est et र् quod ante घ locum habet, ab eo attrahatur et immutetur necesse est. दीग्घ autem quum fiat, oritur contentio inter longam vocalem et complexum consonantium; in qua si vincit par consonantium, corripitur vocalis, unde दिग्घ; sin autem victrix evadit vocalis, ipsa victoria vires ei accrescunt ita, ut detrudat consonantem in infimum locum; nam aequiparat mutatio adspiratarum in ह elisio-

nem. Vid. §. 40. Gradus itaque sunt दीर्घ, दीग्घ, दीघ, दीह et omittit Vararuches secundum, लोपं constituendo.

6. Vel maiorem probabilitatem habet ratio Vararuchis, si assimilanda consonans excipit assimilantem, praemissa vocali longa. Utor exemplo व्याख्या, unde Pr. वाखा; heic est elisio, ut videtur, vera semivocalis य. At quum aeque legitima sit scriptura वक्ख (§. 18, I.), quum multo saepius य् ita afficit praecedentem cons. ut geminetur, correpta vocali longa, ex. gr. वेरग्ग, nunquam वेराग, pro वैराग्य, quum तूस् oriatur e तुष्य् i. e. assimilata forma radicis तुष् p. 142. apparet, si veram linguae huius indolem respicis, exstare semper actionem litterae sequentis य vel quae alia eiusmodi positionem habeat, in praecedentem, totamque quaestionem, utrum una tantum remansura sit consonans e duabus, an duae conservandae sint assimilatae, pendere a reciproca consonantium et vocalis praecedentis contentione.

7. Revocanda sunt in memoriam, quae de diversa consonantium virtute dixi §. 34; tum ea, quae de inclinatione dentalium versus cerebrales monui §. §. 38. 41; denique, quae de initio vocabulorum absoluto et relativo exposui §. 32, 2. Differt autem hoc, quod स् coniunctum minus strenuum sit, quam consonantes ordinatae, quum contra vidua sibila vel fortior sit, quam consonans palatalis aut cerebralis.

8. Dispesci possunt diversae Sanscriticarum

consonantium iuncturae pro huius negotii consilio in classes hasce:

I. Iuncturae consonantium ordinatarum (क-ध, च-झ etc.) cum nasali antecedente;

II. complexus consonantium quaternarum ordinatarum;

III. iuncturae nasalium aliam consonantem excipientium;

IV. iuncturae, quarum elementum alterutrum semivocalis est;

V. eae, quarum pars est sibilus vel spiritus.

9. *Dissimilium* consonantium *duarum* iuncturae Prâkriticae nullae sunt, nisi praemissa sit nasalis. *Trium* autem rarissimae sunt, potiusque exhibent doctae scripturae specimina, quam vere iuncta tria elementa diversa.

10. Iuncturas *finales* a Sanscrita nullas recepit Prâkrita; nam paucissimae quae permittuntur, extra Vedas vix erui possunt; *mediales* iuncturas primum enarrabimus, de *finalibus* suo loco dicturi.

§. 57.

Mutationes consonantium coniunctarum medialium.

Quinque sunt leges generales, ad quas reduci possunt huius generis mutationes; de singulis et exceptionibus mox disputabimus.

I. Consonantes quaternae priores ordinum quinquenariorum, क-घ, च-झ, ट-ढ, त-ध, प-भ, A. retinentur sine mutatione, si nasalem sui ordinis excipiunt, B. assimilantur sequenti, si ex ipsarum est caterva;

II. Nasales A. remanent, si excipiuntur a consonante ordinis sui; B. assimilantur praecedenti ordinatae; C. assimilantur nasali sequenti; D. assimilant, Anusvâra excepto, sibi semivocalem sequentem vel antecedentem; E. transponuntur nasales sibilum vel spiritum ह excipientes;

III. Semivocales assimilantur ceteris consonantibus tum subsequentibus, tum praecedentibus, exceptis ipsis;

IV. Sibilantes A. assimilantur consonantibus ordinum quinquenariorum, exceptis nasalibus, sed adspirant consonantem assimilantem; B. assimilant sibi semivocales; C. post Anusvâram Sanscriticum remanent, praemittunt sibi nasales ण, न, म, ipsae in ह mutatae;

V. ह nulli consonanti antecedere potest, praemittitur itaque, quae Sanscritice subsequitur, nasalis; iuncturae spiritus cum semivocalibus regulas sequuntur speciales.

Nunc ad singula investiganda accedamus.

§. 58. Ad §. 57. I. A. II. A.

Nasales ante consonantes ordinatas remanent easque a mutatione defendunt. Eadem vis est Anusvârae, pro ङ, ञ, ण, न s. म positi.

a) *gutturales.* तिसङ्कु = त्रिशङ्कु Çak. 40, 12; सङ्कल = शृङ्खल M. M. 138, 1; cf. 58, 1.; अङ्कीकरेदि Rat. 80, antep.; लङ्घणीअ M. M. 98, 1. संघाओ Rat. 60, 4. = संघात. Scriptura संह Vik. 25, 9. pro संघ (uti praebet P.) similesque memoratu non sunt dignae.

b) *palatales:* मुञ्चेदि Çar. 47, 10; लञ्छणा = लाञ्छन

Rat. 64, 6; अञ्जली M. M. 98, 9. संजीविद Prab. 67; 13; etc. Exceptio est in पञ्चदश et पञ्चाशत्, quorum ञ्च in ण्ण transit: पण्णारह, पण्णासा. Var. III, 44. S. S. 111.

c) घोरघण्ट M. M. 7, 8; गुण्ठण्ण Mr. 115, 2; चामुण्ड M. M. 9, 3; मुण्ड, ib. 7; cf. 8. *).

d) वसन्त Çak. 119, 4; (nam वसन्न vel ideo falsum est, quod न्न Prâkritice scribi non potest;) गन्तुं Rat. 44, 10; मन्थरो Çak. 63, 5; मइन्द (मृगेन्द्र) Çak. 152, 3; बन्धू Çak. 99, 10; संतोस (संतोष) Çak. 63, 16. Exceptiones plures sunt; vid. §. 59.

e) कम्पअन्ता Dh. 9; गुम्फेदि Mr. 8, fin., कोसम्बिआ Rat. 53, 3; गम्भीर Utt. 16, 1; at गहिर. Vid. Var. ind. संपण्णा Prab. 8, 6; संभव. Çak. 25, 1.

Menda जिम्ह pro जिम्भ (जृम्भ) Çak. 151, 6; उहत्थम्हं pro त्थम्भ ib. 25, 5. et similia vel sine ope codicum amoveri et possunt et debent.

§. 59.

Exceptiones in dentalibus legitimae sunt hae:

a) Transit iunctura dentalis in cerebralem. Var. III, 45. 46. S. S. 110. 112. in तालवेण्ट pro तालवृन्त, vid. Mr. 78, 2. Utt. 11, 17; etc. **) et मि-

---

*) Obiter moneo Mr. 158, fin. falso enarrari per मस्तक; cf. Var. IV, 15. ind. Vox मण्डूक, cuius scriptura manca est Var. IV, 35. in S. S. scribitur मण्डुक्क. Mr. 16, 9. forma est in -क. Verbum आहिण्ड Mr. 79, 9. M. R. 15, 7. scriptum est Çak. 32, 10. अहिण्ड, quasi esset praepos. अभि et radix nescio quae.

**) Vik. 103, 1. mendose in C. exstat -वेन्त; in P. alio mendo तालवेण्ण.

पिडबाल pro भिन्दिपाल. (Sic etiam S. S.) Alia exempla ignoro.

b) Si transeunt त्य, थ्य, द्य, ध्य in च्च, च्छ, ज्ज, ज्झ et praecedit न्, morem huic mutationi gerere debet nasalis. Scribuntur interdum consonantes tres, interdum omittitur media; prior ratio doctior sane esse videtur. संझाश्रदि Mr. 145, 10. = सं + ध्यायते; अणुसंझ्कं M. M. 9, 9. (ed. C. संकं) cf. Rat. 59, 3. At si abit य् in इ, remanet dentalis cum nasali; बन्धिश्च Rat. 70, 9. non बन्ध्य, ut Prab. 14, 10. In बञ्क M. R. 129, 5. mendose positum est ञ pro न.

c) Recurrit denique transitio consonantis tenuis त in mediam द cf. §. 37., licet vetare videatur nasalis antecedens; non agnoscunt immutationem grammatici; exempla tamen sunt haud pauca, maximam partem in Prab. Suspicor esse mutationem *Çâurasenicam* a praecipua dialecto alienam. Exx. वासन्दो Utt. 40, 5; 55, 9; संदाब (संताप) 3, 19; Çak. 51, 12; 65, 3; गन्दव्व M. M. 125, 10; भक्खन्दि Mr. 134, fin. = भक्ख(य)न्ति; tum Prab. 38, 11. रन्दि pro रन्ति atque id pro रत्ति = रात्रि; 39, 2. रमन्दो = रम(य)न्ती; संभावअन्दो 39, 9; दंसअन्दो 42, 7; भपिाज्जन्दो l. 5. (भपयमाना); जप्पन्दो 44, 1. (जल्पन्ती); मन्तयन्दो 66, 2. Vides, eiusmodi mutationem potius ad diversam dialectum pertinere, quam ad talem, quae soleat न्त conservare.

§. 60.

Assimilatae inveniuntur interdum nasales sequenti consonanti; sed caret auctoritate idonea talis mutatio. Exempla sunt कप्प pro कम्प Çak. 97,

13; गत्वोभन्ति e ग्रन्थ्यन्ते Mr. 139, 9; परिभन्तणा M. M. 28, 8, e परियन्त्रणा.

§. 61.

Praeter mutationes dentalium in cerebrales (59.) exstant singulae quaedam aliae transitiones consonantis cum nasali sua praemissa ex uno ordine in alium; has recensere iuvat, quandoquidem a grammaticis exhibentur. Radd. ऋध, रञ्ज, चर्च mutari dicit Var. cap. VIII. in ऋन्ध sive ऋम्भ, रन्त, चम्प. Prima exhibet labiales pro dentalibus; secunda dentales pro palatalibus poneret, si certa esset grammatici ratio; at potest etiam रन्त novum esse thema derivatum ab infinit. रन्तुं a रम्. Tertia ita explicari potest, ut e चर्च primum factum sit चच्च cf. §. 85., hinc चम्प. Alia huiusmodi non repperi.

§. 62. Ad. §. 57. I. B.

Consonantes quaternae ordinum quinquenariorum ordinatae assimilantur sequenti ordinatae; adspirata iam in Sanscrita ordinatae alii antecedere nequit, et tenuis tantum cum tenui, media cum media potest copulari. Prâkrita hanc regulam ita extendit. ut ordinem consonantium ita iunctarum eundem esse postulet. Hinc consequitur, ut pro ट्क, त्क, प्क dicatur क्क, pro ट्ख, त्ख, प्ख autem क्ख, pro ड्ग, द्ग, ब्ग porro ग्ग, pro ड्घ, द्घ, ब्घ denique ग्घ atque eadem ratione in ceteris ordinibus. cf. Var. III, 1. S. S. 94.*) Exempla sunto:

*) Regulam posui generalem; omittunt grammatici ड्, quia in media voce eius vix est iunctura cum alia cons.

क्क fit e ट्क, त्क, प्क; सुत्त = सूक्तं Mr. 140, 6; उक्कपठा e उत्कपठा Çak. 76, 5; बलक्कार pro बलात्कार Mr. 34, 6; सक्कार pro सत्क° Çak. 22, 2; Rat. 16, 16. Exemplum mutati ट्क erit, si षट्कर्मन् Prâkritice dicetur; non facile erit, exemplum eruere ad प्क;
क्ख oritur e ट्ख, त्ख, प्ख; उक्खपिउद M. M. 5, 9;
ग्ग e ड्ग, द्ग, ब्ग; खग्ग e खड्ग, Var. l. l. छग्गुणा, M. R. 130, 2. मुग्ग e मुद्ग, Var. l. l. उग्गीद Çak. 117, 5;
ग्घ e ड्घ, द्घ, ब्घ; उग्घाडीग्रदि Prab. 10, 12; i. e. उद्घाट्यते. छग्घर pro षड्गृह?

Ad *cerebrales* fingi possent eodem modo exempla, ut सट्ठाणा e सत् + ठाणा pro स्थान, et similia, sed quum vix inventum iri credam alia eiusmodi, rem ut vanam in medio relinquam. Nam ठड्डीणा Rat. 28, 3. Sanscriticum iam est.

---

ordinis diversi. Sed in composito छप्पद pro षट्पद exemplum est legitimum; porro praetermittunt ब, siquidem id non distinguunt a व; continetur itaque ब sub reg. Var. III, 3. et S. S. 95. Denique desiderantur palatales, et nequaquam sine ratione, quia in mediis vocibus Sanscriticis nullae sunt huius generis iuncturae palatalium cum aliis et quia exempla e compositis petita in Prâkrita oriri possunt tantum paucissima, elisis consonantibus finalibus. Exempla autem e compositione praepositionis उत् cum vocibus a palatalibus incipientibus petere si vis, in eis assimilationem iam Sanscritice factam invenies. Idem valet de सत्, si त् suum finale retinet in compositione, ex. c. सच्चाश्रा. Remanent itaque rarissima exempla compositorum pronominum तद्, यद्, ex. c. तज्जाणा, et similia.

त्त oritur e क्त, प्त. मुत्त = मुक्त, Çak. 23, 13; विलुत्त = विलुप्त Prab. 44, 1. *)

त्थ e क्थ, प्थ. सित्थअ pro सिक्थक Var. l. l.

द्द e ग्द, ब्द. गग्गर e गद्गद S. S. l. l. Var. II, 12. सद्द pro शब्द Rat. 5, antep.

द्ध e ग्ध, ब्ध. सिणिद्ध Çak. 130, 8. pro स्निग्ध; लद्ध pro लब्ध Çak. 53, 13; विस्सद्ध i. e. विस्रब्ध Çak. 55, 9.

प्प e क्प, ट्प, त्प. दिक्पति = दिप्पदि? छप्पद = षट्पद Dh. 8. उप्पण्णा M. R. 12, 10. i. e. उत्पन्न; सप्पुरिस Çak. 124, 6; Mr. 36, 9.

प्फ e क्फ, ट्फ, त्फ. वप्फल pro वाक्फल? छप्फल pro षट्फल? उप्फुल्ल M. R. 15, 12. pro उत्फुल्ल. M. M. 114, 2.

ब्ब e ग्ब, ड्ब, द्ब. पब्भार e प्राग्बल? छब्बल e षड्बल? उब्ब-न्धिअ = उद्बन्ध्य M. R. 135, 9.

ब्भ e ग्भ, ड्भ, द्भ; पब्भार = प्राग्भार Vik. 76, 6; छब्भाव = षड्भाव? सब्भाव pro सद्भाव Çak. 102, 2; उब्भिपण्णा M. M. 117, 8; उब्भासिअ pro उद्भासित Prab. 46, 1.

§. 63.

Inversa assimilationis ratio, qua cedit sequens consonans antecedenti, ab hac dialecto aliena est et mendosa sunt quae passim inveniuntur exempla.

मुक्क e मुक्त Rat. 6, 14; Vik. 59, 2: Prab. 45, 11. (42, 7. recte fortasse); सक्क e शक्त Vik. 10, 11; Utt.

Aliae iuncturae palatalium rarissimae sunt, et regnat etiam in his lex assimilationis; ex. gr. ञ्ज fit ज्ज. खुज्ज Çak. 29, 11. pro कुब्ज.

*) Omitto ट्त, ट्थ, ड्द, ड्ध, quia si invenirentur, potius diceretur per cerebrales ट्ट etc. ex. gr. e षट्तत्वं formaretur षट्टत्तणं.

127, 3; सब्भ e शब्द Çak. 27, 6; उक्काडिद M. M. 58, 10. pro उग्घाडिद.

In nulla dialecto Prâkritica ferri debet omissio assimilationis; saepius tamen ob negligentiam editorum occurrit. Sic Vik. 110, 2. समित्कुस्स e समिध् + कुश. cf. V. L. ap. Lenz. App. crit. At in his corrigendis tempus perdere nolo.

§. 64.

Iterum h. l. nobis sese offert mutatio iuncturae dentalis tum originariae, tum Prâkritice originatae, in respondentem cerebralem, licet rarius. पट्टण dicendum est pro पत्तन iuxta grammatt. Var. III, 23; S. S. 78. Addit S. S. दग्ध, विदग्ध = दड्ढ, pro quo praecipit दड्ढ. Utraque scriptura usurpatur. Vid. not. ad S. S. Exc. V. Sed caute admittenda est haec mutatio, si caussa non adest, i. e. si assimilatio nulla est litterae caninae.

§. 65.

Transitio duarum iunctarum consonn. surdarum in sonoras rarissima est, quum invicem sese suffulciant. गड्ड pro गट्ट e गर्त ponitur Var. III, 25. et apparet, cohaerere hanc mutationem cum assimilatione elementi sonori र. Çak. 61, 5. णिक्खिब्ब pro निक्खिप्य mendum est haud dubie. De अब्भरा pro अप्सरा infra dicam. Pertinet haec mutatio ad dialectos inferiores et excludi debet a praecipua.

§. 66. Ad §. 57, II, B. cf. Var. III, 3. 5. S. S. 96. 97.

Nasales assimilantur consonanti praecedenti

ordinatae. न. अग्गि pro अग्नि Çak. 95, 16; M. R. 141, 13. लग्ग Mr. 113, fin.; = लग्न. विग्घ pro विघ्न Rat. 68, 1; णीसवत्त Mr. 9, 9. = निःसपत्न; पत्तिं Çak. 139, antep. etc. म. सद्दम्म pro सन्मक Çak. 77, 11. अत्तणो pro आत्मनः Çak. 29. etc. ञ. Tantum in ज्ञ *kvip* iuxta Kramadîçvaram: सव्वञ्ञ = सर्वज्ञ; अहिञ्ञ = अभिज्ञ, सुञ्ञ pro सुज्ञ; S. S. l. l. atque initio ञाणा pro ज्ञाणा. *) At dubia est res.

---

*) Discrepant inter se Vararuches et Kramadîçvaras. Primo loco apparet, a Vararuche excipi ज्ञान a सर्वज्ञ; a Kramadîçvara eandem poni utriusque vocabuli mutationem. E Vararuche III, 44. et S. S. 147 (vid. Exc. V.) certum est, priori loco doceri mutationem tum iuncturae ज्ञ initio absoluto positae; nam alias constat, e ज्ञाण fieri णाणा. III, 44; tum radicis ज्ञा compositae tanquam *kvip*. ज्ञान initio re vera scribi solet Prâkr. ञाणा, Vik. 48, 8. et pro ज्ञादि Çak. 82, 10. emenda ञादि; addit enim Vararuches एवंप्रकारादिषु. Hinc autem consequitur, ut bene se habeat regula apud Vararuchem, ञ: ponentem neque corrigendum sit ण:. Nam tum addi non poterat exceptio: ञाणादौ नीत्येवंप्र°; sic enim emendandum est. In exemplis compositi in *kvip* ज्ञा invenio ण्णा, ut Çak. 104, 2: अणाहिण्णा; e qua scriptura patet, usum potius cum Vararuche consentire; nam propter inusitatam iuncturam ञ्ञ posuit librarius magis usitatam ण्णा, quae in अहिण्णाणा similibusque constat. Confusam itaque reor rem a Kramadîçvara. Accedit quod regg. 5. 6. 7. apud Vararuchem ponantur exempla nasalis conservatae, non elisae.

§. 67.

Exceptiones tamen sunt ab hac regulae plures.

a) Divellitur nasalis a cons. antecedenti in quibusdam; cf. §. 27, 4. 6. रअणा pro रत्न; पदुम pro पद्म, सक्कणोमि pro शक्नोमि etc.; सिविणा pro स्वप्न. Addit S. S. 105. अगिणी pro अग्गी i. e. अग्निः.

b) Assimilatur quidem diversi ordinis nasalis praecedenti, sed ita ut eam trahit in ordinem suum. Hinc अप्पा pro अत्ता i. e. आत्मा. Var. III, 48. S. S. 108. रुप्प pro रुक्क i. e. रुक्म; रुप्पिणी = रुक्मिणी; ibid. 49. cf. supr. p. 136.

c) Cedit praecedens ordinata nasali; quod quum fiat in ज्ञ, ञ्ञ transit in ण्ण. Var. III, 44. S. S. 147. रण्णो pro राज्ञः Çak. 27, 2; 73, 11; etc. विण्णाद pro विज्ञात et omnino in ज्ञ non initiali vel rad. ज्ञा ultima compositi parte. cf. Çak. 164, antep.; 3, 4; 63, 5; 60, 5 fortasse scribendum est ज्ञादं pro (ण)णादं. संणा Rat. 63, 4; Mr. 153, 8. Omittendum est semper ण prius post praepos. आ. cf. Var. III, 55. S. S. 154. supr. p. 140. जण्णा = यज्ञ. Var. l. l. Çak. 139, 11. ग्न in न्न mutatum fieri debet ण्ण. cf. §. 69. Falso dicitur haec regula generalis. S. S. 147. रुण्णा pro रुग्न.

§. 68. Ad §. 57, II, C.

Assimilatur antecedens nasalis sequenti:

ङ्म. परम्मुह Çak. 73, 10. दिम्मुहेसुं = दिङ्मुखेषु K. P. 119, 16.

न्म. cf. Var. III, 43. S. S. 143. जम्म Mr. 7, 6; Rat. 22, 5 etc.; = जन्मन्. उम्मीलन्ति Utt. 78, 3; etc. Mendose retinetur न् in जन्म Çak. 139, 4; उन्माद Çak. 20,

5. 82, 1. मन्मह i. e. मन्मथ Çak. 49, 10. bis peccat. मम्मह M. M. 31, antepen. semel. Lege वम्मह. cf. Var. II, 38.

पम. षपमुख fit छम्मुह. supr. §. 29.

न्न. Var. III, 44. not. S. S. transit autem न्न iterum in पण. पज्जुपणा e प्रद्युम्न. Rat. 16, 15.

Quum Anusvâra ante nasalem semper fungatur vice nasalis sequentis, sequitur, ut in media voce ante nasales signo Anusvârae significetur eadem quae sequatur nasalis.

§. 69.

Iunctura न्न tum Sanscritica, tum Prâkritice innovata, in पण ubique transit. पसपणा pro प्रसन्न Prab. 39, ult.; Rat. 44, 1; etc. cf. §. 68 et 67, *c*. *)

§. 70. Ad §. 57, II, D.

Assimilant sibi nasales semivocalem et antecedentem et praecedentem. Ex ञ्ञ dein fit पण. cf. Var. III, 2. 3. S. S. 95. 96.

a) य. पुपणा e पुण्य Prab. 44, 3; लावपणा = लावण्य M. M. 56, 6; (C. -णा); दक्खिपणा = दाक्षिण्य Mr. 114, 1; सुपणा = शून्य M. M. 56, 1; अपणोपणा = अन्योन्य Çak. 53, 14; उत्तम्म = उत्ताम्य Çak. 18, 5; 53, 7; सोम्म = सौम्य Rat. 78, 3; Utt. 19, 1;

Exceptio est अहिमज्जु ex अहिमन्यु Var. III, 17. S. S. 115. cf. §. 59, *b*. Nonne अहिमञ्ञु?

b) र. सोवपणा = सौवर्णा *) Rat. 58, 12; वम्म = वर्मन् Rat. 85, 10; धुम्मन्त Prab. 4, 6; etc. **).

---

*) In म्म transire facit Vararuches न्म pro म in radice हन्. हन्तेर् म्मः ॥ हन्तेरन्तस्य म्मो भवति । हम्मइ. Cap. VIII.

**) घूर्ण fit घुपणा. Vid. Brockh. ad Prab. 4, 6. Aliam for-

म्र in म्ब et म्ब transit iuxta Var. III, 53. in ब्र vel ब्व. S. S. 109. probabilius docetur, fieri म्ब, म्ब. Documento est nomen *Taprobanes* Tambapanna. Eo deducit etiam codex Vararuchis. Çak. 116, 11. tamen invenitur तम्ब.

c) ल. गुल्म fit गुम्म Mr. 188, 10. et sic corrige M. R. 106, 2: pro गुम्भ; वम्मीअ Utt. 72, 3. pro वाल्मीकि.

ह्म disiungitur. Vid. मिलाण p. 182.

d) व. कप्पण = कपव Çak. 8, 16; हुमपणादो (sic emenda) = हुमपवत: Rat. 85, 9. अप्पोसीअदि Mr. 7, 5; अप्पोसदि Çak. 56, 7. ex अन्विष-.

Anusvâra non mutat semivocalem sequentem; ante र et ल scribitur Anusvâra ut Sanscritice fit; ante व et Anusvâra et म् locum habet: वसम्वद M. M. 165, 12; पिअम्वदा Çak. 56, 6. विसंवददि M. R. 11, 1. Sonum esse म् ante व, haud dubium est; praestat tamen pro fine vocis medialis in composito ponere signum nasale. Ante य vix invenitur in Prâkrita Anusvâra proprius, nam quum transeat य initiale in ज, Anusvâra qui in scriptura retinetur, valet ञ्. संजोजेमि Çak. 56, 8. 9. i. e. संयोजयामि.

De nasalibus cum sibilo vel ह coniunctis vide infra ad IV, C.

§. 71. Ad §. 57, III. Var. III, 2. 3. S. S. 95. 96.

De *semivocalibus* generalem posui supra re-

mam ponit Vararuches घोल. Nomen est Sanscriticum घोल, quod ad rad. घुर् refertur. घुर् autem forma est simplicior, a qua derivata videtur r. घूर्ण. घोल Prâkriticum haud dubie originem traxit ab eadem radice घुर्.

gulam, a qua tamen quum diversae sint in diversis exceptiones, praestat de unaquaque singulatim dicere. Incipiam ab य.

§. 72.

1. य dissolvitur in इ post consonantes varias in formis quibusdam certis. cf. supra §. 23, 2, c. fit hoc plerumque in passivo; fere semper in gerundiis in य, saepenumero in participio futuri passivi in य, in abstractis in य post र. Tum in vocibus quibusdam singulis,*) ex. gr. विअणा pro व्यजना, supr. p. 124, §. 9.

इ hoc ex य orsum, si liquidam र excipit, saepius transponitur, ita ut coalescat cum अ v. आ praecedenti in ए. Vid. §. 9, 2. p. 122. पेरन्त e परिअन्त pro पर्यन्त, M. M. 28, 7. etc. सुन्देर e सुन्दरिअ pro सौन्दर्य Dh. 19. केर e कारिअ pro कार्य. supr. p. 189.

Sin autem alia praecedit vocalis, quam अ s. आ. eliditur hoc इ. तूर pro तूरिअ e तूर्य, धीर pro धीरिअ. Var. III, 18. 19. S. S. 124. सूर potest सूर esse et non pro सूरिअ e सूर्य.

---

*) मौर्य, nomen familiae, ad quam pertinuit Cbandraguptas, cuiusque forma Prâkr. मोरिअ, Mâg. मोलिअ audit (nam sic lege M. R. 150, 9), probat quodammodo existentiam sermonis Prâkritici aevo Alexandri Magni. Nam idem vocabulum est *Μωριεῖς*, *οἱ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς*. Notitia est petita e Megasthene, qui dixerat, familiam tum in India regnantem ita vocari, non semper omnesve Indorum reges. Aeque absurda est notitia de populo *Μωριεῖς* ap. Steph. Byz. atque opinio eorum, qui *Μωριεῖς* explicant a *Mahârâa*.

2. Assimilatur य antecedentibus consonantibus ordinatis praeter dentales et, quod explicatum iam est, nasalibus. मेह्क्ख = मेघाख्य M. R. 110, 8; चाणक्क = -क्य M. R. 22, 11; *) जोग्ग M. R. 146, 2. = योग्य; वुच्चसि Çak. 11, 12; कूरच्चुअ = -च्युत Mr. 135, 9; रज्जस्स = राज्यस्य Çak. 80, 13; अड्ढ **) = आढ्य Mr. 35, fin.; तप्पदि = ताप्यते Mr. 124, 12; कुप्पामि Mr. 115, ult.; et praevalet haec ratio in verbis IVtae classis, ita ut discrimen sit in Prâkrita innovatum inter IVtam classem et passivum; illi geminata consonans radicis finalis, vel productio vocalis radicalis, huic forma in ईअ s. इज्ज propria est. Scio esse exceptiones et eandem formam passivo et classi IVtae. — विप्पाप्पं = विक्त्यं Utt. 15, 15; अब्भन्तर ***) = अभ्यन्तर Mr. 10, 11; अब्भहिद Mr. 135, 4. = अभ्यक्त.

3. य dentalem excipiens eam mutat in iuncturam palatalem, cuius altera consonans eiusdem gradus est atque dentalis originaria; i. e. त्य fit च्च, थ्य contra च्छ, द्य fit ज्ज, ध्य contra ज्झ. Var. III, 27. S. S. 65. 75. 132. unde corrige Var. III, 28. Caussa est transitio semivocalis य in ज. अमच्च = अमात्य Prab. 8, 7; अच्चादर Çak. 163, 13. = अत्या°. परिच्चाइ e परित्यागिन् Çak. 155, 4; cf. Rat. 72, 12. etc. रच्छा Mr. 160, 1. = रथ्या; विज्जा pro विद्या Prab. 12, 11; 42, 5 etc.;

---

*) Adspirari antecedentem propter य Zendice, non probatur सक्खं = शक्यं Vik. 52, 14. Lege सक्कं.

**) Falso इड्ढ editum est.

***) Mendose editum est भ्भ.

मज्झ Rat. 8, 7; उवज्झाअ = उपाध्याय M. R. 9, 13; बज्झन्ति Mr. 139, 8; = बध्यन्ते.

Si य् in इ s. ई transit, remanet dentalis: जोधीअन्ति e योध्यन्ते Mr. 141, 1; छेदीअन्ति Mr. 139, 10. e छेद्यन्ते; बाधीअमाणा Çak. 153, 8.

Mendi incuso tum omissionem mutationis, ut मित्या e मिथ्या Prab. 42, 3. 4. 5. रत्या Rat. 5, 16; lege मिच्छा, रच्छा; tum mutationem in cerebrales, ut पट्टक्ख Mr. 179, 9; lege पच्चक्ख cum Rat. 17, 4; 29, 10; denique mutationem sine caussa, ut गुज्झ pro गुह्य. Utt. 106, 2.

Transit postea haec mutatio interdum in derivata, quamvis nullum contineant elementum य. Ut पाच्चवण i. e. नर्तन propter पाच्चदि e नृत्यति. Rat. 5, 15; 7, 6; Çak. 83, 1.

4. य्य fit ज्ज. शय्या = सेज्जा. Var. III, 17. II, 5; S. S. 115. 124. 125. 126. De forma इज्ज pro ईय vid. supr. p. 160. 214. Adde e S. S. 81. 82. affixum तीय in द्वितीय, तृतीय, unde Prâkr. दुइज्ज, तिइज्ज.

Assimilatur य semivocalibus ल et व. कल्ल Mr. 119, 12. = कल्य; कल्लाणा = कल्याणा Çak. 14, 11; सल्ल = शल्य Vik. 4, 14. कव्व = काव्य Vik. 42, 6; होदव्व = भवितव्य etc.

य post र mutari vidimus in इ, supr. tit. 1. Alia mutatio est litterae caninae cum seq. य in ज्ज; *) memineris, ट et र esse cognata, et similis huic est transitio iuncturae र्य in ज्ज. कज्ज = कार्य Var. l. l. सुज्ज = सूर्य ib. 19. et Vik. 16, 9; 67, 10; Çak. 77, 6; etc. Tum in परि composito cum vocabulo a vocali in-

*) Generalis ponitur reg. S. S. 135, at falso.

cipienti: पज्जाउल Çak. 26, 1. = पर्याकुल, etc. Sed in nonnullis transit र in ल et liquidae assimilatur व sequens. Exempla sunt पल्लत्थ e पर्यस्त, पल्लाण e पर्याण, पल्लङ्क e पर्यङ्क, (cf. *Palankin*) सोअमल्ल e सौकुमार्य. Var. III, 21. S. S. 125. Videtur hoc ल्ल potius esse ळ Vedarum, quam ल्ल commune; nam Prab. 4, 4. legitur पलिअत्थ, et Utt. 43, 3; 61, 16. पल्हत्थ. M. M. 52, 6. (in scholl. absurde पर्यन्त).

5. De य cum sibilis et ह coniuncto vid. infr.

§. 73.

र. 1. Assimilatur consonantibus ordinatis et praecedentibus et sequentibus: तक्केमि = तर्कयामि Prab. 7, 10; विक्कम = विक्रम Prab. 4, 2; समग्ग = समग्र Utt. 4, 13; दुग्गदी Mr. 40, 9; अणुग्गहीद Rat. 83, 8; णिग्घिणा = निर्घृणा Rat. 97, 5; दिग्घिआ Rat. 26, 4; चच्चरिअ = चर्चरिक Rat. 8, 11; चच्चिक्क = चर्चिक Mr. 145, ult.; कुच्छापाअ = कृच्छ्रापाक Çak. 131, ult.; वक्क = वक्र M. R. 148, 3; मुच्छन्त = मूर्छन् Utt. 15, 5; गब्भ Rat. 43, 9; पब्भंसिअ = प्रभ्रंशित M. R. 86, 6; (ed. C. पम्भंसिअ) vid. Prab. 67, 12; अप्पिअ = अप्रिय Rat. 83, 13. etc.

2. De *dentalibus* peculiares dandae sunt regulae. र eas excipiens assimilatur plerumque; sed post द non necessaria est assimilatio auctore Vararuche, et paullo magis extendi videtur usu haec licentia, nempe ad त. र dentalibus praemissum assimilatur semper, at saepenumero tum abit complexus dentalis in cerebralem.*) cf. Var. III, 3. 4. S. S. 95.

---

*) Exempla huius mutationis Sanscritica invenientur multa,

a) मुद्दा = मुद्रा M. R. 14, 12; मुद्दिद Vik. 58, 2, C.; मन्त्रिन M. R. 99, 2; मन्तीम्बदु Çak. 30, 2; 71, 3; Rat. 41, 12; त्रिदस Vik. 7, 8; (Cod. P. तिदस). Post त् tamen cum grammatico reiecerim; quia त et र cognatae non ita sunt litterae tanquam द् et र्. Aliud genus conservati elementi canini post द् supra explicui §. 3, 1. Usitatior tamen est etiam post द् assimilatio: चन्द Rat. 83, 4; इन्द = इन्द्र Prab. 87, 14; etc. परित्तायध (त्रायध्वं) Çak. 15, 10; Vik. 2, 1. etc.

b) Affixum Sanscr. adverbii localis त्र Prâkr. fit त्थ; terminationem locat. sing. dicit Var. cap. VI. जत्थ = यत्र, तत्थ, सत्थ, कत्थ, एत्थ, (vid. p. 129.) एदत्थ. In aliis vocabb. non fit; पत्त, बत्त = पत्र Vik. 33, 12 etc. praeter मत्थ pro मात्र, cuius forma saepius audit मेत्त, vid. supr. p. 128. nonnunquam मेत्थ Mr. 84, 10. महामेत्थ, 145, 10. मेत्थपुरिस, at utroque loco non est sensu *solum*, *tantum*, sed significatur dux elephantorum. Sanscriticum est मात्र et vix discrimen est tale, ut priori sensu मत्त et मेत्त, posteriori मेत्थ, मत्थ, scribatur. Mutatio vocalis ex आ in इ cum र् cohaerere nequit, neque alibi inveni जेत्थ, तेत्थ, vel पेत्त pro पात्र, etc. Cohaeret contra adspiratio posterioris dentalis cum र et sapit hoc Zendicam indolem, ubi *puthra* etc. regula est. Vindicanda autem est haec vis adspirandi semivocali र् tantum in talibus vocc. in quibus त्र excipiat *a* vel *i* breve; nam एत्थ pro इत्र est, मेत्थ pro vulgari forma मित्र. Post उ locum babere non videtur adspiratio;

---

si accuratius investigabuntur radices in cerebrales desinentes.

पुत्य pro पुत्र inauditum est. A पत्त pro पत्र similibusque excludi videtur त्य propter maiorem dentalium vigorem; nam पत्र proprie पत्त्र est a पत्. Exempli caussa laudo: ज्ञत्य Utt. 15, 4; घत्य M. R. 24, 11. एत्थ M. M. 72, 3; तत्य Vik. 18, 2. घत्तभवं Çak. 32, 9. falsum est.

c) र् ante dentales; cf. Var. III, 22. 24. 25. 26. S. S. 66. 77. 79. Assimilatur र cum dentali seq. tum in त्त, त्थ, द्द, द्ध:

मुहुत्त = मुहूर्त M. M. 53, 9. पत्थिव = पार्थिव M. R. 125, 10; पत्थणा = प्रार्थना Çak. 35, 2; सद्दूल = शार्दूल M. M. 59, 8; दुद्दंसणा = दुर्दर्शन Prab. 45, 11; उद्ध = ऊर्ध्व Rat. 81, 8.

tum in respondentes linguales:

वट्टदि = वर्तते Vik. 25, 10; 72, 2; Çak. 34, 5. 8; भट्टा = भर्ता, saepius भत्ता Çak. 31, 6; etc. cf. Var. III, 22. S. S. 77.

विछड्डिद Utt. 14, 10; M. M. 109, 11; 117, 5; 129, 1; sola vera scriptura est per ड्ड; cf. Var. III, 26. S. S. 66. Falso itaque ponitur etiam संमद्द Vik. 16, 5; (C. -ड्ड). E वृध fieri debet वड्ढदि, वुड्ढ, etc. non वढ्ढदि, ex. gr. Vik. 11, 6; cf. 68, fin.; vel वुढ्ढ Mr. 92, 6; ut taceam confusas radd. वृत्त et वृध.

Investigandum remanet, quae vocc. alterutram mutationem, quae utramlibet sequantur.

3. De र्ण, र्म, र्य supra dictum est. § 70.

4. र्य expeditum iam est; र्ल fit ल्ल, र्व et व्र aeque व्व.

पिल्लज्ज = पिर्लज्ज Rat. 68, 8; दुल्लह Utt. 45, 7; sed potest etiam scribi दूलह. vid. S. S. 191. 159. Rationem explicui p. 142.

पुव्व = पूर्व Rat. 46, 1; उव्वसी = उर्वशी etc.; वद् = व्रत Vik. 61, 7. unde महव्वद् pro महाव्रत etc.

5. श्र initiale dissolvitur in सिरी i. e. श्री; vid. supr. p. 182. ceteroquin geminus evadit sibilus, assimilato र्, सुस्सूसइस्सं = शुश्रूषयिष्यामि. Mr. 171, 3; विस्सद्ध = विश्रब्ध Çak. 55, 9. Eadem ratione स्र fit स्स. सहस्स = सहस्र Rat. 59, 4.

र्श et र्ष aut dissolvuntur in रिस, si antecedit vocalis अ. Vid. supr. p. 183. nam post alias vocalis locum non habere videtur haec dissolutio; aut assimilatur र् sibilo sequenti, quod in र्ष post alias vocales quam अ regula esse videtur. इस्सा pro ईर्षा Prab. 39, 2. सीस vel सिस्स e शीर्ष Rat. 50, 11. In र्श statuenda quidem est eadem assimilatio in स्स; at haud consistit heic mutatio, verum ex स्स fieri solet ंस, स्स pro र्श nunquam poni suspicor. Pro स्पर्श editum est Vik. 71, 2. फस्स; at P. praebet फंस et sic etiam legitur Utt. 104, 15; 61, 15; 84, 5; M. M. 98, 9; 119, ult.; *). Eodem modo दंसण e दर्शन, et omnino दृश् cum derivatis; अंसु ex अश्रु Vik. 115, 1. (C. अस्स), M. R. 145, 4. etc. **). मंसू pro श्मश्रु Var. IV, 15. S. S. 167. अंस pro अश्र. ibid. Addi potest गंसण, e ग्रसन, transposito गर्सन. Prab. 65, 2. Quae legitur forma अच्छु pro अश्रु Çak. 29, 8. barbariem sapit.

Positis exemplis hisce, probabilior videtur ratio, si sistitur transitio semivocalis liquidae र

---

*) फूफरस M. M. 47, 12. et alibi monstrum est horrendum, lege फ्फरिस.

**) अच्छिं Çak. 29, 8. cum अश्रु nil omnino habet rei.

in Anusvâram. Ponendum hoc esset de ऱ् coniuncto, nam ऱ् non coniuncti nullam eruimus transitionem in nasalem. Ad ऱ् sibilo praemissum restringenda minime foret mutatio; nam ponunt grammatici, fide in hisce rebus dignissimi, praeterea हंस pro हस्स, चंक pro चक्क vel, si S. S. sequeris, वंक pro वक्क, पडिंसुद pro प्रतिश्रुत. Videtis eandem condicionem subire ऱ् tum sibilum excipiens, tum cum aliis consonantibus coniunctum. In iunctura र्श itaque caussa posita non est. At ne heic quidem res consistit. Nam adduntur exempla, a quibus ऱ् prorsus alienum est. मणंसिणी pro मनस्विनी; मन्त्र pro मस्त; गुण्ट्ठी, nisi fallor pro गृष्टि, i. e. primum गुट्ठी, hinc गुण्ट्ठी; अंस = अस्स pro अश्व; in hisce omnibus sibilus locum habet. Pertinet itaque mutatio eodem tempore ad sibilum, atque ad ऱ्; sibilum finalem in nasalem abire, iam cognovimus supra. Ad rem revertar §. 85. infra; *) melius enim explicari poterit res, si repetetur a tota huius sermonis indole. H. l. id tantum monendum est, nil obstare, quo minus credamus, priorem esse assimilationem स्स pro र्श, ut स्स pro र्ष, posthac sequi mutationem in nasalem, ita ut fiat ंस.

6. De इ dicam §. 80. —

---

*) Omitto exemplum अहिमुंक्को; nam quum मुक्क falsum sit pro मुत्त e मुक्त, supr. §. 63. falsum etiam esse debet मुंक्क. Emendationem indicare videtur S. S. सुक्क (शुष्क) ponens, unde iuxta regulam fingere licet सुङ्क्क. In अहि latet fortasse अंहित pro अर्हित.

§. 74.

ल. 1. ल elementum iuncturae initialis posterius seiungitur vocali inserta, vid. p. 182. nam nimis diversa sunt ल et क, s. श, s. म, quam ut fieri possit initio vocis assimilatio sine damno perspicuitatis iusto maiori. Itaque dicitur: किलिट्ठ pro क्लिष्ट, सिलिट्ठ pro श्लिष्ट, मिलाण pro म्लान, गिलाण pro ग्लान. म्लाण pro मिलाण editum est Vik. 35, 1. de qua re vide notam. *)

2. Omnibus consonantibus assimilatur ल iuncturae medialis particeps, praeter य, र, व; hasce enim semivocales sibi similes reddit. cf. Var. III, 3. S. S. 95.

खिल्लिदो = क्षिप्त Utt. 46, 11. ubi emenda: खिप्पिद. Mr.

---

*) Ed. C. praebet. 35, 1. किंणु भणिदं इमिणा म्लाणकमलणाल-सरिसेहिं अङ्गेहिं । Interpretatus est Lenzius: »quidnam dicat membris, marcidi loti cauli similibus.« Nimirum amore ita emaceratus, ut dubium esse nequiret, quod responsi genus daret. P. अम्माण praebet pro म्लाण, दाम pro णाल (णाल corrige) सामलेहिं (i. e. श्यामलैः) pro सरिसेहिं. Nil bonae frugis in codd. Londd. invenisse videtur Lenzius; silet sane in App. crit. Sensum minus bonum praebet scriptura P. श्यामल inde explica, quod amorem esse dicant nigrum. Vid. ad G. G. praef. p. XV. At hoc huc non pertinet. अम्माण haud dubie iterum continet म्लान, sed praefixa praepos. आ, ita ut sit आम्लान, non *marcidus*, sed *marcescens*; quod et ad sensum et ad grammaticam optime quadrat. Nam म्ल mediale mutari posse in म्म, prorsus ut ल्म, facile concedetur.

139, 7; ubi lege सिप्पिणो pro सिप्पणो. कप्पिअ pro कल्पयित्वा Mr. 103', 7; अप्प = अल्प M. M. 116, 10; Mr. 112, 1; जप्पन्दि Prab. 44, 1; alia forma huius radicis, mutato प् in nasalem suam, est जम्प cf. Var. Dh. P. Vik. 55, 2. वक्कल corrigendum est Çak. 26, 1. cf. 10, 1; pro वल्कल. विक्कव = विक्लव Var. III, 3. *) वग्गिद = वल्गिद Mr. 137, 4. De ल cum nasalibus et य coniuncto vid. supr. §. §. 70. 72, 4. De ल्ल modo tractabam. ल्व fieri debet ल्ल in उल्व, शाल्व, similibus, quae e libris nondum erui.

3. De श्ल vid. infra.

§. 75.

व. 1. Transit in उ; quod quum fiat *a*) aut remanet vocalis sequens, aut quod rarius locum habet, *b*) eliditur.

a) Huc pertinet उ formae Gerund. Prâkr. तुअ, दुअ, pro त्वा. p. 161. दुए pro द्वे; दुआर pro द्वार, तुअरिद pro त्वरित, etc.; in quibus alia scriptura frequens est दुवे, दुवार, तुवरिद etc., inserto व् novo; vid. p. 184.

b) दु-इअ pro द्वि-तीय Rat. 83, 4. cf. S. S. 82. दु-इज्ज supr. p. 249., परमेसुर ex ईश्वर, Prab. 14, 9. cf. p. 174.; कुण pro क्वण, *sonare*. Dh. 9.

---

*) Investigandum restat, utrum re vera haec forma usurpetur, necne. Verumenimvero quum वि praepositio sit, क्ल in hac voce initiale est et expectares किलव, विकिलव. Neque id scio, utrum विप्पव dicatur pro विप्लव an divulsio sit, ex. gr. विपुलवं, विपिलव. Aeque haereo in iunctura ऽसं.

2. Eliditur व, remanente vocali seq. तए pro त्व-ए. Çak. 29, ult.; cf. 23, 13. contra तुम-आ, posito आ pro ए. कपान्त pro कृपान्त M. M. 90, 2. दि-उणाद्र, Mr. 44, 6. = द्वि-गुणाम्र. Mirum est विइम, apud Var. I, 18. at non male scriptum pro दिइम; usitatior licet sit forma दुद्दिम, दुइम. Nam prorsus contra normam sermonis est, omittere द् ante व, ut fit in Latino *bis* pro *duis*, et in Zendico *bi-thya*. Aeque mirum est tum बार्ह ap. Var. II, 13. tum बीस apud Pingalam. cf. §. 104, 2. Omittendae vel retinendae aut semivocalis व, aut vocalis sequentis rationem certam intellexi nullam; दु et दि pro द्वि eo tantum differunt, quod magis solitum sit prius. Certius est, mutationem semivocalis in उ, conservata eodem tempore vocali seq. subiectam esse ei condicioni, ut quae sequatur vocalis aut longa sit aut accentu gaudeat: *duára*, *duê*, *tuàradu*, *tuàrida*; contra *tùrida* Rat. 19, 1.

Pertinet autem talis conservatio elementi व sub forma उ ad initium vocabuli; in media voce locum non habet, nisi in initio vocis compositae, aliam excipientis, et in affixo त्व et ger.. त्वा Initio restat व sine mutatione tantum ante य et र, quae ei assimilantur. Vid. §. §. 72, 4; 75, 4; वाहरिद = व्याहृत Çak. 165, 1. etc.

3. Ceteroquin consonantibus assimilatur व, exceptis iterum य et र, de quibus dictum est: पक्क, lege पिक्क = पक्व Mr. 157, 2; पज्जालिम = प्रज्वाल्य Mr. 31, 3; सत्त = सत्व Çak. 74, 7; विद्दे्स = विद्वेष Prab. 10, 8; तवस्सि = तपस्विन्, Çak. 74, 5; णिस्ससिम = निःश्वस्य Rat. 81, 8. सामि = स्वामिन् Mr. 140, 6; मअरद्धअ Çak. 117, fin. = मक-

रध्रुज्ञ; cf. M. M. 10, antep.; in ed. Bonn. falso editum est -ध्रुज्ञ. परिस्सज्ञामि = परिष्वजामि M. R. 148, 4. पेक्खस्स Prab. 56, 14. = प्रेक्षस्व.

4. Post dentales exempla invenio in S. S. duo assimilationis talis, ut व assimilatum dentalem antec. in palatalem transire faciat, prorsus ut य. reg. 67. चच्चर s. चत्तर pro चत्वर; reg. 120. सज्झस pro साध्वस; exemplis aliis probare nequeo.

5. Exceptio a regg. supra positis, grammaticis non enotata, at vix dubitationi obnoxia, cernitur in व, initiali radicis, ante द् finale praepositionis; ex. gr. उव्वेजिद = उद्वेजित, Çak. 34, fin.; समुव्वहमाण = समुद्वहमान M. R. 148, 6. etc. द्द in talibus vix licitum est. Facile est cognitu, explicandam esse conservationem semivocalis e fortitudine litterae initialis, quam intactam relinquere magis referat, quam finalem voculae praefixae. Adde, quod व soni ब particeps, hac cognatione fretum vindicet sibi eandem praerogativam. उव्वहदि eodem iure dicitur, quo उब्बन्धिअ. Rat. 71, 9. Taceo ल; nam ante ल Sanscritice iam dentalis fit liquida; Prâkr. itaque दुल्लह, Vik. 30. 7; उल्लसित Vik. 5, 7. etc. dicitur. य contra initiale fit ज; itaque non mirum est, si dicitur उज्जाण pro उद्यान, etc. prorsus ut fit in media vocc. In iunctura द्र, cuius र initium est radicis, dubius haereo; nam pro उद्रोहति neque उर्रोहदि poni potest (§. 56, 3.) neque credibile est, inde fingi उद्दोहदि. Potest द्र retineri; vid. §. 72, 2, *a*.; posset etiam उ dici pro उत्, ut fit in ऊसव, aliis; vid. 51, 4. Exempla desidero.

§. 76. Ad §. 57. IV. A. B. C.

Praestat, etiam sibilos singulatim pertractare; incipiam a श.

1. Assimilatur श consonantibus ordinatis च et छ; alias ne Sanscritice quidem antecedit. In iunctura च्च, quae e श्च oritur, adspirandum est posterius च propter inclinationem sibili Prâkritici versus ह. cf. §. 29. *). Ideo ubique scribendum est च्छ. cf. Var. III, 40. पच्छा = पश्चात् Çak. 103, 10; पच्छिम M. R. 147, 2; अच्छरिअ Prab. 4, 1 etc.; excepto tantummodo स् finali nominis vel particulae compositae; refragatur enim initium vocis sequentis immutationi. णिस्चिन्त Rat. 3, 6; = निश्चिन्त; णिस्चअ = निश्चय M. R. 28, 12; णिस्चिद M. R. 140, 11. = निश्चित; तवस्चरणा = तपश्चरणा, supr. p. 230. Regulam non invenio, sed ex usu abstraho, licet e Sanscritico च्छ coniicere posses, dicendum esse णिच्छअ; sed cf. quae de praeposs. Prâkritt. dixi p. 141.

Omissam iuncturam श्च medialem trium vocabulorum docet S. S. 155. cf. Exc. V. De ञ्छ pro श्च in वृश्चिक vid. Var. ind. cum S. S. 113.

2. Assimilat sibi म sequens, Anusvâra antecedens ab immutatione immunis est. Var. III, 2. रस्सि = रश्मि Prab. 14, fin.; M. R. 110, 7. recte cod. P. कासीर pro कास्मीर ed. Calc. वंस = वंश. Vik. 3, 10.

3. Ante न transit श in ह, न cognata littera non suffultum fit ण; ह्णा quum pronunciare non

*) Propter eandem rationem Sanscritice dicitur तच्छ्रुत्वा pro तच्श्रुत्वा i. e. तच् श्रु° e तत् श्रु°.

M. R. 135, 2. = ज्ञिण्णु; गिम्ह Çak. 27, 4. Var. III, 33. 32. S. S. 135. 139.

Propter debilitatem soni assimilatur interdum spiritus nasali, at falso. उण्णा Vik. 67, 10; ed. C. तुण्णिं Vik. 43, 9. at Prab. 17, 5. recte तुण्ह्णी. cf. p. 129.

ष्म posse assimilari in स्स, ut श्म fit स्स, non credo, haud tamen inscius, tale poni exemplum Var. III, 2. सोस्स; nam propter viciniam iuncturae श्म explicari debet per ष्म i. e. शौष्म (सोष्म). At militat hoc contra reg. III, 32. दुस्सन्त legitur pro दुष्मन्त per Çakuntalam; at dubia est vel Sanscritica huius vocis forma, quae in Vedis audit दुःश्मन्त. Colebr. De Ved. Ass. Ress. VIII. 402.

Elidendum est elementum म् ex complexu म्ह pro ष्म in nomine कुष्माण्डी, teste Kramadîçvara reg. 118, Prâk. कोह्ण्डी; e regulari immutatione कुम्हण्डी oritur forma productione vocalis, ut compensetur elisa nasalis. cf. p. 132. p. 151.

3. ष्य, ष्व fiunt स्स. Mr. 119, 5. भुविस्स = भुविष्य; tum in स्य् futuri, cuius forma vulgata स्स- est. Eliditur interdum य et producitur vocalis antecedens, potissimum in verbis IV tae classis in श्य् desinentibus. Hinc ऋस, तूस, सूस e हृष्य, तुष्य, सुष्य. vid. p. 142. De ष्व vid. §. 74, 2.

र्ष aut dissolvitur in रिस, aut assimilatur in स्स. Vid. §. 76, 3.

§. 78.

क्ष. 1. regulariter fit क्ख, assimilato sibilo gutturali praemissae.

दक्खिणदा Çak. 48, 11; चक्खु, ib. 130, 5, etc.; क्ष

vitiose conservatum et expungendum haud semel obviam sese fert, ut Çak. 25, 10. पच्चवेक्खणा = प्रत्यवेक्षणा etc. Var. III, 29. S. S. 133.

2. Pro gutturalibus ponuntur palatales et क्ष fit च्छ in vocibus a Var. enumeratis III, 30. quibus addit S. S. 124. क्षुध् et समक्ष. अच्छि Vik. 59, 3; 68, 2; Rat. 83, 6; etc.

In क्षमा, वृक्ष, क्षण utralibet forma permittitur. Var. III, 31. S. S. 128. additur वक्षस्. Usitatior est forma in क्ख.

3. Uti ध pro थ, ढ pro ठ, भ pro फ, ponitur pro च्छ e क्ष orso media iunctura स्फ in फोणा et पस्फरिद i. e. क्षोणा et प्रक्षरित S. S. 129. Exempla posui §. 33, 10.

4. Quaevis alia consonans cum क्ष coniuncta evanescit, excepta nasali ण. लच्छी pro लक्ष्मी M. M. 106, 2; Prab. 4, 8; etc. उक्खित्त = उत्क्षिप्त Rat. 20, 9; etc. दिक्खामि = द्रक्ष्यामि Mr. 114, 8. si bona est scriptura. Excipe ङ् ante क्ष, ut संक्खोह pro संक्षोभ. Cf. §. 81, 1.

5. क्ष्ण iuxta Var. III, 33. S. S. 135. transponitur in ण्ह, ac si esset ष sibilus simplex. तिण्ह pro तीक्ष्णा, सण्ह (nonne सिलण्ह?) pro श्लक्ष्णा. Idem fit in पक्ष्मन्, पक्ष्मल Var. III, 32. S. S. 139. पम्हल Utt. 84, 5; M. M. 54, 5; 55, 8. etc.

6. Si ante क्ष in क्ख mutatum fortior evaserit vocalis longa, quam quae patiatur semet elidi, cedere debet क; quod autem superstes est elementum ख, e regula §. 40. in ह abit. Exempla sunt rara et a grammaticis indigenis non memorata. दाहिणा Rat. 7, 11. Mr. 188, 2; usitatius est दक्खिणा. cf. Rat. 46, 5. etc.

§. 79.

स. 1. स्क, स्ख, स्त, स्थ, स्प, स्फ fiunt क्ख, त्थ, प्फ. Var. III, 29. S. S. 133. Var. III, 12. S. S. 130. Var. III, 36. S. S. 145. Omittit Vararuches स्ख, स्थ, स्फ, ex sua enim opinione eliditur स्, postmodo geminatur consonans. Vid. §. 65, 5. Potuit itaque omittere Vararuches, non debuit Kramadîçvaras.

खन्द = स्कन्द, Var. l. l. क्खलिम्र = स्खलित Vik. 47, 9; Prab. 39, 8; Mr. 142, 4; विक्खम्भ, मक्खर S. S. 133.

हत्थि = हस्तिन् Çak. 25, 1; पत्थाव = प्रस्ताव Rat. 80, 9; मत्थक Mr. 35, 4; 152, 8 = मस्तक; वित्थारेदि Çak. 17, 13; सोत्थि Vik. 17, 5. = स्वस्ति; थिमिद Utt. 8, 4 = स्तिमित; *) त्थासम्र Rat. 15, 13 = स्थासक; एकत्थ = एकस्थ. Çak. 25, 4; अवत्था = अवस्था Rat. 78, 6;

सरीरप्फंस = शरीरस्पर्श M. M. 98, 9; फुरप्फुराअदि Mr. 33. 11; विप्फुरदि Prab. 14, 9; Utt. 24, 3. (फुडिद Utt. 21, 7. mendose;) e स्फुर.

Reiteranda est observatio, saepius iam facta, assimilari quidem sibilum vocis compositae finalem initiali sequenti, hanc autem non adspirari. तिरक्कार Prab. 15, 1; Çak. 116, 8; विहप्पदि Rat. 58, 4; at praestat scriptura Var. IV, 32. प्फ (cf. p. 198.); nam compositum esse nomen e genitivo वृहस् (वृह acer) et पति, vix sensere homines populares. परस्पर

---

*) E स्तु fingitur Utt. 19, 10. उम्रत्थुपपान्ति (उ male omissum est); esse debet pro स्तुन्वन्ति; quintae classem hanc radicem nullibi attributam invenio et silet de hoc verbo Vararuches. Ibid. 7, 8. recurrit, sed male scriptum उम्रत्तुपपान्ति.

M. M. 53, 7; et परोप्पर Prab. 9, antep. utrumque corrigendum est ex Utt. 73, 1. परप्पर. *)

2. Recurrit h. l. transitio dentalium in cerebrales, nam pro iunctura त्थ saepissime legitur ट्ठ.. In अट्ठि pro अस्थि res certa est; vid. Var. III, 10. S. S. 114. In अवट्ठम्भ Rat. 89, 1. Utt. 81, 11. i. e. अवस्तम्भ scribi solet etiam Sanscritice अवष्टम्भ, nescio quo iure. Saepissime invenitur complexus cerebralis in omnibus radicis स्था formis. पडिट्ठावेहि Rat. 15, 1. = प्रतिष्ठापय; अणुट्ठोअदु Çak. 1, fin.; cf. Mr. 8, 5; Prab. 3, 4 etc. bene se habet; at ट्ठिद Çak. 11, 10; Utt. 7, 7. pro स्थित et innumera alia nec Sanscritice ष praebent, neque grammaticorum testimonio innituntur. Petenda est in his regula e scriptura Sanscritica.

Mutatio mox memorata haud ita absurde defendi potest ob inclinationem Prâkritae versus

---

*) Et Var. III, 37. et Kramad. 146. docetur, formam Prâkr. vocis प्रतिस्पर्धिन् esse पडिसिद्धी, mutato स्प in सि; addit Kr. posse etiam fieri पडिप्फद्धी. Priorem formam Prâkr. nemo non derivabit a प्रतिषिद्धि et sic faciunt alii. cf. ind. ad Var. पडिसिद्ध legitur Utt. 106, 2. = प्रतिषिद्ध, *impeditus*; sic etiam M. M. 26, 2. प्रतिस्पर्धिन् *aemulans*, *refractarius* valet, et confusam potius crediderim vulgari sermone unam cum altera voce, quam स्प mutatum fuisse in सि; refragatur enim qui impedit. Grammatici vel saepius magis sensum quam sonos respiciunt in vocibus Prâkriticis enarrandis. — Adde in S. S. 105. memorari scripturam, cuius vestigia praeterea me latuere, सुत्थ vel सुथित्थ i. e. सुस्थ.

cerebrales; at vera est depravatio ad indolem inferioris sermonis, si pro स्त, स्थ, ष्ट invenitur iunctura palatalis. Exemplis parco; M. M. 66, 4. legitur पडिच्छिद, male enarratum per प्रकृष्ट; oportet प्रतिष्ठित. Mr. 5, 6. exstat अच्छि pro अस्ति, pro quo recte quinquies in eadem pagina recurrit अत्थि. Sapit अच्छि hodiernum sermonem, ex. gr. Bengalicum.

3. त्स, प्स *) fiunt च्छ. Var. III, 40. S. S. 137. मच्छर Çak. 158, 8; वच्छल Utt. 45, 7; Rat. 93, 14; etc. चिकिच्छिदव्व Çak. 121, 3; बीहच्छ (बीभत्स) Prab. 45, 11; (च्च mendose);

जुगुच्छन्ति M. M. 110, ult.; अच्छरा Vik. 18, 11; Çak. 20, 2; 116, 2.

Supersedeo peccata corrigere, ut वत्स Utt. 79, 8; Çak. 77, 13. neque in praecipua dialecto tole-

---

*) Utraque assimilatio recedit quodammodo paullulum a ceteris assimilationibus; fortior videtur sibilus in ista iunctura quam ut assimiletur et potius expectares स्स. Sed tenendum est, complexus प्स (i. e. ψ) et त्स (ζ) naturam quodammodo induere soni mixti quidem, sed indivisi, prorsus ut क्ष. In ψ, ζ, ξ praevalet sibilus, hinc levior est transitio unius iuncturae in alteram, dummodo remaneat id quod est *S*. Sic ψέφος, ζόφος, referri possunt ad ξέφος. Mus. Rhen. V, 104. Loquela Prâkritica, quae dissimiles sonos, ut *t* et *s*, *p* et *s* una efferre non valet, posuit pro *ts*, *ps*, interdum etiam pro *ks*, iuncturam च्छ, quae similes associat consonantes, maximamque praebuit similitudinem cum प्स et त्स.

randa videtur inversa assimilatio complexus प्स in ब्भ i. e. प्फ, unde Paiçâchice fit ब्भ. Legitur tamen Vik. 6, 11. et alibi अब्भरा pro अप्सराः.

De त्स, cuius त् ad aliud vocabulum praefixum pertinet, vid. p. 142. उत्सङ्ग Utt. 79, 11. उत्साह Çak. 32, 9; 33, 8; nemo vel parum huius linguae gnarus tolerabit.

4. Anusvâra ante स् mutationem subit nullam et quod dicit Var. IV, 14. scribi posse कम्स pro कंस, ab usu non corroboratur. हिंसा Prab. 38, fin. etc.

स्न semper ण्ह fit, si medialis est complexus; initio posita fit सिणा in सिणिद्ध, सिणेह etc. vid. p. 182.; pro ण्ह etiam in hoc complexu libri peccant ponendo ण्ण. पण्णुद Utt. 50, 3. pro पण्हुद i. e. प्रस्नुत. cf. Var. III, 33. S. S. 135. Pro स्नान dicendum est ण्हाण; Vik. 46, 9. est न्हाण; Cod. P. ण्हाण (ह्यु दे ण्हाण-) Mr. 174, 2. ण्हाण (nam in scriptura केरिआ ए हाण, ए falso lectum est ab editore pro ण); ण्ह tamen initio pronunciari nequit, et recte scriptum reor Mr. 53, 5. णाहाइस्सं pro स्नास्यामि; et l. 4. in णाहाद mendosum esse tantum आ prius. Divulsionem in सिणाण praeterea admittit S. S. 105. Forma ण्हाण ad medium compositum pertinet. Formae णोण्हा S. S. 136. pro स्नुषा antehabenda esse videtur Vararuchica सोण्हा; nam fortior est sibilus quam nasalis, quae transfertur ad syllabam षा; hinc finis ण्हा. Exemplum K. P. 191, fin.

5. स्म fit म्ह. Var. III, 32. S. S. 139. in विस्मय, unde विम्हअ, sic etiam विम्हिद etc.; Çak. 154, 6; Utt. 8, 4; Çak. 125, 6; Rat. 20, 9. etc. (Scripturam ह्म tacite corrigo), at praeterea in aliis; अम्ह- Çak. 119,

1. ex अस्म(त्), अम्हि pro अस्मि, *sum*; etc.; *) cf. Pronomm. Divulsio in सुमर locum habet in sola radice स्मृ. Vid. supr. p. 183. स्म retinetur quidem nonnunquam in libris, ut Çak. 33, 15. इमस्सिं; at falso; nam locativi haec forma aut transit in स्सिं, एकस्सिं Çak. 99, 11; तस्सिं Çak. 69, 14; aut fit म्हिं e स्मिन्; hinc assimilatione म्मिं, म्मि, et elisione हिं, हि; तहिं Çak. 150, 17. Prab. 44, 4. In quibus formis id contra normam huius linguae est, quod elisum sit म् sine compensatione. Crede, e frequenti pronominum horum usu orsam esse formam iusto nimis correptam; ponuntur hae formae potissimum loco adverbii localis.

6. स्य fit स्स; exempli caussa nomino genitivos in स्स pro स्य et futura in स्स pro स्य; si producitur vocalis ante स्स, expungitur स् alterum, hinc तास, कीस. Invenitur praeterea etiam heic mutatio in ह, tum in genitivis तु-ह, म-ह, tum in futuris होहामि, होहिमि i. e. भविष्यामि. Vid. pronomm. et coniug. Memineris geminari non posse ह, at compensationem desiderares: माह, तुह; correptionem attribue iterum frequenti pronominum usui. Elisam esse semivocalem य etiam in forma होहिमि, non orsam esse formam हि ex ह्य pro स्य, elisa vocali अ, apparet ex similibus formis praesentis, ubi अ in इ transit, nulla adeunte semivocali य. Rem §. 119, 2. accuratius tractabo. ह rarissimi usus fit स्स; vid. §. 73, 5.

*) न्हि pro म्हि, ut Mr. 219, 10. etc. peccatum est operarum.

स्त nullum est; च्छ fit स्स; cf. §. 75, 3. पेक्खस्सो pro पेक्खस्सो Prab. 45, 3. i. e. प्रेक्षस्व, nil est nisi mala lectura scribae cuiusdam, स्स cum ज्ञ confundentis.

§. 80. De ह coniuncto. Ad. §. 57. V.

Assimilationes nullae sunt spiritus ह, quod non mirabitur, qui intellexerit, eum non posse geminari. Vid. p. 231. Possunt contra esse elisiones consonantis aut praecedentis aut subsequentis, compensata elisione per productionem vocalis; at raro inveniuntur. Nam nimis differt spiritus a sonis, quibuscum coniunctus invenitur Sanscritice, quam ut in unum superstitem coalescere possint ambo. In nasalibus praemissis sequi potuit sermo vulgaris rationem sibili स, quem in ह abire scimus, si nasalem antecedit. In semivocalibus variat ratio; ह्र et ह्ल aeque fortes litterae sunt, ita ut neutra alteri cedat; debilior tamen est spiritus Prâkriticus, quam ut ante र् et ल् possit efferri: itaque transpositione vel insertione vocalis utraque conservatur. ह्य et ह्व denique diversam viam ingrediuntur.

2. ह्ण, ह्न, ह्म transponuntur, pro न् scribitur ण्. Var. III, 8. 33. 34. S. S. 135. 99. 73. पुव्वण्ह, अवरण्ह e पूर्वाह्ण, पराह्ण, Var. III, 8. S. S. 144. णिण्हवीअदि Rat. 56, fin.; = निह्नूयते. cf. णिण्हुद = निह्नुद Vik. 17, 2; बम्हण = ब्राह्मण Rat. 58, 12; Çak. 148, 9; etc.

Anusvâra ante ह remanere potest haud dubie; debet, si finalis est praefixi, ut संहरदि, etc. Si complexus ंह medialis est, caussa est nulla cur non remaneat itidem; in सिंह omitti tamen solet,

producto इ. सीह Var. I, 17. (ubi punctum expungendum est) S. S. 17. K. P. 64, 5. सीह; M. R. 110, 6. cf. supr. p. 143; ubi male defenditur scriptura सींह; nam praescribitur diserte elisio Anusvârae S. S. 17. संहस् similesve voces non eruere contigit.

3. ह्य fit ज्झ. Var. III, 28. S. S. 132. सज्झ = सह्य. Çak. 48, 6. दज्झन्त M. M. 30, 8; at धज्झते Mâl. II, fin., cf. supr. §. §. 50. et 33, 10.

र्ह dissolvitur in रिह, vid. §. 27, 5, *d*. ह्र in ह्री dissolvitur in हिरी, ibid. *a*. Alia exempla non cognosco. cf. Var. III, 61. S. S. 104.

ह्ल transponitur in ल्ह. Var. III, 8. S. S. 140. कल्हार pro कह्लार. पिल्हाद e ह्लाद. Mâl.

ह्व in ब्भ transire docet S. S. 142. गब्भर pro गह्वर fingens, atque sic legitur M. M. 137, ult.; विब्भलिद pro विह्वलित. Mutatio est explicatu facilis; व, quod idem valet ac ब, contrahitur cum ह in भ, postmodo geminatur per ब. De eodem vocabulo docetur ibidem 117. dici posse etiam विहल, omisso व. At quum ibidem r. 67. dictum sit, विहल fieri e विकल, videntur confusa esse vocabula. Vararuches, qui nullam legem praescribit generalem de ह्व, de विह्वल docet III, 47. dici aut विहल aut विज्जल. Ex consensu S. S. cum M. M. coniicio, rescribendum esse apud Var. secundo loco विब्भल. Nam forma altera quartae palatalis Devanagarica facile confunditur cum भ et ब्भ factum opinor primum ज्झ, posthac ज्ज. Omissum व et productam vocalem legetis etiam in जीहा pro जिह्वा. Var. I, 17. S. S. 17. Vik. 16, 3.

Alia ह्ु in Prâkrita nondum repperi.

4. Utut supra invenimus पह falso mutatum in पप्प, §. 77, 2. ita ex altera parte पह sese praebet mendose pro पप्प. Sic दोपहं Çak. 72, 1. *duorum*, ubi दो e द्व oritur (cf. §. 26, 4.) पं terminatio gen. plur. est, प geminato, correpto श्रो. Recte igitur scribitur 83, antep. दोप्पं.

5. Ex iunctura म्ह Prâkritice oriri potest propter vim nasalis labialis praecedentis म्भ. Exemplum propono तुम्ह M. M. 5, 9. in quo pronomine saepe scribitur तुम्भ. E themate तु pro त्व, fit, adiecto affixo pronominali pluralis स्म, primum तुष्म, ut युष्म; hinc तुम्ह, denique तुम्भ. Cave ne cum hoc confundas तुज्म, gen. sing. *tui*, Çak. 52, 10. etc. in qua forma est ह pro स्य, M. R. 125, 3. तुह, mutato ह in ज्म sec. §. 50. Prorsus uti oritur म्भ e म्ह, oritur न्ध e न्ह in चिन्ध, Sanscr. चिह्न, transposito चिन्ह; miror tamen, non potius factum esse चिण्ह. Var. III, 34. Alterum चिह्न esse nequit; ponit S. S. 162. चिप्प; quod male scriptum esse videtur pro चिण्ह (vid. tit. 4.), uti conieceram in indic.

§. 81.

De trium consonantium Sanscriticarum concursu.

1. Si ponitur quaestio, quemadmodum mutentur Prâkritice iuncturae trium consonantium Sanscriticarum, regula haec est generalis: assimilantur secundum regulas supra expositas consonantes, eliditur tertia debilior, nisi sit *nasalis* antecedens; haec enim etiam ante complexum duarum similium consonantium sequentium

locum habere potest. Quum autem post nasalem prior sequentium pronuntiatione non magnopere distinguatur a posteriori, prior omitti solet, nisi sit posterior adspirata; amat enim adspirata praemissam sibi habere non adspiratam suam. Exempla trium consonn. Prâkr. iunctarum haec sint: संकन्त = संक्रान्त Vik. 56, 8; at Çak. 135, antep. संक्कन्त; संक्खोह = संक्षोभ Mr. 84, 11; Utt. 58, ult.; काङ्क्खिअ = काङ्क्षित Rat. 7, 11; अणुसंझं = अनुसंध्यं M. M. 9, 9; ubi codd. praebent etiam सञ्झं; cf. ed. B. et Rat. 59, 3. विंज्झ = विन्ध्य Mr. 86, 9; किंत्ति Utt. 63, 9; विसंट्ठुल Prab. 39, 8; M. M. 47, 11; = विसंस्थुल; संट्ठाणाक Mr. 35, 8; दण्ठा = दंष्ट्रा M. M. 59, 3; संपदि = संप्रति Çak. 117, 9; संपदं = सांप्रतं ibid. 102, 3; संप्पदं vix invenitur; संभम = संभ्रम, Prab. 65, 3. Scribere potes ubique nasalem ordinatam pro discrimine consonantis sequentis.

2. Semivocc., utpote debilissimae, ubique evanescunt, ac si ad complexum non pertinerent, praeter semivoc. य dentt. ordinatis adiectam, cuius rei exempla iam posui. अग्घ = अर्घ्य Çak. 70, 2; सत्थ = शस्त्र Prab. 4, 4; भच्छिद ib. 2. pro र्त्स; कंस = कांस्य Mr. 136, 12; रट्ठिअ = राष्ट्रिय Çak. 119, 9; णिक्कमन्त = निष्क्रामन् Rat. 70, 6; वत्त = वर्त्मन् Rat. 80, 2; हम्म = हर्म्य Vik. 61, 10; etc.

3. Si consociatae sunt consonantes tres, quarum par utrumlibet variae mutationis capax est, fit iunctura, quae ex consonantibus dissimilioribus oriri debet. मच्छ Çak. 127, 8. e मत्स्य; त्स transit in च्छ et non fit iunctura minus fortis स्य in स्स. जोण्हा = ज्योत्स्ना Çak. 51, 3. त्स non fit च्छ, siquidem स et न difficilius assimilantur, quam त्स.

4. Alias vario modo duae inter tres assimilandas in eundem complexum Prâkriticum transire debent; in उक्खित्त Rat. 20, 9. क्ख haud dubie oritur e क्ष; at eadem iunctura fieri potest e त् + क्ष, si क्ष prius in क्ख mutatum, क elisum ponere vis. Sic in -र्व्यू- (णिव्वूढ Utt. 14, 3.) व्व fieri debet tum e र्व, tum e व्य; M. R. 146, 10. दुव्ववसित pro दुर्व्य- etc.

5. Cetera vix praebent difficultatem; id solum moneo, in compositione cum particulis दुस्, निस्, non affici initialem sequentis vocis adspiratione, quae latet in sibilo. Idem observare licet in संस्कृत, संस्कार, ubi tamen nasalis expungitur; ita certe fit in exemplis hisce: सक्कार, non सक्खार Mr. 206, 7; सक्कद ib. 92, 4. Mallem sane सङ्कक्कद.

§. 82.

1. Tam fortem esse iuncturam consonantium, ut vocalis longa antecedens Prâkritice corripiatur, monui iam p. 144. Hinc consequitur, ut rarissime locum habere debeat *elisio* alterutrius consonantium consociatarum post longam vocalem conservandam aut brevem producendam; totum complexum consonantium elidi vix expectabis. Ponuntur tamen exempla haec S. S. 155. णाहस्सर pro नभश्चर, उरत्थड pro उरस्तट, हरिअपणा pro हरिश्चन्द्र. Haud prorsus rem probant exempla duo priora, quandoquidem pro नभस्, उरस् themata Prâkritica etiam sonant णाह, उर. At est tamen utrumque vocabulum Sanscritice compositum et usus frequentis, itaque sub ea forma in vulgarem sermonem tralatum. Probat contra postremum, cuius iunctura

-क ultra regulam Prâkriticam in पण mutata formam magis popularem exhibet. Observat regulam S. S. Bhavabhutes Utt. 105, 2. पाइमल pro नमस्तल. In versu saepius inveniuntur exempla metro a suspicione libera, ut मुचन्ति pro मुञ्चन्ति Çak. 83, 2. Atque assentit Vararuches similia ponens III, 57. मित्त (मित्र) et मित्र; रत्ती et राई. At ultimum hoc pertinet ad mox seqq.

2. Multo frequentior est elisio unius e duabus conss. coniunctis, praecedente vocali longa, potissimum si *semivocalis* pars est juncturae; immo *duae* semivocales ita evanescunt. पास pro पार्श्व Vik. 20, 7; Çak. 116, 8; S. S. 162. (दीर्घ, दीघ) दीह Rat. 47, 7; Var. III, 57; S. S. 159. etc.; सीघ (सीग्घ male Chéz.) Çak. 25, 4; at contraria ratione सिग्घ etc. Çak. 49, ult.; cf. supr. p. 140.

Observa, quod magni est momenti, mutari consonantes coniunctas, etiamsi alterutra posthac elidenda sit, prorsus sine ulla ratione vocalis antecedentis longae; sic वाष्प, वाप्फ, वाफ, वाह supr. p. 261.; कोहपडी supr. p. 262.*) आपणा e आ + पणा; supr. p. 140. et p. 244. पच्चाखादुं pro प्रत्यू-आ + ख्यातुं. Vik. 51, 9. Scis, saepius inversam rationem cerni et corripi vocalem, restantibus assimilatis consonantibus; vid. p. 138. quae res explicat, cur etiam in elisione consonantis observetur lex consonantium assimilandarum.

---

*) Pertinet huc etiam काहावणा = कार्षापणा Var. III, 39. S. S. 116.; ubi sibilus superstes sequitur rationem sibili cum nasali coniuncti.

3. Ex antecedentibus etiam consequitur, ut frequentari non debeat ista ratio, iuxta quam post *brevem* vocalem elidatur una duarum consonantium assimilatarum, producta vocali antec., nisi accedunt rationes peculiares; de उत् vid. supr. 141. p. 151. दुस् et निस् ibidem et p. 227. Adde वि ante sibilum coniuuctum, ut वीसास pro विश्वास p. 142. supr. et S. S. 158. 159. 190. 191. Tum verba quaedam classis IVtae: त्रस, तूस, तृस. p. 142; horum accentus in syllaba radicali productionem provocat. Cf. p. 174. p. 179.

परिमास pro परिमर्श Mr. 137, 1. exemplum est caninae litterae eodem modo elisae; rarius tamen Repham hoc attingit, nam fortior est et elisionem indignatur. Scimus र्श, र्ष ideo plerumque fieri रिस; tertia ratio sive assimilatio Rephae ante sibilum positi rarior est; priusquam quartam indagabo, quaedam ponam de geminatione in universum.

§. 83.

De geminatione in universum.

1. Geminationem consonantis Prâkriticam diximus (supr. §. 56.) tum repetitionem eiusdem, tum positionem consonantis ordinatae non adspiratae ante suam adspiratam. Caussam geminationis praecipuam positam scimus in assimilatione duarum consonantium Sanscrr. vel omnino in coniunctione consonantium, positionem facientium. Ante geminatas consonantes remanet vocalis Sanscritica brevis, corripitur plerumque longa; cf. supra p. 144. Contrarium geminationis est *elisio*

consonantis alterius; huius modo §. 82. duo posuimus genera; prius elisionem post longam vocalem Sanscriticam, alterum post brevem Prâkritice productam; utrumque genus rarius locum habet quam geminatio; effectu non differt, origine distinguitur. Etiam in elisione denique vidimus observari leges consonantium Prâkritice mutandarum. (§. 82, 2. बाह्‌ etc.)

2. Porro cognovimus, rarissimam esse geminationem consonantis unius post longam vocalem corripiendam (§. 18, III.); paullo frequentiorem post brevem vocalem Sanscriticam. §. 22, 2. Quod dixi rarissimam post vocalem longam, hoc accuratius definire debeo; rarissima est post *á, í, ú,* frequentior post *é* et *ó* diphthongos in *ĕ* et *ŏ* correptas. Vid. §. §. 19. 20. et exempla ap. Var. III, 52. 57. S. S. 156. 157. Post brevem vocalem si geminatur consonans, caussam posuimus in accentu. De hac re pauca addam.

3. Confundit Vararuches l. l. res duas prorsus diversas; una est correptio vocalis ante complexum consonn. quae aequiparatur productioni vocalis, elisa consonante una, (ut *assa* = *ása*); altera est geminatio consonantis solitariae post vocalem brevem, quae variatur cum elisione consonantis, ut *sukkha* v. *suha* (cf. §. 22, 3.) *n'ihitta* v. *ṇ'ihia*, *kan'n'iára* v. *kan'iára*, *asivva* v. *asiva*. Non fallemur, si dicemus, hoc fieri non posse, nisi post syllabam accentu ictam. At accedit haec ratio, quod pleraeque consonantes tam ignavae evaserint in hac lingua, ut singulae sine fulcro

quodam semetipsas sustinere nequeant. Sin igitur evitari debet elisio, geminanda est consonans et dicendum *sùkkha*, pro *súkha*, *vihìtta* pro *vihíta*. Scripturas tales re vera inveniri, Vararuchi si minus credes, exempla evincent. सुक्ख legitur Mr. 139, 10. In consonantibus quae non eliduntur, sola caussa in accentu fortiori quaerenda est; ut *kan'n'iâra*; *pan'n'amia*, Vik. 56, 12; *bhaṇṇahi* Çak. 135, 8; etc.

Falso autem poni credo exempla talia, ut *rassi* et *rasi*; oportet esse *râsi*, s. *rassi*. Expectanda tamen est, antequam certo de his diiudicemus, tum accuratior rei metricae Prâkriticae cognitio; tum criticae. V. V. D. D. in libros edendos curae; nam Vik. l. l. in cod. P. scribitur पणामिअ; atque similem variationem lectionis plerumque video exstare, ubi ad manum est copia librorum.

4. Ad fluctuationem hanc vulgarem pertinent etiam exempla haec: तुपिह्क्क et तुपिह्ख Var. III, 57. e तुष्णीक, unde primum factum esse debet तुपह्णीक; dein तुपिह्क्क, denique elisum क्क e syllaba accentu privata. Idem valet de मपडुक्क. S. S. 157.

Sed mitto haec, quae singulae sunt exceptiones ab ea, quam praevalere dixi in Prâkrita p. 154., lege, respondere Prâkriticam vocum quantitatem Sanscriticae, sed ita ut plerumque nil referat, utrum syllaba producta vocali an positione efficiatur longa. Accedit tertio loco positio per *nasalem*, de qua pauca quaedam praemonui §. 73, 5.; hanc accuratiori iudicio nunc subiiciam.

§. 84.

De augmento syllabae nasali.

1. Repetam quaestionem a fonte suo Sanscritico; in vetusta enim lingua apertum est, praeter augmentum *Gunae* aliud esse *nasale*; ex. gr. si मुञ्चामि et मोचामि derivo a rad. मुच्, augmentata est forma utravis, sed aliter; prior nasalem addit vocali radicali, altera eam addita vocali reddit graviorem. Quum Guna non sit in Prâkrita, paullo differt ratio, quae cernitur in alternatione inter productionem vocalis et insertionem nasalis. Quod magis differt, est quod augmentum syllabae nasale Prâkriticum aeque ac productio vocalis inserviat compensationi, si, elisa consonante iuncturae alterutra, positio quae esse debeat, sit nulla; *pansa* et *pâsa* itaque aliae scripturae sunt pro *passa*.

2. Supra iam dixi, potissimum in र् assimilandum cadere hoc compensationis genus, ad र् tamen non esse restrictum, neque ad solam iuncturam Sanscriticam र्श, र्ष pertinere, sed etiam ad alias. Ponam primum quae congessi exempla:

र्श et श्र; फंस e स्पर्श, दंस- e दर्श- अंसु ex अश्रु, अंस ex अश्र, मंसु e श्मश्रु, पडिंसुद e प्रतिश्रुत;

स्व, praeced. र; हंस e ह्रस्व; स praeced. र; गंसण e ग्रसन;

श्व, स्व sine praeced. र; अंस ex अश्व, मणंसिणी e मनस्विनी;

ष्ट, स्त; गुंपिट्ठ e गृष्टि(?); मन्थ e मस्त;

चङ्क s. वङ्क e चक्र s. वक्र; विञ्छुक e वृश्चिक; Var. ind. s. v. रन्दि e रात्रि; Prab. 38, 11;

cf. supr. p. 253. Var. IV, 15. S. S. 167.

Nullum est exemplum, a quo elementum sibilans

vel caninum i. e. र v. स्र, alienum sit. Mutatusne est sibilus vel र in nasalem? Sibilum finalem scimus nonnunquam in nasalem transire, de र simile quid compertum non habemus; at in media tamen voce ne sibilus quidem unquam in nasalem abit; nec locum habet augmentum hoc nasale, nisi sit compensatio alterius consonantis evanescentis. Nam prima mutatio et magis generalis est assimilatio complexuum, अस्स, चक्क, मणास्सिणी; secundo loco ponenda transitio prioris elementi assimilati in nasalem; iuncturae autem र्ष assimilatio rarior est, usitatior aut divulsio फरिस aut mutatio in nasalem फंस; assimilatio contra suspecta, ut Vik. 73, 2. फस्स, Cod. P. फंस, अस्स(सु) Vik. 89, 4. P. अच्छु. Inde duo sequi videntur; prius hoc, quod elementum liquidum र, si mutandum est in aliud, assimilationem repudiet et tantum in nasalem mutari se patiatur; quo facto satisfactum est et legi Prâkriticae, quae र non fert ante sibilum, at patitur nasalem; et naturae litterae caninae liquidae. Idem cernitur, at rarius, in Repha cum aliis consonantibus coniuncto, ut in चङ्क. Alterum hoc est. स amat nasalem sibi praemissam habere. Hinc explica अंस, मणांसिणी, et transpositiones इंस et गंसण.

In गुपट्ठो, मन्त्व, विञ्जुब Zendici quid invenio; nam sibilus, qui in litteris ठ, य, ह susperstes latet, nasalem sibi praemittit et fit *n-h*; ut Zendice *manañghá* pro *manasá*; *h* autem cum seqq. ट, न, य in adspiratam abit. स non coniunctum nasalem nullibi ex se progignit et absurdum esset, si quis

comparare vellet अंसु pro अश्रु cum Zendico *an̆ghu* pro *asu*.

3. Cum formis hisce फास – ◡ et फंस – ◡ pro *spārçă* prorsus consentit aequiparatio scripturarum मास et मंस, quae ponuntur Var. IV, 16. S. S. 172. दाढा et दण्ढा pro दंष्ट्रा M. M. 115, 10. cf. supr. p. 272. hoc tamen discrimine, quod nasalis in his originaria est, *ā* contra alia tantum ratio Prâkritica longam syllabam scribendi.

§. 85.

Transitiones in alium ordinem in complexibus aeque raro atque in singulis consonantibus cernuntur. Pertinet huc transitio, qua च्छ fit e त्स, प्स, श्च; et ज्झ ex ह्य; cf. §. §. 78. 79. tum dentalium mutatio in palatales ante य; in his tamen potius assimilatio est, siquidem य in ज tendens secum trahit dentales. Cf. §. §. 72, 3. Cetera haud generalia sunt: त्व et ध्व in च्च et ज्झ; vid. §. 75, 4. प्प pro त्म et क्म §. 67, *b.* a म seq. proficiscuntur.

§. 86.

1. Addam nunc tabulam complexuum, qui Prâkritice e consonantibus possunt conflari, omissis, uti par erat, omnibus, qui ignorantiae librariorum vel incuriae editorum attribuendi sunt; sed positis, qui a priori ut dicunt reiici non debent, etiamsi vix invenientur. Prorsus omisi Anusvâram compendiarium.

क्क। क्ख। ग्ग। ग्घ। ङ्क। ङ्ख। ङ्ग। ङ्घ। ङ्क्क।
ङ्क्ख। ङ्ग्ग। ङ्ग्घ।
च्च। च्छ। ज्ज। ज्झ। ञ्च। ञ्छ। ञ्ज। ञ्झ। (ञ्ञ।)
ञ्च्च। ञ्च्छ। ञ्ज्ज। ञ्ज्झ।
ट्ट। ट्ठ। ड्ड। ड्ढ। ण्ट। ण्ठ। ण्ड। ण्ढ। ण्ण।
ण्ह। ण्ट्ट। ण्ट्ठ। ण्ड्ड। ण्ड्ढ।
त्त। त्थ। (त्र।) द्द। द्ध। द्र। न्त। न्थ। न्द।
न्ध। न्त्त। न्त्थ। न्द्द। न्द्ध।
प्प। प्फ। ब्ब। ब्भ। म्प। म्फ। म्ब। म्भ। म्म। म्व।
(म्स।) म्ह। म्प्प। म्प्फ। म्ब्ब। म्ब्भ।
ंर। ंल। ंव। ंस। ंह। ल्ल। ल्ह। व्व। स्स।

2. Scitis plus uno complexu Sanscritico abire in eandem iuncturam Prâkriticam; sic क्क esse potest pro Sanscrr. क्क; ट्क; त्क; प्क; क्न; क्म; क्य; क्र; क्व; र्क; ल्क; :क; ष्क; स्क; :क्र; itaque fit, ut is, qui parum Sanscritice edoctus sit, facile falsam possit originem supponere quibusdam vocabulis Prâkriticis; legitima veteris linguae cognitio non multa dubia relinquet; cetera tum tenor locorum, tum tradita a grammaticis doctrina illustrabit; quae deinde incerta remaneant, accuratior grammatica investigatio plerumque enodabit.

§. 87.

De iuncturis consonantibus initialibus.

1. Denique pervenio ad initiales complexus,

de quibus regula valet haec generalis: *mutantur initiales consonantes coniunctae prorsus ut mediales*, i. e. *assimilantur;* at quum duae consonantes initio vocis efferri nequeant, consequuntur haec: eliditur prior consonantium assimilatarum: excepto Repha iuncturae ह्न, si recte docet Vararuches III, 4. Mr. 3, 11. पाद्रासो = प्रातराशः pro प्प°; ibid. 4, 4. साग्रदं pro स्साग्रदं e स्वागतं; ib. 117, 1. ठाविश्र pro ट्ठाविश्र e स्थाप्य; ब्रह्मण्ह्णा Vik. 117, 1; alias बम्ह्णा; etc. *). Peccatur contra hanc regulam in quavis

*) Ponuntur itaque initio ख pro क्ख, eliso क् e स्क, ष्क, क्ष; Var. III, 29. vel छ pro च्छ. ib. III, 30. फ, eliso प् pro प्फ i. e. स्प, ष्प. Var. III, 35, 36. थ pro त्थ = स्त. Var. III, 12. Itidem ठ pro ट्ठ ex स्त, स्थ Sanscrr. त्थपाकलस M. R. 84, 3. corrige थपा et sic ubique. Porro e ञ्च, ञ्छ, ञ्ज, ञ्झ pro त्य, थ्य etc. remanent initio tantum च, छ, ज, झ. Sic recte Vik. 31, 1. झाणा e ध्यान. Mr. 147, 5. जूद pro द्यूत. त्यज् cuius initium debet esse च्च et ita saepe invenitur praefixa praepositione, evitari videtur, si nil est praefixi. M. M. 108, legitur उज्झिअ, quod per त्यक्त्वा explicatur; falso si etymon respicis; nam est Sanscr. उज्झ, quod, ut obiter hoc moneam, depravatum est ex उज्झा i. e. उत् + हा; vid. supr. p. p. 219. 258. Legitur saepius उज्झ in fabulis et videtur locum non compositae radicis त्यज् supplere. Pro ज्ञ in ण्ण mutato initio ponendum est ण non geminatum, quae regula saepe neglegitur. ण्णादं Çak. 60, 5, falso; recte 164, antep. विण्णाद. cf. p. 243. Taceo menda ut Çak. 80, 12. ण्णादि. cf. Rat. 89; 10. Radix ज्ञा in coniugatione utitur themate जाण, Mr. 4, 1. जाणिस्सं ob praesens Sanscr. जानाति.

fere librorum editorum pagina; at obstat et clarum grammaticorum testimonium, vid. Var. III, 50. 51. S. S. 153. et ratio loquelae. Sola quae sisti potest exceptio est, si antecedit particula *proclitica*, qualis sola nobis innotuit ण. Vid. §. 28, 10.

2. Intelligenda est regula de absoluto vocis initio; in relativo i. e. in compositis, duae consonn. coniunctae initiales vocis compositum non incipientis assimilatae remanent prorsus ut in media dictione. Vid. Var. III, 56. S. S. 160. 161. M. M. 90, 3. वाहत्थम्भ e वाष्प + त्थम्भ = स्तम्भ; ibid. 8, ult.; सिद्धिप्पभाव e सिद्धि + प्रभाव; Çak. 13, 11. पाणिग्गहणा e पाणि + गहणा; cf. Mr. 54, 3. etc. Licentiam concedit grammaticus priorem consonantem aut omittendi aut conservandi; ad poetas restringendam esse licentiam censeo.

3. Sola quae emergere posset dubitatio est, si vox in compositione antecedens in longam desinit vocalem, subsequens a geminata incipit consonante. Verba tamen in ओ = अस् difficultatem faciunt nullam, quandoquidem ओ potest corripi aut thema poni in अ. Themata in ई et ऊ vix distingui ab eis in इ et उ, mox videbimus, quo fit, ut pro ratione initii vocis sequentis aut thema in ई s. ऊ retineatur aut corripiatur in इ s. उ. Immo इ et ई, उ et ऊ in compositis alternare docent grammatici pro arbitrio scriptoris. Vid. Var. IV, 1. S. S. 188. 189. वेणुवणा et वेणूवणा. E qua licentia consequitur, ut cum indole huius sermonis magis consentaneum sit, corripere vocales longas ante

initium a conss. geminatis, quam elidere consonantium unam. Idem valet de thematis in ग्भ. महप्पभाव M. M. 9, 8. e महा et प्पभाव pro प्रभाव. Exempla accumulare operae pretium non est, quum praeter Lenzium nemo editorum adhuc ad hanc rem animum adverterit; is tamen ope codicum destitutus erat; ea autem opus est, ut usum edocearis; praecepta grammaticorum supra laudavi.

4. Exceptionem a regulis supra positis faciunt ea tantummodo vocabula, quae assimilationis legem non sequuntur, sed complexum suum initialem peculiari modo immutant. Horum duo sunt genera: prius eorum, quae incipiunt a iunctura consonantium, quarum neutra alteram loco suo depellere valeat, quo fit, ut ambae remaneant vocali inserta separatae. Vid. supr. §. 27, 4. seqq. Sunt autem haec:

खमा pro क्मा;

किलेस etc. pro क्लेश; किलिन्न pro क्लृप्त; किलम् pro क्लम्;

गिलाणा pro ग्लाणा S. S. 104.

किरिया pro क्रिया; किरीत pro क्रीत;

हिरी pro ह्री; सिरी pro श्री;

सलाघा etc. pro श्लाघा, सिलिट्ठ etc. pro श्लिष्ट; सिलोय pro श्लोक;

सित्थ pro स्थ in सुसित्थ, si recte docetur S. S. 105;

सिणेह etc. pro स्नेह; et सिणाणा pro स्नान (vid. p. 267.).

सुमर् pro स्मर् i. e. स्मृ;

मिलाणा pro म्लान.

5. His addere possumus pauciora exempla mutatarum semivocc. य et व in इ et उ post consonantem quam excipiat utravis, initialem. p. 257.

ज्ञोश्रा pro ज्या; ह्रिश्रो pro ह्रास् Mâl. IV; विश्रणा; p. 247. दुश्रार pro द्वार etc. contra वारह ibid.

6. Alterum genus est, si eliditur una consonantium; cadit hoc potissimum in sibilos.

Var. III, 6. S. S. 98. pro श्मश्रु, श्मशाणा, dicitur मस्सु मंसु, मसाणा.

Var. III, 13. तम्ब pro स्तम्ब; *)

Var. III, 63. णेह pro स्नेह, पाोपह pro स्नुषा. cf. Var. II, 46. cum nota et p. 267.

Differt autem haec elisio ab illa, quae in universum in initialibus geminatis praevalet (supr. no. 1.) eo, quod ista temporaria sit et revertatur consonans elisa, si praefigitur vox alia; haec contra constans sit et observetur etiam in compositione. मसाणा M. R. 150, 2. महामसाणा M. M. 9, 2. non महम्मसाणा.

7. Transitio in alium ordinem est initialis iuncturae in tribus vocc. स्तम्भ, स्थाणु, si Vishnuis nomen non est, स्फोटक. Var III, 14-16. S. S. 121-123. quorum initium Prâkritice sonat ख. खम्भ, खाणु, खोडग्र. Vid. Mr. 84, 9. At saepius invenitur थम्भ, M. M. 53, 5. Çak. 25, 5. nescio quo iure.

---

*) S. S. 162. legitur लम्ब pro स्तम्ब. Quod si verum est et ita legendum apud Var., potius dixerim, non स्तम्ब mutari in लम्ब, sed hoc usurpari Prâkritice sensu illius.

CAPUT QUARTUM.

De declinatione.

---

§. 88.

1. Radices sermonis Prâkritici in Sanscrita sunt indagandae, et pauca quae obviam sese ferunt vocabula originis ut videtur extraneae, ad Sanscriticos fontes plerumque reduci possunt, si recta ratione instituitur investigatio, licet non prorsus negaverim, ex indigenis Indiae linguis transire potuisse in loquelam tum Sanscriticam, tum vulgarem dictiones nonnullas; paucissimae certe sunt. Ab his distinguendae sunt voces a grammaticis provinciales देशीय appellatae: quas e fonte barbaro derivatas esse, credere ob istam appellationem non oportet; nam eo indice maximam partem designantur voces, a Sanscrita derivatae quidem, sed ultra modum Prâkritae primariae depravatae, et sub forma linguae cuiusdam provincialis in scenam admissae, ut ढक्क, *operire*, Mr. 72, 13. 156, 4; cf. Haught. in Dict. Bengal. s. v. et gloss. aliarr. diall. hodiernarum.

2. Vix me eget monitore, difficillimum fore, ut ad radices suas referturi essemus vocabula Prâkritica, si destituti fuissemus linguae generatri-

cis cognitione. Quod idem est in linguis aliis, quae similiter ex antiquiori archetypo deterioratae, nulla habita originis ratione iuxta solas euphoniae regulas vocabula antiqua immutavere; ex. gr. nomino Romanicas, Persicam hodiernam. Qui enim कद्, किद्, कअ, काउं, करिअ, करेदि, कज्ज, कत्त, कुणदि primo adspectu intellexerit a कृ fluxisse, vel ad eandem radicem pertinere Persica كن et كردن? Quae facillime explicantur, invento antiquioris linguae fundamento, et accurate definitis, quae in sonis mutandis obtineant, legibus. Ipsae tamen hae leges enarrari nequeunt, nisi adsint vetustioris sermonis monumenta: ex. c. pono linguam Albanicam, in qua singula quasi fortuito sine mutatione remansere, ut ἀστοὺ, *) i. e. *esto*, Sanscr. *astu*, dum permulta obscura sunt et nulla certa informatione ad fontes suos possunt reduci; deest enim omnino cognitio antiquae linguae Illyricae.

3. Radices Sanscriticas formasque, quarum auxilio ex eis ditissimi vocabulorum quasi rivuli derivantur, meum nunc non est enumerare et explicare; ablegare debeo lectores ad aliorum V. V. D. D. libros, quos doctissimos Germania nostra edi vidit. Quod huc pertinet, observandum est, sermonem Prâkriticum non e radd. Sanscrr. ipsum formasse vocabula, sed formata iam ex antiquiori lingua recepisse. Ipsae derivationis formulae iuxta leges sermonis vulgaris immutantur

---

*) Gramm. Alb. Xylandri p. 71.

novique derivandi modi potius videntur esse quam sunt re vera.

4. Hinc fit, ut *nominum* classes eaedem sint in lingua scenica atque Sanscritica, eodemque ordine possint exhiberi. Quod prius faciemus, antequam ad *declinationem* exhibendam nos simus accincturi. Inserere liceat h. l. quae novae accesserint nominum formae; nam peculiare ponere caput de derivatione nominum, operae pretium non est. Coniungi autem possunt adiectiva et substantiva, ut Sanscritice iam fieri solet.

§. 89.

De thematis nominum.

1. Nomm. in अ masc. et neutr., आ fem. Vel ditior in Prâkrita est haec classis olim iam ditissima, quam in Sanscrita; nam accedunt permulta themata, Sanscritice in consonantes desinentia, quae addendo अ in masc. et neutr., आ in fem. huic classi sese addicunt; haec mox enumerabuntur. Tum addenda sunt themata multa nomm. in vocales desinentium, quae adiecto affixo क masc. et neutr., का fem. in hanc classem transeunt, ut इत्थिआ i. e. इत्थिका, pro स्त्री; vid. p. 182. भाउक e भ्रातृ M. R. 9, antep. etc.;

nomm. abstrr. in ता fiunt दा; Var. IV, 22;

— — — in त्व ponunt त्तण; Var. l. l. cf. p. 161.

At falsa esset ratio, explicare haec themata ita, ut e nominativo त्वम्, mutato म् in न् s. ण्, adiecto अ, ortum diceres त्तण. Referenda contra est forma

ad thema त्वन् in Vedis pro nomine abstracto, potissimum pro gerundio positum; vid. Ind. bibl. III, p. 104. E त्वन् masc., cuius accusativus gerundialis audit त्वानं l. l., Samprasârana fit तूणं; तूण, unde ger. ऊण Var. IV, 23. et Prâkritice et Mahârâshtrice usurpatur; ex eiusdem thematis forma non augmentata progenitur vocali adiecta त्वन, Prâkr. त्तण; concedere debemus त्वन् et generis masc. et neutr. fuisse. Eadem ratione explica formam Zendicam *çtĕrĕthwanĕm* a *çtĕrĕ, sternere,* apud Burn. Yaç. I. 432. Huc pertinent praeterea formae इर, आल, इल्ल, उल्ल, इन्त, positae Var. IV, 24-25. S. S. 183. 185. इर ponitur शीले i. e. de studio et more: हसिर, गमिर, भमिर; ceterae formae possessionem significant et aequiparantur affixis वत् et मत्; at omnia haec affixa Sanscritica iam sunt. Vid. ex. gr. Boppii gramm. critic. p. 268. ubi इर, ईर, इल, ईल, ऊल, आल prostant; इल्ल, उल्ल Prâkr. aliae scripturae sunt pro ईल, ऊल. Intelligendus itaque est grammaticus de usu frequentiori; in fabulis tamen rarius inveniuntur, saepius in cantilenis lyricis. Exempla sunt: विआरुल्ल, विआरिल्ल*) a विचार (potes etiam ponere विआर); धणाल a धन. Affixum इन्त inter Sanscritica laudatum non inveni; अन्त Sanscr. affixum est primitivum, इन्त Prâkr. contra adiectivi derivati; ex exemplis पाणाइन्त, रोसाइन्त concluserim, elisam esse consonantem inter आ et इ. Si comparamus M. M. 5, 8. पाणवन्त et causs. Prâkrr.

*) मालाइल्ल a fem. माला mira est forma et vere Prâkritica ob hiatum; in libris nondum repperi.

ओलावेहि etc. pro -अयहि, probabile fit, रोसाइन्त, पाणाइन्त esse pro रोसाबिन्त, पाणाबिन्त i. e. pro particc. praes. activi causs. cum ब i. e. प formati. Forma originaria esset रोषापयन्त्, e रुष्, unde addita vocali et mutatis conss. Prâkritice factum esset रोसाबयन्त, eliso व् hinc रोसाअयन्त; expectares रोसाएन्त, at videtur ए esse correptum in इ (cf. §. 19, 6.) in voce longiori; करिन्त pro करेन्त tamen non inveni. Rem ut incertam in medium protulisse sufficiat.

Haec thematum classis primam constituit declinationem.

Themata in इ, उ, ई, ऊ declinatione Prâkritica distingui cessavere; nedum in compositione potest legitimum inter haec themata discrimen poni, tum quia ई et ऊ ante complexum consonantium corripiuntur; vid. Var. III, 56. IV, 1. पाईसोत्त = नदीस्रोतस्, et पइस्सोत्त, sic enim corrigi debet; tum quia in universum licentia est, thematum horum fines in compositione producendi vel corripiendi. *) ग्गउपातडं et -पातडं. Var. IV, 1. वेणुवणं et वेणूवणं, सालीवणं = सालिवनं S. S. 188. 189. cf. ibid. 160. 161.

Remanet distinctio generis haec, ut masc. et

---

*) Sic K. P. 43, 2. पव्वइपरिचुम्बिअं सअइ। -◡◡ | ◡◡- | ◡ | -◡◡ | - || Ed. C. ई. 109, f. मालइकुसुमसरिहं॥ Forma मालति Sanscr. tamen inaudita non est. Contra रईसपाहं (रतिसमार्थं) Rat. 24, 10. Ibid. 69, 3. बहूदिएण = बधूदत्त; Mr. 114, 8. सही(ज्)अणा, ubi servatur longa vocalis. At in prosa pendet vocalis finalis ab initio vocis sequentis.

neutr. brevem saepius praebeant vocalem ante inflexiones, feminina contra longam. Masc. in ई et ऊ, quorum multa ne Sanscrita quidem agnoscit, itaque confunduntur cum masc. in इ, fem. in ई et इ inflexione non distinguuntur. Idem valet de उ et ऊ.

Fatum idem passa sunt hae voces in lingua Pâlica; *) neque est in lingua Zendica discrimen satis clarum inter longas et breves talium thematum vocales finales. Alio modo in ceteris linguis cognatis evanuere themata in ई et ऊ; quam rem exponere meum nunc non est.

Affert Var. IV, 25. affixum आलु tanquam Prâkritice usitatius; ex. gr. णिद्दालु, *somnolentus*; sed etiam hoc Sanscriticum iam est. Etiam ad hoc affixum accedit Prâkritice क; लज्जालुक, भयालुक, Rat. 31, 12. 78, 2.

Secundam dico declinationem nomm. in इ et ई, *tertiam* in उ et ऊ.

3. Themata in ऋ aut in उ mutant finem aut e casibus Sanscrr. auctis in अर् et आर् thema fingunt novum in अर et आर. भादु e भातृ, भत्तु e भर्तृ, vel भादर, भत्तार. Vid. §. 3, 3. In compositione poni solet thema Prâkriticum in उ. भत्तु Çak. 67, 4; भादुघर Mr. 108, ult.; referunt grammatici Palici themata

*) Utor grammatica Palica hac: *A compendious Pali grammar*. By Benjamin Clough. Colombo 1824. Compara declinationem vocum भिक्खु p. 30. et masc. अभिभू p. 33. Tum femm. रत्ति et नदी pp. 38. 40. et यागु et जम्बू pp. 41. 43.

haec ad declin. nostram tertiam; vid. सत्थु = शस्तृ p. 32. मादु p. 42. मादापिदरे Çak. 156, 10. et similia composita a Sanscrita propagata sunt; in aliis, quae nominativum ponunt in compos. scriptura est suspecta, ut Vik. 60, antep. ubi P. praebet भत्तु pro भट्टा ed. C. Feminina nominum agentis iam Sanscr. ई addunt et in aliam migrant declinationem; sic etiam Prâkritice; dissentit tantum भर्त्री, quod etiam भत्तिणी, भट्टिणी fingit. Vik. 41, 11; 42, 1. Feminina nominum affinitatis aliorsum tendunt Prâkritice; nam praeter themata in उ, e nominativo sing. in आ formant thema 1mae declin. cf. Var. V, 30. In hisce vocibus compositis itaque suspecta mihi non est forma nom. ut दुहिदा Çak. 70, ult.; cf. दुहिदाए Vik. 16, 8; hinc facilius explicatur धूदा et धीदा supr. p. 172.; et forma derivata in -इका. Çak. 164, 19. Utt. 79, fin. quum contra mascc. faciant उ-क. भत्तुक Utt. 131, 7. जामादुक. M. M. 139, 3. At praeter मातृ et दुहितृ feminina affinitatis in Prâkrita obsoleta videntur. *)

Quartam ponam declinationem propter paucos casus, qui thema pristinum Sanscriticum adhuc coarguunt.

4. Themata in diphthongos desinentia in Prâkrita obsolevere, in ऐ nulla esse possunt neque in औ; suspicor राआ factum esse e रै, ut णाआ e नौ Mr. 87, 3. गो non erui; ponunt inter declinationes

---

*) Omisi in textu tertiam rationem, इ pro ऋ. भट्टि pro भर्तृ usu defenditur contra silentium grammaticorum; exempla infra ponam. मादि Çak. 155, 11. reiicio.

Palici etiam गो p. 34. Casus mixti sunt e गो, गव, गाव; Prâkritica declinatio quinta re vera est nulla.

§. 90.

Vocabula in *consonantes* desinentia rationem sequuntur duplicem; aut formae casuum Sanscriticae retinentur, pro more Prâkritico, si necesse est, mutatae; in his igitur redeundum est ad thema Sanscriticum, ut आउसा i. e. आयुषा a them. आयुस्; aut accedit iterum vocalis अ, fem. आ et transeunt vocabula in declin. 1mam. Quaedam abiiciunt consonantem finalem; quo facto iterum in vocalem exeunt, pleraque in अ, nonnulla in इ et उ. Haec accuratius investiganda sunt.

1. Nomina radicalia, quibus addi possunt nomina affixis minus usitatis in conss. desinentibus formata, ut मरुत्, सरित्, शरद्, solent adiecta vocali अ augeri. cf. Var. IV, 8. S. S. 173. Var. IV, 11. 18. Ponuntur a gramm. exempla haec: masc. पाउस, nom. -सो e प्रावृष्; vid. Vik. 45, antep. (C. absurde पाउस), सरदो e शरद्; दोसो (sic coniicio) e दोष्, etiam दिश् fingere dicitur masc. दिसो, at usitatius est fem. दिसा, Vik. 3, 7. etc.; *) fem. वाआ e वाच्, सरिआ e सरित्, पडिवआ e प्रतिपद्, धुरा e धुर्, गिरा e गिर्. In compositione thema hoc auctum etiam solet adhiberi. cf. §. 51, 1. et adde: वाआकुलं M. R. 26, 5; Vik. 51, 11; Mr. 222, 7; etc. Addo praeterea आसिसा nom. sing. fem. ex आशिस् Çak. 81, 1.

---

*) Apparet enim e S. S. legendum esse दिसो ap. Var. IV, 11. et desiderari in reg. वा.

Excipit grammaticus IV, 9. विद्युत्, cuius त् abit, hinc nom. विज्जू et thema in उ. cf. S. S. 177. Inde forma विज्जु(क्)आ Mr. 176, 17. et Vik. 36, 8 विज्जुलिआ. Vid. Var. IV, 29. S. S. 165. Adiungit S. S. मह e महत्. 168. et pro बृहत् dici docet बहु. 162. Sed hoc ad seqq. pertinet.

2. Participia in अत् et possessiva in मत् et वत् plerumque usurpant thema auctum in अन्त, मन्त, वन्त; vid. supr. p. 222.*)

3. Adiectiva in इन् in quibusdam casibus abiiciunt न् et oritur novum thema in इ; in aliis neutrum thema inflexione potest distingui. Palice referuntur themata in इन् ad declin. 2dam; vid. Gr. Pal. p. 28. दन्तिन्. Eodem modo हत्थिं Mr. 86, 9; cf. 85, 4. In compos. discrimen est nullum; भा(ग्)इ Çak. 159, 9.

Themata in अन् masc. rarius न् abiiciunt extra compositionem: अत्त Çak. 56, 12; अप्प M. M. 84, 6; casus fingere solent aut e them. primitivo in न् aut novo in न, quod auctiorem formam Sanscriticam induere solet. Var. V, 37. 38. Invenio tamen etiam formam अत्तणा M. M. 165, 10; alii codices praebent gen. -णो. Auctum thema ponitur Palice, p. 20; in hac lingua a grammaticis in masc. admittitur etiam inflexio thematis decurtati. Hinc locum habere possunt pro आत्मन्

*) Addit K. T. inflexiones thematis in अ, abiecto न्, भअवाणं, भअवेहिं e भअव. Equidem sane nullibi repperi et vereor, ne inventa sint stolidi huius nugatoris.

themata Prâkritica: अत्त, अत्तन्, (अत्तण), अत्ताण; adiecto affixo क denique fit अत्ताणक. Vik. 6, 10; Çak. 13, 3. etc. Variationis studiosi adiungere possunt अप्प s. अाप, etc.

Neutra in अन् solent न् abiicere et 1mam sequi declin. Quod addit grammaticus IV, 18. 7. cf. S. S. 178. usurpari haec vocc. genere masculino, usu corroborari non videtur.

4. Themata masc. in अस् rarius स् abiiciunt, aut retinere solent aut adiicere अ. Neutra contra स् plerumque abiiciunt et masculini generis fieri dicuntur. Var. IV, 19. S. S. 179. Et accidere sane potuit, ut nom. sing. neutr. in ओ, ut मणो, ansam praebuerit confusioni cum nom. masc. primae declin. Ad neutrum genus referunt haec nomina gramm. Palici; cf. p. 46. De compos. cf. supr. p. 230. *) Feminina in अस् transeunt in compos. in 1mam declin. अच्छराविरहिद Vik. 103, 2.

Themata in इस् et उस् abiiciunt interdum sibilum et in 2dam vel 3tiam declin. migrant. cf. दोहाउं Utt. 89, 11. Ubique स् exuunt vocc. Palica in उस्, si vera edocemur l. l. p. 50.

5. Comparativa in ईयस् et particc. perf. in वस् vix existere dici possunt in hac lingua; बलिअं legitur Çak. 151, antep. 52, 11. pro neutro, **) non, uti voluit editor, pro masc. ibid. 47, 6. बलीओ pro nom. masc. Quae scripturae si bene sese ha-

*) मणोहर M. R. 11, 1. C. mutandum est cum P. in मणाहर ob versum.

**) De vocali cf. p. 169. 229. De conson. p. 230.

bent, in imam declin. abiit nominativus sing. masc. et neutr. De themate casuum ceterorum nil habeo indagati.

§. 91.

1. Videtis praevalere in hoc sermone themata in अ, accedentibus permultis, quae Sanscritice in aliam litteram exeunt; vocales, declinationis capaces, remanent tantum *A*, *I*, *U*, quae pro diverso genere longae vel breves sunt. Themata in consonantes desinentia casus tantum nonnullos ex semetipsis possunt progignere; in aliis debent, in nonnullis solent vocalem in auxilium vocare. Simillima est haec ratio linguae *Gothicae*, quae vocales *a*, *i*, *u* tantum inflectit fortiter, consonantes paucas in finibus thematum praebet. In augmento thematum ope vocalis *A*, similitudo est cum *Lithuanica* lingua, quae simili modo utititur augmento *JA*. Sed haec exponere a meo consilio nunc alienum est et optime explicuere iam alii.

2. *Tres* itaque constituo declinationes vere Prâkriticas, in vocales *A*, *I*, *U*; *quartam* addo vocum in ऋ Sanscritice exeuntium propter casus nonnullos, et ob eandem rationem *quintam* vocabulorum *consonantibus* finitorum; utralibet miscet declinationem Prâkriticam cum Sanscritica.

3. Observate e thematis vocc. in अत्, मत्, वत्, quamvis plerique casus Sanscritici proficiscantur ex hac forma decurtata, oriri nova in अन्त, मन्त, वन्त ex pristinis formis in अन्त्, मन्त्, वन्त्. Si

linguam scenicam e sincipite suo grammatici emunxissent, e thematis grammaticis finxissent formas in न्त, मन्त, वन्त. Vel depravatissima hodierna Persarum lingua conservavit et partic. in ند -, et adiectt. in وند et مند.

4. Caussae corruptelae in formis thematum conspicuae duae sunt potissimum; una est oblivio *originis* vocabulorum (cf. p. 154.) i. e. haud conscius remansit sermo scenicus, quae esset tum affixorum, tum inflexionum forma vera et inter utriusque generis additamenta ad stirpem vocis accurate distinguere cessavit. Tendunt omnino omnes linguae ab origine sua deflexae et degeneratae in aequalitatem quandam male simplicem et id tantum curant, quomodo possint sine multa arte ad eandem amussim omnes formae cogi. Caussa haec est generalis et varii in diversis linguis inde oriuntur effectus; diversus est corruptelae et gradus et modus; longe magis depravata est declinatio Latina in linguis Romanicis, quam Sanscritica in scena; modus depravationis maximam partem pendet a natura sonorum, qui in quavis lingua locum habeant et possint inter se coniungi. Haec caussa est altera, in diversis linguis diverso modo agens. Pone ex. c. in Prâkrita assimilationem et exempla haec: formae Sanscrr. भगवत्सु, भगवद्भिस्, iuxta normam vulgarem mutandae essent in भगवच्छु, भगवब्भिं; quo facto prorsus evanuisset terminatio thematis त् in भगवत्; inflexiones contra Sanscrr. भगवता, भगवति, etiamsi Prâkritice in भगवदा, भगवदि mutatae, facile referuntur ad verum thema;

priores reiecit Prâkrita ut nimis iam ab origine remotas, posteriores retinuit. Sed invento novo themate ad priores novo more fingendas, ab eodem themate posthac derivavit etiam posteriores. Hinc factum est, ut in eis casibus Sanscriticis, qui a *vocali* incipiant, vix vel paullulum tantum immutata sit forma Prâkritice, in eis contra, qui a consonante incipiant, thematis facta sit aut adauctio adiecta vocali aut decurtatio, abiecta consonanti finali. Praecessit in hac via Sanscrita, कर्मसु, कर्मभिस् dicens pro कर्मन्भिस्, कर्मन्सु.

5. Ex hac caussa fluxit regula, quae in universum de thematis in conss. exeuntibus valet, haec: casus a vocali incipientes oriuntur a themate Sanscritico; qui consonantem initio habent, vocalem postulant thematis finalem. Talia vocc. ideo plerumque declinationem habent *mixtam* e thematis duobus et ex inflexionibus tum Sanscriticis, tum Prâkriticis.

§. 92.

De declinatione.

1. Tria veteris dialecti *genera* distinguit Prâkrita, *numerorum* unum, dualem, amisit, eius loco pluralem ponens.*)

---

*) Vid. Var. VI, fin. द्विवचनस्य बहुवचनं ॥ सर्वासां विभक्तीनां सुपां च तिङां च द्विवचनस्य बहुवचनं प्रयोक्तव्यं ॥ Ex. gr. pono: कुसलवा...कीदिसा होन्ति comp. Dvandva; Utt. 49, 6. »quales sint Kusas et Lavas.« M. M. 166, ant. माअद्दीमा-

2. Casuum numerum uno minorem exhibet, dativi munus genitivo tribuens;*) in qua re praecessit in multis Sanscrita, ut monstrabit quae nondum exstitit, syntaxis sermonis vetusti. In hac tamen iunctura गह्ह पुनर्दर्शनाय dativus poni debet Sanscritice; genitivus locum habet Prâkritice. Vik. 115, 9. गह्हदु ग्घज्जा पुणो वि दंसणाम्ह ॥ Dativi vestigia doctrinae, non linguae attribuenda sunt: विसग्घाय (= -याय) Vik. 5, 3. दापाम्ह Mr. 339, 4; लाहाय Mâl.; भोदे = भवते Mr. 12, 5; 151, fin.; Rat. 83, 5. Idem factum est in Pali; grammatici ponunt dativum Sanscriticum in sing. masc. et neutr. 1mae declin., in ceteris eius loco exhibent genitivum. Vid. l. l. p. 19, 21. etc.

3. Ipsae terminationes, quibus casus nominum varii significantur, omnes ex lingua sacra repeti possunt et ita quidem, ut earum pars haud differat a Sanscriticis, nisi eis mutationibus, quas subire debeant in lingua vulgari omnes sonorum complexus similes, pars contra alia e Sanscritico quidem fonte descendat, verumtamen ita, ut affixa Sanscritica adverbialia munus casuum in se susceperint.

4. Si femininum excipis, cuius instrumentalis, genitivus, locativus singularis eadem terminatione significantur, satis clare varios casus distinguit lingua vulgaris, immo ablativum sin-

---

हुवाणं, Mâlatidos Mâdhavaeque. Vik. 49, 3. पात्तपरिवत्तिणो होम्ह, de duobus.

*) Var. l. l. चतुर्थ्या षष्ठी । चतुर्थीविभक्तेः स्थाने षष्ठी विभक्तिर्भवति ॥

gularis ubique discernit a genitivo, hac in re Sanscrita praestantior; masculinum et neutrum, exceptis nomin. accus. et vocativo, flexione non invicem separat, minus etiam quam mater; casus modo exceptos eiusdem habet terminationis in neutro, prorsus ut Sanscrita. Est quaedam tamen etiam in tribus hisce casibus, sive potius in nom. et accus. confusio masculini et neutrius in ipsis terminationibus; a qua distinguere debes Prâkriticum usum, qui saepius vocem ex uno genere in aliud transfert, uti observat Vararuches de vocc. in अन्. et अस् IV, 18. cuiusque exempla sane exstant, accuratiori tamen crisi quam adhuc factum est stabilienda.

§. 93.

De inflexionibus.

Declinatio docetur a Vararuche capp. V. et VI., quorum alterum de pronominibus agit; consentit cum vetusto magistro Kramadîçvaras, paucissimis exceptis, quae suo loco enotavi. Docetur declinatio nominum in S. S. inde a reg. 198-239. Regg. 240-280. de pronomm. tractant; ceterae ad 286. de numerorum inflexione. Nec dissentit Râmas, sed nimium ponit studium in formis multiplicandis et nugatoria exemplorum varietate. Operae pretium itaque non ratus sum ex opere recentissimo et exemplari inaccuratissimo omnia afferre. Textum et Vararuchis et Kramadiçvarae ipsissimum exhibere, vetant angustiae libri; ubi opus erat, singulas exscripsi regulas.

§. 94.

A. *Sing.*

1. *Nom.* masc. et fem. स् suum ubique amisit, ex. अस्, इस्, उस् s. अः, इः, उः, facta sunt ओ, ई, ऊ; ex ईः et ऊः iterum ई et ऊ, abiecto spiritu finali; quo fit, ut omnes voces in इ et ई utriusque generis nom. sing. habeant in ई; idem valet de thematis in उ et ऊ. Fem. in आ nullam habent terminationem, ut Sanscritica. Pronomm. स et एस hac forma utuntur pro nom. sing. masc. praeter सो et एसो. Scitis etiam hoc esse Sanscriticum.

Cetera mascc. et femm. aut retinent formam Sanscr. quae sibilo iam caret, mutatis interdum sonis; i. e. अं pro अन् et आन्, atque आ pro आस् = आः; vid. supr. p. 223. 229. aut vocalem sibi addunt et sequuntur declinationem vocalium. cf. Var. V, 1. 17. 19. 29. 30-35. S. S. 198. 217. 227. 228-234.

Neutra in अ nominativo et acc. retinent म् Sanscriticum, per Anusvâram scribendum (vid. p. 226.) atque in eum transit द् terminatio pronominum Sanscritica. Eadem nasalis Prâkritice extenditur ad neutra in इ et उ. Nomina cetera finalem postulant vocalem, cui nasalis addatur. Hinc महन्तं, पाअं, सिरं = महत्, पाम; शिरस्. Rarius forma Sanscritica invenitur:. कम्म = कर्म, णमो = नमस्.

2. *Accus.* masc. et fem. servat म् suum, quod quum themati addatur, vocalis longa thematis finalis corripitur; regula est grammaticorum clare promulgata et frustra contra crepat librariorum caterva. cf. Var. V, 9. et supr. p. 161. Nul-

lum itaque remanet discrimen inter themata in अ, इ, उ et आ, ई, ऊ. Themata in consonn. desinentia utuntur अ servili, ut adiungi possit न् et ponitur forma auctior iuxta normam Sanscriticam: महन्तं, अत्ताणं, etc. Quum aucta etiam sint nova themata in अ, महन्त, etc. supr. §. 90, 2. ad ea etiam referri possunt hi accusativi. cf. Var. V, 19. 25. 29. 30. S. S. 222. 229. 231. 235.

3. *Instrumentalis* masc. et neutr. nomm. in अ Sanscritica utuntur forma et audiunt पुरिसेण, वणेण. Itidem faciunt masc. et neutr. in इ et उ. गिरिणा, दहिणा, साहुणा, महुणा; i. e. intercalatur nasalis inter finem thematis et inflexionem आ. Hac uti possunt voces consonn. finitae, भगवदा etc.; maxima tamen pars themate utitur in vocalem desinenti. De instr. in एणं vid. supr. p. 225. De femininis infra dicam. Var. V, 4. 16. 29. seqq. S. S. 200. 219.

4. *Ablativus* masc. et neutr. vocum in अ ex inflexione Sanscritica in आत् elidere possunt त्; remanet itaque आ. Var. V, 6. Exempla rara sunt. Vid. p. 157. p. 221. Generalis ablativi inflexio, ad omnes voces cuiusvis generis propagata, est दो, cuius ओ in उ corripi potest. cf. Var. V, 6. et supr. p. 150. Producenda est vocalis thematis brevis ante hanc inflexionem; ad quam regulam revocandi sunt loci multi. *) Voces in consonantes

*) Ex. gr. साअरादो Rat. 101, 3; पइट्ठापादो Vik. 100, 10. P. recte -पादो. Transit eadem forma ad adverb. पच्छादो

exeuntes in hoc casu non possunt non themate uti in vocalem. De origine lis potest esse nulla, quum Sanscriticum affixum adverbiale तस् saepenumero pro ablativo usurpetur, immo interdum debeat ita poni. Quod huc non pertinet. Perdunt itaque V. V. D. D. oleam et operam in alia origine exploranda. Producitur vocalis antecedens ob accentum in penultima.

Addunt grammatici inflexionem हि, cuius exempla nulla indagavi; haesitans itaque loquor. Constat, हि dici posse pro हिं i. e. instr. plur.; cuius terminationis origo est भिस् Sanscriticum. हि ablat. sing. autem non pro भिस् Sanscritico, sed pro भि esse debet, cuius tamen vestigia nulla habemus in Sanscrita praeter dat. तुभ्यं i. e. तु + भि + यं et मह्यं. Oritur itaque quaestio, utrum tribus eisdem casibus, qui eadem dualis inflexione utuntur, भ्यां, et admodum simili pluralis भ्यस् et भिस्, olim communis fuerit singularis inflectio भि. Quod si posset ostendi, inventa esset origo et id tantum minus clarum, cur ablativo potissimum Prâkritico remanserit inflectio tam antiqua. Etiam alia quaedam e pristina declinatione servasse scenam, mox inveniemus. Var. V, 6. VI, versus finem. S. S. 204.

5. *Genitivus* mascc. et neutrr. in अ addit स्स, assimilata termin. Sanscritica स्य. Haec inflexio extenditur etiam ad masc. et neutr. in इ

M. R. 141, 13. Non ad omnia; vid. कणादो ibid. S. S. 206.

et उ. Quae aliam praeterea habent formam in णो; nempe Sanscriticus genitivus in अस्, unde ओ, additur themati intercalata nasali, ut Sanscritice iam fit in neutris. Var. V, 9. 14. Consonantes interdum addunt sibi अस् Sanscriticum in ओ mutandum: भवदो. De femm. mox dicam; de pronominibus suo loco. Add. S. S. 208. 214.

6. *Locativus* masc. et neutr. vocc. in अ retinet formam Sanscriticam in इ, unde ए, वच्छे, वणे. Var. V, 10. Voces in इ et उ formam Sanscr. in औ retinere non potuere eiusque loco ponunt म्मि; i. e. terminationem localem pronominum स्मिन्, eliso न् et mutato स्म primum in म्ह, dein in म्म. Vid. §. 77, 2. Miror scripturam म्हि nullibi inveniri. Assimilatio स्सिं pronominibus Prâkriticis seposita est. Forma म्मि etiam ad nomm. in अ extenditur; exempla quae congessi omnia e cantilenis petita sunt. Consonantes formam Sanscriticam in इ nonnunquam adhibent, alias themate in vocalem utuntur. Var. V, 14. VI, fin. S. S. 211. 212.

Sola haec est declinationis Prâkriticae inflexio a pronomine ad nomen tralata, mirum sane, quum in Palica ablativus etiam inveniatur in *smâ*, *mhâ*.

7. *Instrumentali*, *genitivo*, (Var. V, 20. 21. S. S. 223. 224.) *locativo* singularis femininorum tribuunt grammatici terminationes has: ए, इ, आ, अ. A femm. in आ defendit Vararuches formas आ, अ, et recte quidem quantum sciam. Seriori aevo attribuenda videtur licentia etiam ad haec femm. adhibendi termin. अ. cf. S. S. l. l.

Militat enim talis usus contra originem. Hanc ut indagemus, primum observandum est, formam in इ correptam esse ex ए. Vid. supr. p. 148. Fugit Prâkrita accentum in ultima, vid. §. 22, 7. quo fit ut facile corripiatur finis. ए in मालाए explicandum est e मालाय, transpositis elementis य in अय्; vid. §. 26, 4. मालाय porro oritur tum e genitivo Sanscr. मालायास्, i. e. मालायाः, unde मालाया, correpta vocali finali, tum e locativo मालायां, quod fieri debuit मालायं, vid. §. 23, 3.; म् finale plerumque abiici potest, cf. §. 53. hinc iterum मालाय. *) Ex utroque denique मालाए. Haec forma in ए ad instrum. propagata est et obsolevit forma Sanscritica मालया. Certa est res, siquidem ex instrum. Sanscritico oritur in ceteris femininis inflexio आ, quae aliena sit a fem. 1mae declin.

Si Sanscriticas gen. et loc. formas गत्यास्, गत्याम्, नद्यास्, नद्याम्, धेन्वास्, धेन्वाम्, वध्वास्, वध्वाम् (propriae enim hae sunt feminino atque ex eis explicandae sunt inflexx. Prâkrr.) Prâkritice mutamus, abiiciendus est ubique sibilus finalis et finis आम् in अं sive अ decurtandus. Semivocales य् et व् post antec. consonantem assimilari poterant, at hoc facto verus thematis talium vocabulorum finis ubique evanuisset. Sequi itaque debuit sermo aliam viam, qua conservaretur vocalis finalis, ideo reversa est ad vocalem pristinam. Pendet autem quantitas vocalis e semivocali oriundae ab accentu, cf. §. 23, 2, *c.* qui

---

*) Recte ita a me statui, demonstrat Palica, in qua *ya* et loc. *yam* inflexiones sunt sing. vocc. in *â*. l. l. p. 36.

quum in antep. sit, in omnibus formis supra positis produci debuit thematis finis; hinc गदी, पादी, धेणू, बहू etcessat discrimen thematt. in इ et ई, in उ et ऊ. Idem fit, si instrumentales गत्या, नद्या, धेन्वा, बध्वा dissolvuntur in गदीआ, पादीआ etc.

Videtis, quomodo oriantur themata in vocalem longam exeuntia; *) inflexiones, quae oriuntur Prâkriticae ex Sanscriticis, आ pro gen. et instr., ए pro locativo, eae sunt, quae a grammaticis proponuntur, rarissime tamen usurpantur. Patet ratio, cur hae ad primam declin. non referri debeant. Quas praeterea ponunt grammatici ए et इ, a 1ma declin. tralatae sunt ad 2dam et 3tiam et priores आ et ए paene omnino expulere.

8. In prima declin. *vocat.* a Sanscrita non differt; de voc. in आ cf. §. 97. feminina in ceteras vocales corripiunt ubique ponunt finem, ut faciunt femm. Sanscrr. in ई et ऊ. Eadem forma recurrit in masc. et neutr. 2dae et 3tiae declin. Unum tantum inveni exemplum vocativi in ओ vocis in उ; est forsitan scriptura falsa et Sanscritizans. cf. Var. V, 25. 26. 27. De voc. vocum in ऋ vid. supr. §. 54, 5.

Vocabula in consonantes, si thema vocali non terminant, formam Sanscriticam mutant more Prâkritico; vid. §. 52, 1. §. 51, 1. S. S. 235.

---

*) दिट्ठिआ e दिष्ट्या vix exceptio est; nam hic instrumentalis in adverbium, *macte*, abiit et ceteri casus desunt.

§. 95.

B. *Pluralis.*

1. *Nomin. Vocat.* Mascc. in अ formam Sanscr. retinent abiecto sibilo: पुरिसा pro पुरुषास्. Mascc. 2dae et 3tiae declin. formas gunatas Sanscrr. rarissime retinent, elisis vel conservatis semivocalibus य् et व्; अग्गयो v. अग्गओ, विन्दवो v. विन्दओ. *)

Ratio vere Prâkritica est addere inflexionem Sanscriticam अस् in ओ mutatam vocali thematis finali, quae in femininis longa est: मालाओ, णईओ, पाईओ, धेणूओ, बहूओ; pro ओ poni potest etiam उ. cf. §. 23, 3, E. **) Eadem inflexio mascc. in इ et उ aut additur intercalata nasali (vid. gen. sing.) अग्गिणो, विन्दुणो. Var. V, 15. aut themati; quod quum fiat, producitur vocalis et confunditur masc. cum feminino; frequentius occurrit haec forma quam ista.

Themata in consonantes desinentia possunt etiam formas Sanscriticas retinere auctas, et mutata inflexione in ओ.

Neutra in अ, इ, उ faciunt आइ, ईइ, ऊइ. Var. V, 24. Usus addit nasalem: आइं, ईइं, ***) ऊइं; alii geminam admittunt nasalem आंइं etc. S. S. 226. Accedit forma decurtata: अक्खरा Vik. 53, antep. pro अक्खराणि; stabilit scripturam P. et sic legendum est in locis Çakuntalae p. 165. laudatis. Addam de-

---

*) अग्गवो, साहवो. Prior forma S. S. 215. posita aperte corrupta est.

**) Etiam in nom. iuxta S. S. 220. in acc. solo Var. V, 18. Omitti etiam inflexionem dicit S. S. 221. अग्गी। बहू।

***) Mr. 5, 5. aut दहीइं legendum aut दहिं pro दहीं.

nique formas Palicas esse चित्तानि, चित्ते, चित्ता; l. l. p. 44. अट्ठीनि, अट्ठी p. 49. आयूनि, आयू p. 50. Accusativum a nomin. non differre in neutro scimus. Formae, quae abiiciunt Sanscriticum नि, per se explicatae sunt; fit idem iam in Vedis. Vid. Ind. bibl. III, p. 74. Nasalis Prâkritica finalis in formis derivandis momenti est nullius; vid. supr. p. 225. et cf. locat. plur. in सुं. Sin itaque ponis hunc ordinem formarum: Palicam चित्तानि, Vararuchis चित्ताइ, Palicam चित्ते, quam in Prâkrita mox inveniemus, secunda oriri videtur elisione nasalis, tertia contractione. Haereo tamen in eo, quod न mediale elidi non soleat neque contrahi आइ in ए. Nullo tamen alio potes modo explicare hanc formam in ए, quam per contractionem; *) चित्ते itaque oritur e चित्ताइ, in qua forma ideo absentia nasalis mihi haud improbabilis est, quia ipsa nasalis huius inflexionis Sanscritice intercalata sit. Vid. Boppii gramm. compar. p. 270. Videtur itaque terminatio nom. et accus. plur. neutrius इ addita fuisse sine nasali, producto fine thematis, ut fit iam in Sanscrita. Certum mihi videtur, nasalem in formis आइं, ईइं, ऊइं adsciticiam esse. Formis आंइ similibusque non multum tribuo et desidero exempla bonis rationibus comprobata. cf. tamen recentiorem declin. supr. p. 48.

---

*) Contractio आइं in एं, uti voluit Chézyus, vid. supr. p. 165. ob aliam caussam falsa est; est enim nullus omnino vocis Prâkriticae finis in एं. Exemplum contracti आउ pro आवू in ओ supra exhibui p. 177.

Alias neutrorum formas non invenio traditas; Mr. 3, ult. legitur सुमणाउं pro सुमनसः vel, ut poni debuit, सुमनांसि; nam vitium esse videtur pro सुमणाइं a th. सुमण; ut ibid. 6, 6. सुमणाओ acc. plur. fem. a themate सुमणा. अत्थाइं ponit S. S. 225.

Inflexio आइं, quae proprie neutrius est, in Prâkrita tralata est interdum ad masc. दन्ताइं Çak. 151, 6; गुणाइं Mr. 76, 7; पाणाइं = प्राणान् Mr. 295, fin.; 315, 8. etc. immo ad fem. रिचाइं Rat. 34, 6. a रिचा pro रिच्; at scriptura vix bona est. Utut hoc sit, ad accusativum tantum pertinet haec generum confusio; et, ut videtur, ad nomina *rerum*, non *personarum*. Tale enim discrimen a lingua vulgari vix abhorrebit. Contracta inflexio, ए pro आइ, quae itidem ad acc. plur. masc. translata est, in ipso neutro paene obsolevit Prâkritice; in Pâli ad neutrum pertinere pergit. Coniecerat Vir doctissimus, LENZIUS, ad Vik. p. 187, ए hoc dualis esse inflexionem, exemplis falsus talibus, qualia sunt: दारके Utt. 121, fin., मादापिदरे Çak. 156, 10; चलणे M. R. 9, 2; पादे M. R. 54, 11; लोअणे M. M. 123, 3; at गुणे legitur M. R. 86, 6; हरिणे ibid. 144, ult.; etc. Certum est, saepius in inferioribus dialectis inveniri hanc acc. plur. masc. formam et de personis etiam usurpari. cf. Var. V, 2. S. S. 202.

2. Feminina accus. a nomin. non distinguunt; restat itaque masculinum solum. Acc. plur. mascc. in इ et उ addit णो, ut facit interdum nom. Var. V, 15. Nomm. in अ elidunt न् finale Sanscriticae formae; ib. 2. Eadem forma etiam in vocc. in इ et उ exstare videtur; बन्धू Çak. 99, 10.

explicatur per बन्धूम्; scriptura tamen minime certa est. Prima haec esset Sanscriticae inflexionis mutatio; est etiam Palica.*) देबा Rat. 90, 4. Usitatior est in masc. forma in ए, de qua dictum est. Vocc. in consonantes rarissime adiungunt sibi बो pro बस्, thema vocis ponentes minus auctum; praeferunt thema in vocalem desinens.**) cf. Var. V, 2. 13. 18. 31. S. S. 202. 213.

3. Ex *instrum.* Sanscr. भिस् fit हिं s. हि (vid. §. 40. §. 53.), ante quam terminationem producenda est ubique vocalis; themata in consonn. desinentia ab hoc casu abhorrent. Masc. et neutr. 1mae declin. conservarunt plenam formam हिं et in ए mutant more Sanscritico अ finale suum. Var. V, 5. VI, fin.; S. S. 203. 218. Ind. bibl. III, 72.

4. *Ablativus* plur. a Prâkrita innovatus est et duplex; conflatur ex instr. plur. et affixo ablat. त्तो (vid. supr. p. 303.), hinc हिन्तो, qui ablativus *caussam* significat, a qua procedit effectus; abl. *localis* oritur e forma loc. plur. सुं, addito eodem affixo; hinc सुन्तो indicat, unde proficiscaris. Id mirum est, quod in ablativo hoc finis thematis in masc. et neutr. vocc. in अ non ए tantum sit (vid. S. S. 207.), sed etiam आ; i. e. producitur अ, prorsus ut इ et उ. Restituenda est forma scribis ignota pluribus locis, quorum unum lau-

---

*) Declin. 1mae *â* et *ê*, 2dae *î*, 3tiae *û* danda sunt in acc. plur. masc. Male distribuit grammaticus Anglus. p. 26. p. 30.

**) Acc. plur. दोसापो Prab. 42, 7. inauditam praebet formam, quasi a them. दोषन्,

Ad pag. 311.

RAKRITICARU

Nom. et Voc.	Accus.	Loc.	Abl. II.
वच्छा	वच्छा वच्छे	वच्छेसु। -सुं	वच्छासुन्तो।
अग्गिणो अग्गीओ	अग्गिणो (अग्गी)	अग्गीसु। -सुं	अग्गीसुन्तो
बन्धुणो बन्धूओ	बन्धुणो (बन्धू)	बन्धूसु। -सुं	बन्धूसुन्ती
धणाइ। -इं धणा		धणेसु। -सुं	धणासुन्तो
दहीइ। -इं		दहीसु। -सुं	दहीसुन्तो
महूइ। -इं		महूसु। -सुं	महूसुन्तो
मालाओ। -उ		मालासु। -सुं	मालासुन्तो
देवीओ। -उ		देवीसु। -सुं	देवीसुन्तो
बहूओ। -उ		बहूसु। -सुं	बहूसुन्तो

ratis.

t. I.	Genit.	Loc.	Abl. II.
न्तो	ज्ञाणं। (ज्ञाणा) ज्ञेसिं	ज्ञेसु। -सुं	ज्ञासुन्तो
न्तो	ज्ञाणं। (ज्ञाणा) ज्ञेसिं	ज्ञेसु। -सुं	ज्ञासुन्तो
न्तो	ज्ञाणं। (ज्ञाणा) ज्ञासिं	ज्ञासु। -सुं	ज्ञासुन्तो
न्तो	ज्ञीणं। (ज्ञीणा) ज्ञीसिं	ज्ञीसु। -सुं	ज्ञीसुन्तो

dabo: M. R. 11, 1. cod. P. praebet hanc scripturam: कमलाणां मणाहराणां वि रुक्खाहिन्तो विसंवअदि सोलं। संपुण्णामण्डलं पि त्ताइं चन्दे विरुक्काइं॥ Lege कमलाणा मणाहराणां रुक्खाहिन्तो विसंवअदि सोलं। संपुण्णामण्डलम्मि बि etc. cf. Var. V, 8. S. S. 207.

Prorsus similiter, at ex aliis elementis, conflatur ablativus Mahratticus hodiernus. *)

5. *Genitivus* retinet inflexionem सां in ं mutandam. Vocales producuntur finales et intercalatur ण्; hinc आणं, ईणं, ऊणं; abiici potest, ut modo vidimus, nasalis finalis. Voces in consonantem desinentes omnes thema induere videntur in vocalem. Var. V, 4. VI, 19. S. S. 209.

6. *Locativus* retinet सु Sanscriticum, nonnunquam Anusvâra finali auctum. Producuntur ceterae vocales ante inflexionem, अ masc. et neutr. transit in ए Sanscritice. cf. Var. V, 11. 17. S. S. 218.

§. 96.

1. Exhibui in tabula tres declinationes priores vere Prâkriticas, omissis tantum eis inflexionibus, quae nil sunt nisi reliquiae declin. Sanscriticae, ut nom. plur. कामओ et similes. Quae praeterea observanda habeam, heic subiungam. Declinationum *mixtarum* ex inflexionibus Sanscriticis et Prâkriticis vel plus uno themate ponentium, exempla quaedam laudare sufficere videbatur.

---

*) Vid. gramm. Careyi. घराहून्, a domo, घरातून्, ex interiori domo.

§. 97. Notae ad declin. I.

Vocat. Sanscriticus in अ femin. अम्बा, *mater*, recurrit Prâk. Utt. 122, 11. अक्का et अल्ला nondum in Prâkr. inveni. Falso haec vocat. forma in Çak. tribuitur voci जादा i. e. जाता, *filia*, p. 77, 11; 162, 1. etc. Addo exempla nonnulla casuum rarius obviorum; *loc.* pl. fem. गम्भीरासु Utt. 16, 1; *abl.* sing. fem. बुभुक्खादो Mr. 3, 10; *instr.* plur. fem. कन्दराहिं K. Pr. 34, 9. corrige हि ob metrum.

Voc. sing. neutr. हिअअ Rat. 22, 2; *voc.* sing. masc. in आ Çak. 151, 6; Mr. 8, 1. etc. cf. ad M. M. p. 39. Lenz. ad Urv. p. 216. *Loc.* sing. in म्मि K. P. 17, 9; 34, 8; 40, antep. in versibus. In pedestri oratione certa exempla sese mihi obtulere nulla: M. R. 16, 5. P. बट्ठे praebet pro C. बन्धम्मि; ib. 22, 11. C. चाणाक्कस्मि absurda est scriptura, quum nec स्म ferri possit, nec locativus ad sententiam quadret; lege cum P. चाणाक्कं पि अकारणे-सद्दाबिदस्स, „sine caussa ad Chânakyam vocati." De instr. sing. in एणं M. R. 127, 8. cf. p. 225. supr.

§. 98. Ad 2dam declin.

Mendosam quantitatem in vocali thematum finali enotare, operae pretium vix est; scatent eis libri. अङ्गुलीदो abl. sing. M. R. 16, 4; ed. C. -इदो. Recte उत्तइणीदो Rat. 87, 17; कोडिहिं Prab. 36, 2. recte अक्खीहिं Vik. 68, 2. रात्तिसु Utt. 16, 2; recte बाडीसु Mr. 140, 4; देवीसुं Çak. 139, 4. De दिट्ठिआ Vik. 68, ult.; etc. vid. supr. p. 306. पइदीओ nom. pl. fem. Vik. 100, 11; भअवदीओ Utt. 126, 5; M. R. 147, 1. voc. plur. रअणीओ M. M. 55, 5. acc. pl. Etiam in his saepe men-

dose correpta ponitur vocalis. Voc. sing. masc. राएसि Utt. 84, 7. Nom. plur. masc. रिसीओ (इसीओ) Mr. 338, 3; Çak. 58, 14. Mendose गिरिओ Çak. 124, 7.

Vocc. in इ s. ई per se feminina, si pars sunt compositi adiectivi et masculino ponuntur, mutant secundum genus declinationem: मदीए, बुद्धीए sunt instr. fem. a मदि, बुद्धि; at masc. -मदिणा M. R. 125, 8; बुद्धिणा Çak. 124, 3. Sic सिरिणा, सिरिणो e सिरी = श्री. M. R. 12, 10; 24, 6; etc.

Masc. in ई Sanscritice iam rara sunt; exemplum Prâk. est अग्गणी Mr. 9, 6; 339, 2. = अग्रणीः; novimus, non differre ea à mascc. in इ.

§. 99. Ad declin. 3tiam.

Valent eaedem observationes etiam de vocc. in उ et ऊ. Sufficiat itaque laudare vocat. sing. in ओ, Utt. 47, 13. nom. plur. Sanscr. बिन्दवो Mr. 148, 6. et acc. neutr. महुं Çak. 79, 9.

§. 100. Vocc. in ऋ. *)

1. Casus Sanscritici: *Nom.* in आ. भादा Utt.

---

*) Exhibent grammatici seriores perfectam declin. e variis thematis derivatam: भत्तूहिं et भत्तारेहिं, भत्तूसु et भत्तारेसु, acc. plur. भत्तू et भत्तारे. Quae omisi, quia facile quisque poterit ipse supplere. Sunt otiosa haec sane grammatici ingenii studia. Quod re vera refert, est scire, quemadmodum *usus* linguae diversa themata misceat ad perficiendam declinationem; at de hac re silent. Formas suspectas, ut thema माअरा praeter माआ = मादा et nom. पिआरो praeter पिदा ap. H. Ch. alios-

87, 3; Mr. 142, 5; पिदा Çak. 125, 10; Mr. 303, 7; मादा Utt. 85, 1; Çak. 125, 10; Prab. 16, 10; दुहिदा Rat. 3, 7; रक्खिदा Çak. 48, 11; भट्टा (भत्ता) Vik. 18, 7; M. M. 109, 9.

Acc. पिदरं Vik. 111, 5; 112, fin.; Mr. 196, 2; मादरं Mr. 270, 3; Vik. 112, 8; 121, 9; भादरं M. M. 109, 3; दुहिदरं Vik. 19, 6; Çak. 125, 10; भत्तारं M. M. 109, 3.

Voc. in आ. Rat. 75, 1. cf. §. 54, 5. भट्टा, Mâl.

Nom. plur. भादरो Utt. 8, 13.

2. Thema in उ. *gen.* पिदुणो Mr. 182, 6; M. R. 147, 2; Utt. 50, 3; Vik. 120, 11. भादुणो M. M. 109, ult.; 112, 1; भत्तुणो Vik. 112, 11; 127, 7; etc. *instr.* भत्तुणा Rat. 3, 8; भादुणा M. M. 111, 2. जामादुणा S. S. 232.

3. Exempla them. भट्टि. *instr.* इणा Vik. 18, 8; *gen.* इणो Vik. 19, 3; Çak. 100, fin.; Rat. 20, 5. etc.

4. Thema in र. *loc.* भत्तरे Çak. 106, antep. acc. plur. पिदरे Çak. 156, 10. De दुहिदा, मादा *primae* declin. vid. supr. §. 89, 3.

§. 101. Vocc. in अत्, वत्, मत्.

1. *Casus* Sanscritt. *nom.* भवं Rat. 61, 8; etc. *acc.* भवन्तं Çak. 142, ult.; *instr.* भवदा Çak. 33, 3; *gen.* भवदो Çak. 35, 4; Vik. 23, 2; 24, 11; etc. Sic भअवं, -वन्तं, -वदो, -वदि et *voc.* भअवं Rat. 17, 6; M. M. 23, 5; 18, 14; etc.

2. *Casus* Prâkrr. *nom.* पिक्कमन्तो M. R. 16, 1; चिन्तवन्तो Çak. 85, fin.; *acc. masc.* जाणन्तं, सुणन्तं M. R.

---

que consultius duxi omittere. Addit K. T. nom. sing. in उ, भाऊ = भादू pro भादा et multa alia.

11, 8. aeque bene referri potest ad declin. Sanscr.; *nom. acc. neutr.* महन्तं M. R. 23, 8; etc. *instr.* अवरुक्कन्तेण Mr. 27, 5; *gen.* पिंविद्धन्तस्स M. R. 15, 14; महन्तस्स Utt. 70, ult.; *loc.* महन्ते Çak. 27, 7. *Nom. plur.* खेलन्ता Utt. 73, 2; (pro duali,) तुरन्ता M. R. 127, 8; qui ibidem legitur nom. plur. Sanscrit. उव्वहन्तो a P. ignoratur. *Gen.* plur. गुणावन्ताणं M. R. 17, antep. *loc.* परिहरन्तेसुं M. R. 12, 8. P. pro scriptura C. -हरितेसु.

§. 102. Vocc. in अन् et इन्.

1. *Cass. Sanss. Nom.* राआ Vik. 16, 4; Çak. 37, 2; *acc.* लाआणं (Mâg. pro रा-) Mr. 264, 11; *instr.* रण्णा Çak. 73, 11; *gen.* रण्णो Vik. 38, 10; Çak. 27, 2; *voc.* राअं*) Çak. 29, 5; *nom. plur.* राआणो Çak. 55, 1; M. R. 110, 8. Sic विज्ञअवम्मा, nom. sing. masc. Rat. 85, 10; चित्तवम्मा M. R. 110, 6; *Nom. Sanscr.* जुआ (युवा) Mr. 54, 9; 55, 2; *nom. sing. Prâkr.* जुवाणो Prab. 38, 9; sic nom. plur. पेम्माणा a them. पेम्माण; Vik. 61, 5. P. contra legit पेम्मा a th. पेम्म, at in masc. praestat istud.

Frequentissimi usus est आत्मन्. *Nom.* आपा, अप्पा, अत्ता. Rat. 3, 9; M. M. 5, 9; Mr. 153, 10 etc.; *acc.* आपाणं Prab. 37, 14; अत्ताणं Utt. 13, antep. Rat. 26, 11; etc. *instr.* अप्पणा M. M. 6, 9; Vik. 116, 6; *gen.* अत्तणो Mr. 270, 8; M. M. 12, 13; Utt. 11, 17; 23, 19; आपणो Prab. 12, 10; etc.

Gen. plur. a th. Prâkr. अप्पाणा legitur Prab. 63, fin.; at flagitat emendationem versus.

---

*) Addit S. S. 225. voc. राआ. Idem grammaticus venditat praeterea 237. 238. thema राइन्, unde राइणा, राइणणा, राइणो, etc.

2. *Neutra* in अन् *nom.* et *acc. sing.* Sanscr. retinent interdum: कम्म Utt. 126, 5. plerumque 1mam declin. sequuntur: णामं Vik. 40, fin.; M. M. 6, 14; पेम्मं Vik. 72, 4; Rat. 26, ult.; *instr.* वम्मेण Rat. 80, 2; णामेण Vik. 18, 8; जम्मेण Çak. 139, 4; *gen.* णामस्स Rat. 88, 8; *loc.* कम्मे M. R. 129, 8; *instr. plur.* दामेहिं Mr. 134, 5; at *abl.* sing. जम्मदो Rat. 22, 5. ad जन्मन् referendum est, ut जन्मतस् Sanscriticum; ad 1mam declin. formari debet जम्मादो. कम्माणि plur. praebet Mâl.

3. Nomm. in इन् *Sing. masc.* दंसी Vik. 26, 7; विज्जई Vik. 5, 5; कारिणं Vik. 10, antep.; अणुकम्पिणा Vik. 7, 7; वण्णिणा 99, 9; धारिणो, वासिणो, विहारिणो M. M. 9, 6. 7. *Nom. plur.* भाणिणो Vik. 75, 6; पडिबन्धिणो 7, 8.

Thema in इ. *acc.* हत्थिं Mr. 86, 9; कञ्चुइं Vik. 62, 5; *instr.* -इणा Rat. 91, 6; *voc.* कञ्चुइ, ib. 9.

§. 103. Vocc. in अस् et उस्.

1. Formae Sanscrr. *Nom. masc.* दुव्वासा Çak. 69, 14; *fem.* संकन्तमणा Mr. 57, 1. Referri huc etiam potest अच्छरा Çak. 20, 2; Vik. 18, 11. sed potest etiam esse declin. 1ma. *neutr.* णमो M. M. 165, fin.; *acc.* पुरूरवसं Vik. 48, 12; सिरसा Vik. 36, 12; *loc.* पुरूरवसि Vik. 48, 2; तवसि Çak. 20, 2.

2. Casus Prâkrr. *a*) thema decurtatum: मणं *acc.* neutr. Mr. 61, 9. *gen.* पुरूरवस्स Vik. 27, 3; (etiam cod. P.); तमस्स Prab. 48, 1; रजस्स Prab. 56, 14. *loc.* मणे Mr. 201, 4.

b) *Thema auctum.* Masc. पुरूरवसेण Vik. 7, 12.

3. Vik. 53, 5. legitur in ed. Calc. et cod. P. अच्छरेहिं; nil enotavit Lenzius in app. ad loc. De-

clinatio prima non est; nam iuxta eam formaretur -राहिं. Videtur itaque esse pro अच्छरोहिं ex -रोभिस्. Mutatio diphthongi ओ in ए Mâgadhica est, et ea h. l. statuenda esse videtur. Compara formas prorsus similes *Zendicas* apud *Burnoufium* de Vasishtha p. 18. Similis neutr. et masc. forma huc non facit et feminini exemplum est istud quod sciam unicum. Rat. 91, 2. exstat अच्छराहिं.

4. De vocc. in उस् vid. supr. §. 90, 4. दोहाउ *nom.* Vik. 109, 10; *instr.* दोहायुसा Çak. 40, 9.

§. 104.

De adiectivis.

Pauca tantum de adiectivis addenda sunt; *declinatione* non differunt a nominibus; *motionem* habent Sanscriticam vocabula in अ, i. e. femininum aut in आ aut in ई abit; vocc. in इ et उ nullum ponunt in declinatione discrimen inter femm. in इ et ई, उ et ऊ; vid. supr. p. 306. Quae adiiciunt femm. Sanscritica vocalem ई, eadem forma utuntur in Prâkrita, mutatis tamen Prâkritice mutandis, ut भट्टी pro भर्त्री etc.; themata in उ, unde adiecta voc. ई, Sanscr. fit वी, dissolvunt finem in उई. Supr. p. 181. 122. तणुई, गरुई, लहुई M. M. 33, 4. Comparativus in ईयस् et superlativus in इष्ठ conservantur in nonnullis vocc. ita Sanscritice formatis, भूओ, भूइट्ठ Çak. 25, 9; बलियं p. 159. कणीअसी Mâl. जेट्ठ §. 19, 1. At vere Prâkriticae graduum formae, quae vivunt in sermone, sunt: तर et तम. पिउअदर Vik. 37, 11. = निभृततर. सुन्दरदर Mr. 85, 3. महत्तर Utt. 79, 12. पिअदम Prab. 39, 2.

§. 105.

De numeralibus.

1. एक s. एक्क, ord. पठम, पढम, de quo vide §. 41. nil peculiare habent in declinatione.

2. De *duo* praemonendum est, pluralis inflexiones usurpari in scena ad dualem significandum. Nominativus tamen oritur e duali Sanscritico द्वे, quod दुए s. दुवे fit. Vid. M. M. 168, 11; Çak. 22, 10, M. R. 110, 9; Mr. 292, 2. et ponitur haec forma pro tribus generibus. In masc. etiam दो invenitur e Sanscr. द्वौ, eliso व्. Mr. 195, 8. A themate priori दुव fluit instrumentalis दुवेहिं M. R. 129, 5; Mr. 92, 2; 339, 3; a posteriori grammatici derivant दोहिं, दोह्निो. Var. VI. S. S. 281. et K. T. qui quidem observat, in numeralibus Prâkrr. non distingui genus inflexione.

Thema hoc दो contractio est e द्व, transposito द्व्. cf. p. 179. et rectius distinguitur a nom. दो, cuius व् elisum est. Gen. ab eodem themate fingitur दोण्णं, quod etiam a grammaticis दोण्हं scriptum reperitur. cf. supr. §. 80, 4. et Çak. 53, 14; 72, 1; 83, 15. De ण geminato post ओ cf. supr. §. 20. Invenio denique in S. S. 282. nom. et acc. दोण्हि. Rescribe दोण्णि et explica terminationem ण्णि e nasali intercalata nom. et acc. dual. et plur. neutrorum Sanscrr. तालुनी, तालूनि.

Ordinale est दुदिअ, vid. supr. p. 159. Altera forma a gramm. posita (cf. ind. ad Var.) legitur Çak. 135, 1. बिदिअ. Forma hinc contracta बीअ legitur e Pingala ad Vik. p. 76. दुइज्ज additur in S. S. 82.

3. Nom. neutr. तिण्णि pro तीणि e त्रीणि Prâkritice usurpatur in tribus generibus.*) M. R. 12, 10. तिण्णि पुरिसा; cf. 22, 13; 33,3; 110,8. Addunt grammatici instr. तीहिं, abl. तीहिन्तो, तीसुन्तो, gen. तिण्णं.

Ord. तइअ est, Vid. supr. p. 159. Forma तीअ Vik. p. 76. procedit a तिइअ. तिइज्ज addit S. S. 81.

4. Nom. masc. चत्तारो, neutr. चत्तारि, fem. चतस्सो Utt. 8, 13; Prab. 68, 7. e formis Sanscrr. facile explicantur. Addunt gramm. instr. चऊहिं, gen. चतुण्णं (-ण्ण) etc. De contractione huius numeri cf. p. 176.

Ord. चउट्ठ, vid. Mr. 136, 8. 10.

5. पञ्च M. R. 110,5; ord. पञ्चम Mr. 137, 6. 8.**)

6. छग्गुण, छप्पद p. p. 194. 240. ostendunt formam scenicam numeri *sex*; extra compositionem छ ponitur S. S. reg. 91. cf. Exc. V. Alia, vocali अ aucta et eliso ट्, adiicitur in K. T. nescio qua au-

---

*) Etiam heic S. S. 282. तिण्णि ponit pro nom. et acc.

**) Exhibentur in K. T. praeterea formae hae: पञ्चहिं। पञ्चहिंन्तो। -सुन्तो। पञ्चण्णं। पञ्चसुं। Distinguit porro femininum पञ्चासुं, unde patet, in exemplis feminini legendum esse पञ्चाहिं etc. Sed suo iure haec tradere videtur Râmas iste. Quod maioris momenti est, laudantur formae numeri *quinque* a themata कइ. क(इ)हिन्तो। कइसुन्तो, *gen.* कइण्णं। *loc.* कइसुं। *Instr.* कइं et *nom.* कइणं cum ceteris non consentiunt. Omisissem omnino, si ex H. Ch. non enotassem: दोण्हं(-ण्णं)। तिण्हं। चउण्हं। कइण्हं. पण्णा pro पञ्च cognoscimus e §. 58, *b.* Elisa videtur posthac nasalis, et thema innovatum कइ. Fuitne olim dialectus Sanscritica *ionizans* *K* pro *P* ponendo? cf. *quinque*.

ctoritate. Laudabo formas quas inveni, monito tamen lectore, codicem esse valde negligenter et indistincte exaratum: *nom.* छा, fem. छाओ; additur छआ, nescio quo ponendum; *instr.* छएहिं। छआहिं। छाहिं। *abl.* छअहिन्तो। *gen.* छअपणं। *loc.* छसु। (छासु।) छोसु॥ *)

Ord. छट्ठ vid. §. 29.

7. Pro सत्त, quod e सप्त oritur, in uno composito छत्त dici invenimus. Vid. supr. p. 199. Çak. 17, 1. Ord. est सत्तम Mr. 140, 1. 3.

8. अट्ठ in comp. Mr. 144, 8. Formas अओ। अउहिं। अओहिं in sola K. T. inveni. Ord. अट्ठम Mr. 142, 1.

9. णव pro नव inflectitur ut cetera in K. T. Ord. est णवम Mr. 192, 8.

10. दस e दश in Prâkr. saepe transit in दह. Var. II, 43. Rat. 5, ult. Inflexiones दशेहिं Mr. 66, 3; दशानं (दिश- vox est nihili) ib. 255, 9. Mâgadhice ad 1mam declin. deflexae sunt. Ord. est दसम; nescio an legatur etiam दहम.

11. In numeris composs. usque ad undeviginti दश mutatum in दह porro abit in रह. cf. §. 59, 4. एआरह, बारह, तेरह. Var. II, 43. पण्णारह III, 44. अट्ठारह Vik. 76, not. Excipe चउद्दह, supr. p. 176.

12. पञ्चाशत् fit पण्णासा Var. III, 44; de ceteris docet S. S. 192. विंशत्यादौ उआदिलुक्। वीसई। तीसआ। शत fit सअ, सद, सथ, ut debet; pro सहस्र dicitur सहस्स. Prab. 4, 4.

---

*) Praeterea invenio: खष् भिस्सुपोश्च। i. e. instr. et loc. poni thema ख. Temporis est hoc recentioris, postquam ष per ख efferri incepit.

§. 106.

De pronominibus.

1. Pronomina Prâkritica partim inflexionibus nominum utuntur, partim sibi peculiaribus; in qua re praecessit etiam Sanscrita. Illas repetere nolo, has nunc persequar.

2. *Nom.* sing. neutr. nasalem ponit pro द् Sanscr. Nom. masc. Sanscriticum conservant स et एस, praeterea सो et एसो.

3. *Instr.* sing. masc. et neutr. praeter inflex. 1mae declin. in णा, mutato अ in ए, formatur in णा, ex. gr. इमेणा, इमिणा, एदेणा, एदिणा; additur forma in इणा, तइणा, कइणा, जइणा. Illa forma est thematis in इ, de quo infra dicemus; haec ex antiquiori inflexione तेणा etc. dissoluta videtur.

4. In *ablativi* forma masc. et neutr. ponitur कद्दो, कद्दु, etiam कत्तो, कत्तु; scripturam inde orsam reor, quod ad normam nominum productus sit finis thematis ante inflex. तो; sed pro longa vocali in pronominibus posita sit geminatio consonantis. तद्दो, जद्दो, कद्दो oriuntur e Sansc. ततः, यतः et कतः pro कुतः; cf. S. S. 247. Scriptura काद्दो etc. femininis vindicanda est, si bene docet K. T.

5. Formae *genitivi* magis variantur. Cum nominibus स्स ponitur pro स्य Sanscr. at admittitur alia scriptura कास. A gen. originem traxit praeterea forma, quae ad loc. a Var. et S. S. 242. refertur, काहे, i. e. ह pro स् et ए pro य. cf. §. 26, 4; §. 29., producta vocali thematis, ut conservetur quantitas. Haec ponenda est explicatio, si recte

ad masc. et neutr. refertur haec inflexio; suspicari enim posses propter productam vocalem आ esse formam feminini. Consentit cum hac opinione quod formae किस्सा, कीसे feminino tribuendae sint; S. S. 243. की thema est fem. et स्सा assimilatio est terminationis Sanscriticae स्याः, adiecto स्सा corripitur ई thematis. से contra contractio est terminationis स्याः. A recentioribus eaedem formae repetuntur a thematis in अ, ut कासे et कस्सा, pro quo saepius at falso scribitur कास्सा; videtis काहे et कासे ad eandem formationem pertinere. Praeter काहे S. S. 242. etiam कहिआ i. e. कस्याः. Gen. masc. et neutr. a thematis in इ omittitur a Var. sed arguit eius existentiam usus. Gen. in ह pertinet ad pronomm. 1mae et 2dae pers.

6. *Locativi* masc. et neutr. formae pronominales स्सिं, स्सि et inversa ratione म्मिं, म्मि nulla egent illustratione; हिं in कहिं, तहिं, जहिं oritur e स्सिं, mutato sibilo in ह (vid. §. 79, 6.); id anomalum est, quod non काहिं, sed कहिं scribatur; at abhorret productio vocalis a masc. et neutro. Addunt grammatici त्थ i. e. त्र; vid. §. 73, 2, *b*.; त्र iam Sanscritice pro locativo ponitur; vid. ad Hitop. II, p. 19. Productio vocalis finalis, ex. gr. सव्वत्था, reiicienda videtur, etiamsi saepius apud Var. obvia. Denique invenio formam in इआ, ex. gr. कइआ, cum काहे associatam. Inde suspicor, esse femin. et derivandam ab instr. कया.*)

*) Omisi formas quasdam a bono nugatore Râma exhibitas, qui dum ingenio suo indulget, grammatices saepius obliviscitur.

7. *Instr.* gen. loc. fem. praeterea utuntur inflexionibus nominum i. e. आ, अ, ए, इ.

8. *Nom.* plur. masc. retinet formam Sanscr. इ, unde के, ते etc.

9. *Gen.* aut formam nominalem assumit ताणं etc., pro qua scribitur apud Var. ताणा, ita ut non correpta sit vocalis, sed abiecta nasalis finalis. Forma pronominalis Sanscr. सां, षां, quae mutari debuit in सं, levissimam induit vocalem इ et fit सिं.

10. Hinc consequitur, ut pronomina Prâkritica vix nominibus inflexiones impertiant suas ut fit in aliis linguis; solum locativum pronominalem nomini attributum, pronomini conservatum invenimus; conservatam praeterea formam pronom. in nomin. masc. plur. et gen. sing. fem. In gen. plur. forma nominalis saepius legitur, quam pronominalis.

§. 107.

De thematis pronominalibus.

1. Pronomina simplicia त, क, न cum derivato एद, in Prâkrita praeter formam in अ aliam induunt in इ. Olim ad femininum restricta fuisse videtur haec vocalis debilitatio; सी pro सा et acc. सीं e Vedis (Ros. Rig. Sp. p. 2. etc.) nota sunt; in Prâkrita huic formae respondent themata ती, ई, की, a quibus praeter nom. et acc. sing. et plur. omnes casus a grammaticis derivantur. Ad solum neutrum किं ultra extenditur haec extenuatio in Sanscrita; in Prâkrita, prorsus ut in lingua Zendica, praeterea casus alii masc. et neutrius a themate

in इ derivati reperiuntur, tum pronom. interrogativi, tum aliorum. Exhibui in tabula omnes, quae a grammaticis prolatae sunt inflexiones, additis casibus, qui a themate in इ descendunt, et omissis tantum eis formis, quae idoneo testimonio non gaudent. Exemplum posui ज, relativum. Quae ceterorum sint inaequalitates tum in inflexione, tum in thematum variatione, singulatim indicabo, exemplis simul stabiliturus formas quasdam exquisitiores.

§. 108.

Themata त, एत, क, ज, न.

1. *Nom. masc.* सो, rarius स, Vik. 115, 8., *fem.* सा supplet locum obsoleti nominativi thematis त, ut in Sanscrita. *Nom. neutr.* तं Mr. 3, 4; 5, 5. quae forma est *acc.* est pro tribus *genn.* ex. gr. *fem.* Vik. 19, 1. — *Loc. sing.* तस्सिं M. R. 26, 1; तत्थ M. M. 45, 9; तहिं Mr. 14, 15; M. M. 9, 6; *Abl.* तदो refertur ad *fem.* ibid. l. 9; praeferrem तादो. — तस्सा *gen. fem.* M. R. 16, 3; ताए pro *gen. fem.* Mr. 171, fin.; Rat. 41, 6; pro *instr.* ib. 84, 11; M. R. 16, 5. — *Plur.* ते M. R. 145, 2; ताइं Utt. 40, ant.; ते de duobus Utt. 130, 9; *fem.* ताओ M. M. 31, 4; ता hoc casu mendum est haud rarum, Prab. 39, 3; etc. — तेहिं Prab. 10, 9; तेसु M. R. 12, 7; तासु M. M. 46, 1; ताणं Utt. 50, 2; *fem.* Prab. 39, 1; etc.

Pro त interdum legitur द; cf. p. 197. दे Utt. 49, 5; देण K. P. 64, 4; etc. ता pro तत् dicitur, si est *ideo.* Mr. 6, 5; Prab. 10, 12; etc. Rarum est thema ती; K. P. 162, 10; Mr. 336, 5. तीए.

2. एस. *Nom. sing.* एस et एसो. Vik. 5, 7; 25, 10; S. S. 199. *fem.* एसा Vik. 58, 7; 63, 1. Pro neutro एदं Utt. 45, 3. 5. Rat. 25, 10. legitur एवं M. M. 23, 5; et एदे Utt. 11, 9. utrumque falsum. — एदिणा Mr. 16, 3; Rat. 25, 5; etc. एदस्स Utt. 45, 9. *) — एदा mendose pro एदाओ M. M. 89, 13, C. — एदाहिं Utt. 57, 16; at mox lege वाआहिं. — एदाणं *masc.* Utt. 17, 15; 81, 10; *fem.* Rat. 8, 7. *Abl. sing. m.* et *neutr.* dicitur a grammatt. एदादो, -दु, -हि, non एदत्तो, ita ut nullum discrimen sit a *fem.* Adduntur Var. VI, 20; S. S. 249. formae एत्तो, एत्तो, एदो et *loc.* एत्थ, elisa syllaba द; cf. contra p. 129.

3. Sanscritice oritur thema defectivum एन a न, ut एत a त; nempe in hac serie demonstrationis ष, त, न, significat न *remotissimum;* testes sunt negatio न et comparatio न in Vedis. Rosen. Spec. p. 7. Prâkriticum एण nullum esse videtur, invenitur contra ण. Rat. 23, 5. णं, *acc. sing.* add. Vik. 17, 1; M. R. 79, 9; et *fem.* ib. 14, 3. Noli hoc confundere cum णं pro ननु. p. 173. Elisum videtur ए, cf. p. 172. nam positio est huius voculae post verbum, a quo regitur. Alii casus adduntur in K. T. ex. gr. णेहिं, etc. quos nondum eruere contigit.

4. क. Substituit, ut Sanscr. *nom.* et *acc. sing. neutr.* कि pro क, unde किं. Prab. 38, 3; 39, 3; Vik. 27, 3; etc. कि Çak. 46, 1. mendum est; को pro किं

*) *Fem.* एदस्सा restituendum est Vik. 61, 3. C. = एदस्सिं एदस्या; P. = - - एदस्स. Codd. ap. Lenz. aliter. Locat. ad regem, *gen.* ad reginam pertinet.

cf. p. 226. — कं *acc. fem.* Vik. 38, 2. का pro काओ Çak. 15, 13. falso. —

कीस *gen. sing. neutr.* Mr. 184, 3; 287, 6; M.M. 116, 9. sensu *cur, cuius rei ob caussam.*

5. तस्सा *gen. sing. fem.* Mr. 325, 6; sed parcendum est chartae.

§. 109. *De* इदं.

1. *Nom. sing. masc.* अयं, *fem.* इअं e Sanscr. fluxit. Çak. 11, 10; 12, 1; 13, 1; 14, 2.

2. Thema इम,*) Sanscritice defectivum, testibus nonnullis grammaticis per omnes casus Prâkritice inflectitur; *Nom.* इमो, इमा, इमं etc.; ab aliis defectiva ponitur declinatio. Recurrit heic thema in इ, इमि, *fem.* इमी. Praestat laudare exempla:
इमं *nom.* et *acc. s. neutr.* Çak. 55, 13; M. R. 112, 13; 115, 7. *Acc. fem.* Rat. 20, 2; *instr.* इमिणा Vik. 30, 9; 35, 1; Rat. 40, 5; 5, 14; *fem.* इमीअ Çak. 99, 9. इमेण apud grammatt. tantum inveni.
इमादो Rat. 70, 5; 32, 1; M. M. 85, 12; इमस्स Vik. 61, 7; इमस्सिं Vik. 16, 4; Rat. 27, 14; *fem.* इमाए *instr.* Rat. 3, 9; *abl.* Rat. 26, 4; Vik. 19, 7; *gen.* Rat. 40, 8; *loc.* Rat. 81, 8. — इमे *n. plur. m.* Mr. 139, 15; M. M. 57, 1; Vik. 56, 2; इमा, corrige. इमाओ Mr. 139, 15; इमाइं *n.* et *acc. n.* Rat. 26, 9; 56, 9. (C. -ई). — इमेहिं Vik. 62, 2; M. R. 130, 7; इमाणं M. M. 114, 4; इमेसु M. M. 56, 6.

3. A grammatt. profertur praeterea *n.* et *acc.*

---

*) एमे K. P. 5; ant.; 17, 14. suspecta mihi est forma.

sing. neutr. इणं, immo इणमं; tum *gen.* et *loc. s.* इदमस्स et इदमस्सिं, a themm. इण, इणम et इदम.

4. A them. अण, Sanscr. अन, recurrit *instr.* अणेण. Vik. 55, 3; M. R. 23, 12; etc.

5. A themate अ remanent अस्स = अस्य, अस्सिं = अस्मिन् ap. gramm. Genitivi forma decurtata et contracta est से *) (cf. p. 179;) quae tribus generibus communis est. Var. VI, 11; S. S. 246. *Masc.* est est Vik. 16, 11; 63, 5; etc. *fem.* Mr. 110, ult.; 208, 8; etc. Haec origo est voculae; usum si respicis, recte monet H. Ch. eam etiam poni pro *genn.* तस्य, एतस्य, तस्याः, एतस्याः.

§. 110. *De* अदस्.

1. Huius pronominis, cuius formae Sanscrr. e variis themm. derivantur, nulla exempla e libris enotavi. Quae exhibeo, a gramm. sistuntur.

2. Ex असौ fluit *nom. sing.* decurtato fine et mutato स in ह. *Masc.* अह पुरिसो, *f.* अहा महिला, *n.* अह (-हं?) अणं. Var. VI, 24. S. S. 256. Tribus generibus अह praebet H. Ch.

3. Per omnes casus ad 3tiam decl. declinatur thema अमु. अमू परिसो। अमू महिला। अमुं अणं। *Pl. masc.* अमू *f.* अमूओ, *n.* अमूइं. *gen. sing. m.* et *n.* अमुस्स, *gen. pl.* अमूणं etc.

---

*) Cum से comparandum est Zendicum *hê*, cuius plenior est forma *ahê*; ad superiora conferenda sunt themm. Zendica in *i*, ut *yim*, *dîs* (cf. supr. द pro न) et plenior thematis *ima* inflexio. Sed comprimo et heic et alibi comparandi studium.

§. 111.

De pronomine secundae personae.

1. Exhibentur a Var. et Kramad. hae singularis formae:

Nom.	तं	तुमं	
Acc.	त्तं (S. S. तं)	तुमं (S. addit तु)	
Instr.	तए, तइ,	तुमे, तुमए, तुमाइ (V.)	ते, दे
Abl.	तत्तो, तइत्तो,	तुमा, तुमाद्दो(दु), तुमाहि.	
Gen.	तुह, तुज्झ, तुम्ह,	तुमो, तुमह (S. S. ubi etiam तुब्भ, praeterea Var. तुम्हा; uterque voluit तुम्भ).	ते, दे
Loc.	तइ, तए,	तुमे, तुमए, तुमम्मि.	

Omitto variationes in K. T. propositas, ut तुइत्तो et तइत्तो; cf. §. 75. Forma त्तं *acc.* nil esse potest, nisi forma enclitica.

2. Prima series exhibet formas e Sanscrr. more solito progenitas; तए proprie est त्वया et तइ e त्वयि. cf. §. §. 26, 4; 45; 75. तत्तो est त्वत्तो. तं pro त्वं et त्वां explicat §. 23, 3. तइत्तो oritur e loc. तइ, prorsus ut formae abl. plur. vid. p. 310. De genitivi formis cf. §. 50.; §. 80, 5. ते et दे per se patent.

3. *Nom.* तुमं oritur e तुं pro त्वं, addito iterum fulcro pronominum finali अं. Hinc novum thema तुम, cuius variationes sunt तुम् (in *gen.* तुमो) et तुमक; (cf. §. 89, 1. et युष्माकं, अस्माकं); ad postremum pertinet *loc.* तुमए *) pro -के; nam *loc.* et *instr.* Prâkritice

---

*) Si instr. esset ab origine तुमए, coniici posset, esse contractam formam तुमया iuxta analogiam त्व-या e तुम fictam; at desunt exempla instr. Prâkritice innovati in या.

permutantur. De forma तुमाइ, quae suspecta mihi est, in varias partes disputari potest.

4. E libris haec selegi exempla:

Nom. तुमं Vik. 13, 4; Rat. 3, 6; 17, 10; M. R. 32, 4; etc. तुवं (cf. §. 75, 1, *a.*) M. R. 10, 10. C. contra P. तुमं. Recurrit Prab. 66, 4.

Acc. तुमं M. M. 31, 5; Utt. 63, 12. etc. दे Mr. 170, 1. redditur per त्वं, falso.

Instr. तए Vik. 34, 6; 38, 1; Utt. 52, 3; 122, 11; etc. तुए Utt. 15, 5; M. M. 115, 4; M. R. 110, 5; तुमए M. M. 41, 8; 106, 12; तुवया Çak. 23, 13. si bene se habet, oritur e त्वया iuxta §. 75, 1, *a.* eliso य्.

Abl. तत्तो Çak. 8, 16;

Gen. Sanscriticus तव M. R. 10, 6; 125, 7; Rat. 54, 1; hinc तुव (cf. p. 127.), pro quo etiam तुब. Prab. 37, 14; M. M. 10, 9; Rat. 42, 4; Mr. 45, 7. तुह Vik. 62, 9; 113, 5; etc. तुज्झ Çak. 52, 11; Mr. 193, 2. (ज्झ mendum est); 201, 4. ते, दे Çak. 56, 10; Vik. 4, ult.; 8, ult.; Utt. 4, 13. etc.

Loc. तइ Vik. 40, 7; तइं Vik. 116, 2, C. mendum est; तुइ Mâl. haud semel; तुमम्मि K. P. 109, 17.

5. Thema pluralis innovatum est e तु pro त्व, addita intercalatione pronominali स्म = म्ह; inde तुम्ह, cuius alia scriptura est तुम्म; cf. §. 80, 4; alia forma तुम्भ, ib. 5. तुम्हे M. M. 83, 16; 167, 9. mendum est. Declinatio regularis est; cf. Prab. 9, 5; Utt. 16, 7; 17, 6; M. R. 108, 12; 140, antep. Vik. 67, 3; M. M. 5, 9; 67, 6; 141, fin. Excludunt gramm. *gen.* in सिं. In compositione ponitur तुम्ह M. M. 7, 11.

Addunt gramm. thema तुज्झ, eodem modo in-

flexum; oritur e genit. sing. Praeter S. S. et K. T. nullibi exempla exploravi.

Pro accus. et genit. usitatur etiam Sanscriticum मो, Çak. 19, 5. etc.

§. 112.

De pronomine primae personae. *)

1. Singulari hae ascribuntur formae:

Nom. अहं (V.), हं (V. et S. S.); अहम्मं (V.), अहम्मि (V. अहम्मि K. T.)
Acc. मं; अहम्मि V.; अहम्मि et अम्मि S. S.
Instr. मए, मइ, मे;
Abl. मत्तो, मइत्तो;
Gen. मम, मह, मज्झ, मे;
Loc. मइ, मए;

Acc. ममं. *Abl.* ममादो, ममादु, ममाहि. *Loc.* ममम्मि, (ममाइ K. T.).

2. Si comparatur तुमं, videtur अहमं esse pro अहमं. Ad अहम्मि-म्मि explicandum, ignoro, utrum refugiendum sit ad vetus encliticum इद् (Rosen. Rigv. Spec. p. 24.), an coaluerit verbum substantivum म्हि cum अहं; at ponitur eadem forma pro accusativo et म्मि locativum redolet. हं referendum videtur ad formulas सो हं, को हं etc. A genit. मम oritur thema novum a quo *acc.* *abl.* et *loc.* derivantur. Ceterae singularis formae eandem habent explicationem atque eae, quae in 2da persona eis

---

*) Desiderantur in cod. Vararuchis regulae ad casus inde ab accus. sing. seqq. lacunam explevi e S. S. Addidi nonnulla e K. T. alia nimis suspecta omisi, ut *gen.* et *loc.* *plur.* अम्होण, अम्होसु. Prioris loco praebet tamen S. S. अम्हाणो.

respondent. Pro मज्झक prius dictum fuisse debet मज्झ. Quum मे et मइ ad instr. et loc. referantur, hoc de *usu*, non de *origine* intelligendum est.

3. Exempla haec afferre iuvat:

Nom. अहं Vik. 18, 10; etc.

Acc. मं Vik. 67, 1; M. R. 99, 3; Utt. 44, 13; 15; मे Vik. 111, 8. falso enarratur per मां; est genitivus. मां pro मं peccatum est haud rarum; Vik. 9, 7 etc.

Instr. मए Rat. 19, 2; etc. Mr. 303, 10. male editum est मये; मश्रा i. e. मया legitur Çak. 85, 3, at vix recte; in eadem linea exstat मए.

Gen. मम Vik. 19, 6; 63, 5; Utt. 4, 13; 44, antep.; etc. मे Utt. 44, 9; Rat. 3, 9. etc. मह Rat. 3, 6; M. M. 112, 1; M. R. 22, 15; Mr. 200, fin.; proprie forma est Mâgadhica. Exempla *ablat.* et *locat.* e dialecto praecipua ad manum habeo nulla.

4. Thema *plur.* अम्ह est Sanscriticum अस्म; ponitur in composit. ut M. R. 26, 8. et huc refer *gen. plur.* अम्ह, qui a grammaticis sistitur. Inflexiones sunt pronominum: अम्हे *nom.* et *acc.* Prab. 68, 7; Utt. 4, fin.; M. M. 170, 7; *instr.* M. R. 125, 5; 106, 2; M. M. 18, 14; *gen.* Vik. 42, 7; 100, 10; Rat. 17, 4; etc. *Loc.* a grammatt. traditur अम्हेसु; contra legitur Mâl. अम्हासु; recordatus est scriba अस्मासु, at vix tempore iusto.

णो = नः *gen.* et *acc.* invenitur; Vik. 55, fin.; Çak. 55, 2; etc. Genitivi formae: अम्हो et अम्हाणो S. S. 278. aeque atque अम्होणा K. T. suspectae mihi sunt. Additur मज्झाणं s. -ण, a *gen. sing.* मज्झ, praeter quam

formam etiam alias eiusdem thematis inflexiones inveniri, facile crediderim.

§. 113.

De pronominibus possessivis.

Ponuntur genitivi pronn. personalium pro possessivis, ut fit Sanscritice; reflexivum trium personarum est आत्मन्, cuius genitivus etiam de possessione usurpatur. Nota constructionem Prâkr. saepius quam Sanscr. obviam: अप्पा तुम्हेहिं णिओइज्जदि M. M. 5, 9. «Ipsum tuum a te applicatur ad hoc negotium» pro: tu temet applicas. Possessivum reflexivi est praeterea Sanscr. स्व, quod स audit, interdum सक. Mr. 35, 1. etc. सअं indeclinabile est स्वयं. Vik. 18, 9 etc.

§. 114. सर्वादि.

De vocabulis pronominalibus, quae सर्वादि a grammaticis Indicis dicuntur, nil restat dicendum. Eorum catalogum exhibet K. T. desiderantur quaedam e numero eorum, quae laudantur in grammaticis Sanscriticis, at nonnulla iam Sanscritice paene obsoleta sunt. In declinatione non discrepant a pronn. nisi fortasse in eo, quod *loc. sing. masc.* et *neutr.* in ए admittant. Mr. 191, 7. 8. दक्खिणे, उत्तरे; at ab his ne Sanscr. quidem aliena est haec forma. *Loc.* अवराम्सिं Rat. 25, fin. — अवराम्स Prab. 39, 7. mendum est pro -म्सिं; M. R. 126, 3. — *Plur.* सव्वे, सव्वाइं Utt. 73, 1; 75, 15 etc.

§. 115.

De derivatis e pronominibus.

De composs. cum दृश et दृक्ष cf. p. 115. De vocc. quantitatis in ति vid. p. 125; कियत् p. 221.

CAPUT QUINTUM.

De coniugatione.

---

§. 116.

Vel maiorem quam declinatio passa est coniugatio Sanscritica ruinam in sermone scenico. Ut taceam formas etiam in docta loquela rarius usitatas, conditionalem, aoristum, futurum I, in Prâkrita praeterea obsolevere imperfectum atque perfectum; et vix existere dici potest potentialis. Frequentantur praesens, imperativus et futurum II; personae paucae quaedam superstites sunt potentialis et precativi. Praeteritum tempus participiis cum copula constructis significatur. Quae ratio iam in Sanscrita vulgari praevalet, ex. gr. in Hitopadesa, librisque similibus, et hodiernas linguas provinciales pervadit.

Medium (*Atmanêpadam* dicunt Indi) haud prorsus procubuit, at raro obviam sese fert; desunt plures quam exstant mediales praesentis for-

mae, et certa non est discriminatio eius ab activo; pleraque verba media in activam vocem migravere; futurum medii prorsus evanuit, remansit imperativi sola 2da sing.

Susperstes est vox *passiva* et inter genera verbi derivati *caussativum*, cuius formae sunt duae, innovata altera a Prâkrita.

Tres distinguuntur in utroque numero personae; abest a verbo veluti a nomine *dualis*.

Nominales verbi formae remanent, gerundium, infinitivus, participium praesentis act. med. et passivi, denique partic. praeteriti passivi et particc. futuri passivi. Hae verbo formae attribuuntur a Vararuche, qui rectius hac in re agit, quam grammatici Pâlici, qui tota doctae linguae coniugatione sermonem depravatum donare velint, at arguit usus contra doctores.

Confundit Prâkrita classium diversarum rationem et tendit omnia verba ad unam eandemque inflexionis normam reducere; simile quid factum scimus in nomine. Vid. supr. §. 91, 4. Nam ea verba, quae in Sanscrita inflexiones sibi adiungunt sine intercalatione vocalis, in Prâkrita vocalem interserere solent; accedit amissa *Gunae* conscientia (cf. supr. §. 21.) a quo magna coniugationis Sanscriticae pars pendet, aliaeque caussae quae posthac explicabuntur. Vere Prâkriticae coniugationis classes sunt tantum 1ma cum qua VIta confunditur, IVta et Xma.

Primum exponamus, quae sint verbi Prâkritici terminationes, et primum quidem praesentis

§. 117.

De praesenti.

1. Inflexiones praesentis hae sistuntur a Vararuche VIII, 1. 2. 3. 4. 18. 19. Censentit S. S. 287-293.

Act. *Sing.* 1. मि. 2. सि. 3. दि s. इ. *Plur.* 1. मो, मु, म. 2. ह s. त्थ.
3. न्ति, v. न्ति.

Med. *Sing.* 2. से 3. दे s. ए.

Prima sing. medii omittitur a Vararuche et legitur sane rarissime ac potius doctrinae scriptoris quam sermonis usui attribuenda est. 3tia plur. activi et in exemplis et in regula sine nasali apud Var. exhibetur.

Singulatim haec nunc enarremus.

2. Origo 1mae et 2dae pers. sing. per se patet; मे pro 1ma sing. med. ex H. Ch. enotavi, at vix aliud est quam mendum scripturae. Nam forma tam vetusta et nullibi in Sanscrita superstes, vix in Prâkrita remansisse credi potest. De tertia sing. dictum est §. 37. ति non apte poneretur, siquidem त tantum restat, quum antec. consonanti fulciatur, ex. gr. अस्ति; at hinc अत्थि fit, aliisque modis alias mutatur त; forma युनक्ति similesque obsolevere, ita ut terminatio ति omnino exsul facta sit a scena. मस् Sanscriticum tres progignit formas Prâkrr. मो, मु, म; vid. supra p. p. 150. 167. Sed praeter has formas addit H. Ch. serioresque et recte quidem म्ह, म्हो pro 1ma pers. plur. Utraque forma est 1ma plur. verbi substantivi Sanscr. स्मः, स्म, uti dudum explicui. *) म्हो rarius legitur

*) Essai sur le Pali p. 181.

quam म्ह et quae additur forma म्हि 1mae sing. eius incerta tantum vestigia hucusque indagavi.

3. 2da plur. oritur e Sanscr. थ et confusa est norma Sanscr. quae diversis temporibus attribuit 2dam plur. tum in थ, tum in त. Posteriorem formam absorbuit in Prâkr. prior. थ rarissime conservatur, vid. §. 40, et suspecta est scriptura; ध et ह inde pari iure oriuntur; थ si retineri debet, adiungit sibi fulcrum cognati त, hinc त्थ, quae forma etiam Palica est; *) rationem huius scripturae dedi p. 155. supr. त्था ponit Vararuches pro त्थ; S. S. praebet त्थ. Pro ध saepe legitur धं, rarius हं, adiecto Anusvâra finali; cf. p. 226. Cohaeret augmentum hoc cum vi appellationis, quae insidet 2dae personae; compara vocativum in ं. supr. §. 97. E forma mediali Sanscr. ध्वं ne explicare studeas formam धं, vetat hoc, quod nullibi exstat scriptura ढं. Dixi 1mam sing. medii suspectam esse ob silentium Vararuchis; addam asseverari a grammatico, nunquam poni ne से et ते quidem, nisi in eis verbis, quae terminationes themati adiiciant ope vocalis अ; dici potest सहसे, omnino non पासे.

4. 3tia *plur*. audit न्ति et nescio cur a Var. ponatur ति. Voluitne indicare, न्, quod in hac persona interdum perit Sanscritice, (vid. Boppii, Viri clar. gramm. crit. §. 306.), vel saepius elidi in Prâkrita? cf. Var. VII, 3; atque opinio esse videtur grammatici, post elisam nasalem 3tiae plur.

*) Cl. gr. p. 99.

conservandum esse त, non mutandum in द. Quae coniectura si bene sese haberet, scribendum esset pro 3tia *plur.* न्ति, न्ति, pro *sing.* दि s. इ; at ponunt scribae etiam in *plur.* दि.

§. 118..

De potentiali.

Potentialis Sanscriticus vix existere dici potest eiusque munus imperativo attribuitur. S. S. 3, 2. सिङ्लोटोः स्थाने etc. Ponam tamen h. l. exempla potentialis, monito tamen lectore, esse reliquias vetustioris linguae poetis Sanscritice doctis attribuendas; nam abest potentialis Sanscriticus a cantilenis, quae propius ad vulgarium hominum sermonem accedunt. लहेयं i. e. लभेयं Çak. 28, 7; भवेयं Vik. 54, 2; मोच्चेश्चं, जीवेश्चं Mâl.; et pro 1ma pers. भवे ibid.; 3tia saepius legitur: भवे Vik. 8, 8; हरे 4, 14; et भवे pro 3. plur. ib. 33, fin. Scis has esse Kâlidâsae fabulas. Rarius ceteri usurpant, at faciunt tamen; cf. Rat. 14, 2; etc. 2da plur. videtur interdum legi, si ante ध est ए; ex. gr. भणेध. At quum haec forma et praesentis esse potest et imperativi, fallit potius species. ए ante terminationes verbales in Prâkrita aliam plerumque habet originem et vel propter hanc rationem eversa est ratio potentialis in hac dialecto. In Xma. classi ultro distingui nequit et nulla leguntur exempla, nisi e class. Ima et VIta. Accedit silentium grammaticorum. His itaque expeditus sit potentialis.

§. 119.

De imperativo.

1. Formae hae sunt: *Act. sing.* 1. म्म. 2. स्स. 3. दु s. उ. *Pl.* 1. मो. 2. ध, धं, ह. 3. एण. S. S. 312-314.

2. 1ma *sing.* Kramadîçvarae debetur (हसम्म, *rideam*) et suspecta est. 2da *sing.* aut nulla indicatur terminatione et in अ vocalem exit, quae superstes est post abiectam terminationem vetustam, ut Sanscritice fit in cl. 1ma cognatisque; aut medialem formam Sanscr. स्व mutat plerumque in स्स, rarius in सु, rarissime in सो. cf. supr. p. 179. Praeterea usurpatur Prâkritice antiqua inflexio धि, mutata in हि, in verbis class. Imae, IVtae, VItae et Xmae. Paucissima exempla sunt conservatae formae Vtae cl. Sanscriticae, ut सुणु, i. e. शृणु. Producitur fere semper vocalis अ ante हि.

3. De 3tia *sing.* दु s. उ cf. quae de दि et इ praesentis dixi; 3tia *plur.* audit in libris न्तु et male exaratum est in S. S. एण. Ut ति = दि pro plurali interdum ponitur (supr. §. 117, 4.) ita etiam दु; ex. gr. Vik. 56, 2. सेवीग्रदु C. refragante tamen codice P. *) — 2da *plur.* ह, ध, etc. proprie praesentis est; vid. supr. 117, 3.

4. 1ma *plur.* utitur terminationibus praesentis; मो ponit grammaticus; पविसामो, *intremus.* Mâl. Usus praefert म्ह. Vik. 4, 11. गच्छम्ह, *eamus*; l.

---

*) Solus est non Kâlidâsas, sed sciolus quidam, qui 3tiam sing. med. तां conservavit in pass. विचीग्रतां Vik. 41, 6. P. = विचीग्रदु.

12. करेम्ह, *faciamus.* म propius ad veterem formam accedit: णिवारेम, *impediamus;* अपक्कमाम, *abeamus.* Mâl.

§. 120.

De adiectione inflexionum.

1. Ea ratio Sanscritica, iuxta quam inflexiones themati adiiciuntur ope vocalis अ intercalatae, sola est, quae vere Prâkritica habenda est; altera, quae vocalis auxilium repudiat, vix remansit, ut mox patefacere conabimur.

2. अ et in 1ma *sing.* et *plur.* आ usurpatur etiam in Prâkrita. Sed corripi potest in 1ma pers. Sin autem corripitur penultima in 1ma *plur.*, exulat terminatio मो. In 2da *plur.* ante त्थ S. S. अ ponit, इ iniungit Vararuches et litem dirimere nequeo. In 1ma *plur.* ab utroque इ admittitur, praeter अ et आ, ante terminationes मो et मु. Var. VII, 3. 18. 19. S. S. 328. Hinc oritur schema.

Sing.	1. सहामि s. सहमि.	*Pl.*	1. सहामो s. सहामु s. सहाम.
			सहिमो s. सहिमु s. सहम.
	2. सहसि		2. सहध s. सहधं s. सहह.
	med. सहसे.		सहत्थ (s. सहित्थ).
	3. सहदि s. सहइ.		3. सहन्ति.
	med. सहदे s. सहए.		

Observa formas minus Sanscriticas in prosaria oratione vix legi et poetis esse proprias.

3. In omnibus personis substitui potest ए pro अ. Var. VII, 22. S. S. 323. Corroborat usus doctrinam grammaticorum, sed haud dubie rectius dicetur, tralatam esse normam Xmae class. Sanscriticae ad classem Imam et VItam. Nam ex con-

tractione syllabae श्यू oritur ए; cf. §. 26, 3. Ad ipsam decimam classem tamen haec verba non referas, siquidem non adsunt cetera Xmae classis signa. Dicitur Prâkritice करेदि, non कारेदि, quod foret caussativum; ita etiam मुञ्चेदि est verbum simplex, मोचेदि est Xma class. et causs.

4. Ponam nunc exempla coniugationis et simul ostendam, quae verbi classes Prâkritice retineantur, quae aut omnino aut partim cum aliis confundantur.

§. 121.

I. Ima cl. *Praes. Sing.* 1. हरिस्सामि Utt. 16, 12. = हर्षामि. वत्तामि Utt. 8, fin.; पेक्खामि = प्रेक्षे Mr. 3, 20. गच्छम्हि Mâl. I. 2. सोहसि Utt. 9, 15; पेक्खसि Vik. 9, 7; वत्तसि Çak. 126, 8.*) 3. सोहदि Mr. 3, 8; वट्टदि Mr. 3, 6; रोचदि (रुच) Mr. 13, 7; रेचइ K. P. 6, 6. (रिच); हरइ K. P. 4, 1. Habetis simul exempla activi pro medio positi.

Plur. 1. चरामो M. M. 105, 4; झीम्बामो M. R. 9, 6; पामामो M. R. 106, 10; ubi P. पामिमो. वत्ताम Prab. 68, 8; चिट्ठम्ह M. M. 118, 3. 2. पेक्खध Mr. 84, ult.; Çak. 13, 9; भणाध Utt. 82, fin. (scholl. falso भणातं). 3. सरन्ति Mr. 48, fin.; हवन्दि Mâl. IV. cf. §. 59, *c.* हवन्ति Prab. 44, 13.

Imper. 2. *Sing.* ओसर Vik. 10, 10; चिट्ठ Mr. 17, 9. परित्ताआहि Çak. 142, fin.; होहि Vik. 7, 7. (pro भवहि); भणपाहि Çak. 135, 8. (rectius भणाहि) Mr. 277, 4. लम्बस्स Çak. 131, 5; पेक्खस्स M. M. 89. पामस्स Çak. 82,

---

*) होहि pro 2. sing. praes. Vik. 42, 9. recurrit in P. Lenzius silet.

11; दिक्खस्सु Prab. 58, 18. = दीक्षस्व. स्सु eandem habet originem atque longa vocalis ante हि, in accentu antepenultimae. Nam स alterum non est pro व, quod in उ latet. Idem valet de स्सो in पेक्खस्सो Prab. 45, 10. (Sic corrigo.) Alia exempla non enotavi.

3. *Sing.* आरोहदु Çak. 36, 9. वड्ढदु pro वर्धतां Mr. 12, 5. Prima pluralis a praes. non differt. Vid. supr. p. 335. et p. 338. 2. *plur.* परित्तायध Vik. 2, 1; पत्रमंध Çak. 49, 6. (in scholl. repone वर्तध्वं) पामह M. R. 9, 2. 3. होन्तु Vik. 120, 11; पसीदन्तु M. R. 141, 7.

Verba huius classis, quorum radices in इ, उ, ई, ऊ desinunt, ut जि, नी, भू, contractionem patiuntur iuxta §. 26, 3. at non necessario, sed elidi potest य et conservari forma non contracta; व् aut contrahitur aut remanet, rarissime eliditur, ut in भइदुं Çak. 71, 2; vix recte.

Ex. पोमि Mr. 10, 12; 36, 10; पोहि, पोदु, पोध etc. M. M. 22, 3; Vik. 54, 4; Çak. 17, 2; Vik. 61, 10.

होमि, होहि, होइ, होम्ह, होध, होन्ति etc. भोदि, भोदु etc. vid. Vik. 20, 8; 7, 7; 49, 3; 34, 7; 4, fin.; 120, 11; Mr. 3, fin.; 35, fin.; 188, 10. M. M. 10, 2; etc.

भवामि Vik. 45, 4; हवन्ति Prab. 44, 13. पभवदि Mâl. etc. जअदु Vik. 36, 3. जेदु Rat. 91, 5. etc.

2. Exempla Xmae pro Ima haec sunt: पइवेमि Çak. 23, 10; जम्पेसि Vik. 55, 2; गुम्फेदि Mr. 6, 13; सरेम्ह, सरेदि Çak. 16, 1; Rat. 28, 3. सुमरदि Utt. 4, fin.; सुमरेसि M. M. 165, 11; contra सुमरामि, सुमरामो M. M. 49, fin.; Mr. 158, 4. etc. 2. *sing. imper.* करेसु Rat. 25, 7. (l. 11. करेमि). सज्जेसु K. P. 17, 14. = सज्ज; nescio, cur rarius ponatur सज्जस्सु, correpto ए.

3. Singularis aberratio cernitur in verbo भण्.

vid. supr. p. 159. cf. M. R. 32, 4; Mr. 147, 10; 171, 10. At dicitur etiam भणेहि 120, 3; 154, fin.; M. M. 122, 9. et भणाउ (-दु), भणामि ib. 201, 1. 2. 3. Utt. 41, 9; 43, 8; Mr. 36, 12; Vik. 10, 3; 18, 3; 27, 1. Praebuit finis rad. ण speciem class. IXnae.

II. Classis VIta remanet plerumque sine mutatione, si intelligis verba quae absentia Gunae a Ima discrepant; immo quum iustus Gunae usus nullus sit in Prâkrita §. 21., transeunt verba quaedam cl. Imae in sextam, correpta vocali radicali. Sic रुहदि et रोहदि, रोचदि et रुचदि. Utt. 24, 2; Mr. 84, 13. ubi आरुहदु pluralis est; 51, 6; etc. M. R. 78, 1; Mr. 182, 9. Alia, quae modo peculiari immutant vocalem radicalem, ut मृ, in Imam transeunt; audit enim मरदि Var. VIII; Mr. 144, 3.

Admittitur etiam ए ante inflexx. ut in Ima. मुञ्चेदि Mr. 337, 9; मुञ्चसि Rat. 46, 6; मुञ्चेम Mr. 306, 7; मुञ्चध 293, 12; इच्छेमि Mâl. इच्छेदि P. इच्छदि C. M. R. 5, fin. at इच्छसि 128, 2.; दिसामि M. R. 9, fin.; दिससि M. M. 132, 1; पविसदु Mr. 274, ult.; Vik. 23, ult.; विसम्ह Utt. 17, 13.

Enumerantur verba, quae aut diversam a Sanscr. coniugationem sequuntur aut alias peculiares subeunt mutationes, a grammaticis; quum grammatici non sit, vocabulorum, sed formarum exhibere conspectum, istos catalogos ab hoc libro excludere debui; propter magnam utilitatem edere tamen constitui, adiectis ex libris editis exemplis verborum, quae a grammaticis omissa sint.

III. IVta class. assimilare solet य् suum consonanti antecedenti, hinc fit, ut signum eius sit

Prâkriticum consonans radicis finalis geminata. Pauca producunt vocalem, eliso य, ut ह्रसदि, तूसदि, सूसदि supr. p. 142. et §. 72, 2. दूसदि (दुष्) मूसदि (मुष्) S. S. 347. तुस्सदि tamen enotavi e Mâl. मिल्ल- Vik. 43, 10. मील- Mâl. e मील, etc. S. S. 341. Admittunt etiam haec verba ए ante inflexx.

रज्जस्स Çak. 80, 13; उज्जम्म Çak. 18, 5; सिज्जदि Vik. 44, fin.; किलिस्सदि Çak. 120, 16; किलिस्सेदि Mâl.; इच्चदि Mâl.; सिज्जउ (सिध्यतु) Rat. 88, 12; कुप्पामि Mr. 115, fin.; कुप्पसि 124, 2; Rat. 25, 3; कुप्प Rat. 32, 9; मपपामि Rat. 39, 11; मपपान्तु M. M. 23, 5; मपपेसि-दि Mâl. Utt. 59, 6. Dissolutio in इअ rarissima est in cl. IVta. विस्समीअदु Vik. 105, 11. Longa vocalis ante duas consonn. corripi debet; vides eam correptam esse ante मी-, quasi assimilatio esset म्म.

Adhibetur norma cl. IVtae radicibus, quae Sanscritice aut raro aut nunquam ea utuntur, nimirum sensu *neutro*. cf. Ind. Bibl. III. p. 95. रुच्चदि, *placet*, Mâl.; जुज्जदि, *decet*, *congruit*; Vik. 44, 9; 30, 1.

Formae *medialis* exempla ex hisce classibus nonnulla exhibebo: इच्छे Mr. 48, 10; et इच्छामि et इच्छेमि invenitur. वज्जसे Çak. 53, 8; वज्जदि Vik. 6, 5; मपपे Çak. 56, antep.; कुप्पे Mâl. At Ima persona semper suspecta est. जाणए = ज्ञायते Mr. 192, 3; etc. Extra versum hasce formas ubique expungendas esse suspicor.

IV. Cl. Xma, cuius normam sequuntur praeterea *caussativa*, de quibus mox, et *denominativa*, quorum exempla saepe recurrunt, cf. M. M. 47, 12; 55, 7; 57, 3; etc., plerumque praebet formam *contractam*; rarius eliditur य् et remanet अ ante अ

vel आ sequens; scripturam Sanscriticam अय् ab hoc sermone alienam reor; cf. §. 45.; ratio tertia, syllabam अय् prorsus omittendi, interdum cernitur, admittenda forsitan in infinitivo, in participio praes. act. ante अन्त् formisque similibus, in verbo finito tamen nisi fallor reiicienda: *a*) मन्तेमि Mr. 10, 4; समत्थेसि Vik. 67, 2. (ed. C. -त्थो सि); कामेदि Vik. 63, 3; ठक्केइ K. P. 63, 9; पिवेदेम्ह Rat. 9; 10; आणावेध M. M. 165, 5; आणावेन्ति Çak. 40, 5; वाबादेन्ति M. R. 141, 16; *imper.* विष्णावेहि Vik. 19, 6; सिढिलेहि Çak. 10, 2; पडिआलेसु Mr. 337, 12; मन्तेदु Mr. 9, 8; अच्चेध Vik. 62, 4.

b) Formae non contractae potissimum ante complexus म्ह et न्त inveniuntur: हंसअम्ह Utt. 76, 5; किसूर-अन्ति Mr. 80, 4. At etiam alias: वेसआमि Mr. 96, 3; etc.

c) Scripturas tales, ut लोअदि pro लोएदि s. लोअअदि i. e. लोकयति enotavi semel bisve e codd. manuscriptis; nullum teneo locum, qui aut consensu librorum aut versu talem elisionem stabiliat. Omissum अ utrumque sive potius mutatum ए in इ statuere debet, qui defendere vult Rat. 31, 14. पिवा-दिसि pro -देसि; at est mendum.

V. II. class. Carere possunt vocali intercalata ea tantum cl. huius verba, quae ipsa in vocalem desinunt: आ(अ)मि Mr. 3, 6; e या; परिहासि Vik. 6, 11; भादि Mr. 145, 11; एहि Vik. 30, 1; 100, 11; एदु Rat. 60, 11; एध Vik. 64, 6; अवेध Çak. 19, 4. Simul apparet, inter formas Guna affectas et destitutas, discrimen non facere Prâkritam. Sequitur स्था praeter 1mam etiam 2dam normam, K. P. 5, ant. ठाइ i. e. स्थाति. cf. Ind. Bibl. III, 59. स्तु ad Vtam contra tralatum est; cf. p. 264. Atque aliter in aliis

mutatum est, quod huius loci exponere non est. Praeterea nonnulla verba in आ praebent formam, quae derivari debet a radicis specie in ऐ; vid. p. 184. et adde futura दाइस्सं Çak. 152, 3; हाइस्सदि e ध्या Çak. 2, 4; prorsus ut गाइस्सं pro गायिस्सं Çak. 2, 7. a गै. Porro invenimus formas horum verborum in ए. Ex. c. radd. दा et स्था. देमि Rat. 63, 4; देसि Mâl. देदि Vik. 59, 1; etc. cf. दात्ति e Vedis; Ind. Bibl. III. 89. उत्थेहि Vik. 45, fin.; Mr. 8, 6; उत्थेदु Çak. 159, 6; उट्ठेध Mr. 48, 5; etc. Estne contractio syllabae आय् in ए? Suadet id tum forma futuri, tum praesentis in आअ pro -आय-. Rationem, quam ingrediantur radices भा et similes ante inflexiones plur. म्ह et न्ति, nescio; nam भाम्ह et भान्ति vix dici credo. cf. p. 143. *)

Radd. huius cl. in consonn. desinentes in 1mam classem migravere, praeter अस्. De caussa videsis quae dixi de casibus p. 297. Appono formas verbi substantivi primum pleniores, tum encliticas, cf. p. 192. denique cum negatione ण praefixa:

1. *Praes.* Sing.	Plur.	2. Sing.	Plur.	3. Sing.	Pl.
अम्हि	अम्हो, अम्ह	म्हि	म्हो, म्ह	णाम्हि	णाम्ह
(असि?)	—	सि	त्थ	णासि	णात्थ
अत्थि	सन्ति	त्थि	—	णात्थि	—

Vid. Çak. 143, ant.; Vik. 57, 10; Mr. 5, 4; Çak. 118, 7; M. R. 12, 9; Çak. 128, 8; 25, 10. Formam अम्हो mutuatus sum a gramm. Var. VII, 4; S. S. 294 seqq.

*) Duplicem formam ut ठादि et ठाअदि in omnibus radd. in आ docent grammatici. Var. VIII. S. S. 356.

ubi additur inflexio haec: 3. s. अच्छइ, 2. pl. अच्छत्थ, 1. अच्छह, 3. अच्छन्ति. Est haec radicis mutatio aevi serioris et exempla vix exstant in fabulis. cf. p. 266.

Imperfectum आसि per totum singularem audire docent grammatici l. l. De 3tia pers. sing. certum est; cf. supr. p. 164. et Çak. 39, 10; 137, 9; Vik. 11, 9; 37, 3. In 2da sing. saepius ई scribitur; cf. p. 229. et recte, nisi fallor. Cum grammatico consentit M. M. 25, 3. Anusvâra finalis 1mae omitti quidem potest, cf. p. 225, sed sine ratione non debet. cf. Mr. 110, 4. Pluralem omittunt grammatici et usus. Ceterae radd. in consonantes quotquot indagavi, in Imam vel VItam classem translatae sunt.

Radd. रुद् et श्वस् non इ ponunt ante terminationes, sed अ. K. P. 41, 5. रुअसि = रोदिषि ad VItam pertinet; रोदसि Mr. 184, 7. ad Imam. रोदिमि M. R. 146; 4. magis docte est, quam Prâkritice; omittit P. sententiam. श्वस् saepe legitur: समस्सस Rat. 26, 3; Vik. 31, fin.; -सध 5, 6; अस्ससदु Utt. 20, 1. (C. आस्स°); ससिदु ib. 128, 9. iterum reiiciendum est. Accedit स्वप्; nam quum dicatur सुबेम्ह Mr. 96, 13. dici etiam poterit सुबम्ह.

VI. Reduplicatio class. III. ubique pessum ivit, nisi huc referre vis formas चिट्ठ et दिट्ठ; §. 33, 4. at hae ad Imam pertinent. De दा dictum est sub tit. V. de धा idem valet. भी iuxta gramm. (Var. VIII. S. S. 332.) fingit aut भाइ e भाअइ aut बीहइ. cf. p. 185. Haec est forma reduplicata बिभी decurtata, tralata quantitate ad initium; illam falso supra explicui; nam potius dixerim,

innovatas esse ex inflexione Imae classis भयति Prâkr, भअदि ad analogiam coniugationis दाअदि e दा formas भाआमि, भाअसि, भाअदि etc.

VII. Species Sanscritica VIIma omnino perturbata est; nam insertum augmentum nasale nullibi in न augetur, sed semper remanet nasalis. Terminationes adduntur per अ, ut in classe Ima, cuius ratio alternatur cum decima. Sic पीसेदि Mr. 3, 12. (melius पिंसेदि) i. e. पिनष्टि; हन्धेदि Vik. 93, 6. His adde e Var. VIII. छिन्द, भिन्द. Eadem ratio est Latini *iungit*. भुञ्जतु, lege भुञ्जतु Mr. 138, 4.

VIII. Classis Vta in singulari retinere potest syllabam adsciticiam gunatam Sanscriticam नो. चिणोमि M. M. 25, 10; Vik. 13, 4; सक्कणोमि p. 181. दूणोदि M. M. 52, 5. lege दु°. Formam guna carentem णु tantum 2da sing. imper. servare potest, ut सुणु = शृणु; in aliis formis abiit णु in ण; hinc imper. सुण M. R. 126, 5. et pluralis formae: सुणाम्ह Rat. 74, 12; सुणाध Çak. 52, 7; सुणन्तु Mr. 272, 3. Partim retulit autem ingenium populare parum Sanscritice edoctum has formas ad thema सुण् ad VItam vel Xmam normam inflectendum: hinc सुणोमि M. R. 135, 8; 138, 15. ubi P. praebet सुणामि, etc. et ex novo hoc themate fluxit futurum सुणिस्सं; partim eas confudit cum norma IXna, cuius pluralis simili modo corripit णा in ण. Hinc oriuntur singularis formae: सुणाहि Mr. 202, 6; सुणादु Utt. 19, 14; M. R. 84, 1; huc etiam trahi potest सुणामि M. M. 136, 4.

Sic etiam in aliis; ex. gr. चिणाम्ह M. M. 58, 14. a them. चिण्, unde fut. चिणिस्सं Rat. 14, 11; चिणुम्ह Çak. 68, 11; male docta est scriptura. A forma anti-

qua Vedica et Zendica कृणोति profecta est Prâkritica कुणादि Rat. 7. 14; M. R. 39, fin.; praevalet in versibus.

IX. De cl. VIIIva valet quod de Vta disputavi. De कृ haec adde. Sanscriticae formae करोषि Prab. 44, 2. करोमि M. M. 163, 8; Vik. 112, 10; rariores sunt quam transitiones in cl. Imam et Xmam. करेम्ह Prab. 63, 11; Vik. 4, 10; करेमि Mr. 30, 9; Utt. 80, 10; करेसि Çak. 65, 2; करेदि Vik. 102, 5; करेध M. M. 112, 10; करेदु 164, 13; etc.

X. Cl. IX. simili ratione atque quinta corrumpitur; plus tamen servat inflexionis Sanscriticae. Nam praeter singularem etiam plurali attribuitur पा longum; जाणामि Utt. 45, 9; 13; जाणासि M. R. 10, 12; जाणादि M. R. 10, 3; 4; 7; (P. ubi जाणादि); जाणादु C. जाणेदु P. M. R. 10, 8; जाणाम्हो M. M. 32, fin.; contra जाणीम्हो M. M. 39, 3; 112, 4; 113, 5; जाणीहि M. M. 88, 6; जाणाहि Mr. 159, 1; Vik. 39, 6; 16, 11; (जाणिहि S. D. 173, antep. corruptela est; cf. Rat. 50, 2.) At जाणाम्ह, M. R. 10, 4; जाणाथ M. M. 112, 4; जाणन्ति Çak. 105, 9; गेपहन्तु M. R. 147, 1; जाणेसि Prab. 39, 2. गेपहदि, गेपहदु, गेपह Mr. 147, 11; 148, 3; 149, 1. किणासि (क्रीणासि) Mr. 121, 6. Videtis itaque, oblitum esse Prâkriticum sermonem discriminis inter augmenta ना et नी; *) et saepe utrumque negligere, ita ut inflexio fiat a themate novo, quod radici verae addat न् i. e. ण् et inflectatur tum ad Imam, tum ad Xmam normam. E novis hisce thematis aliae fluunt

*) Corripitur इ in augmento णी rad. क्री; exemplum किणिध Mr. 66, 2. = क्रीणीध्वं; cf. Var. VIII. S. S. 350.

Radix रुच् Forma 1. primitiva.	1. रुचीश्चामि 2.
2.	1. रुचिञ्जामि 2.
Causs. I. 1.	1. रोचीश्चामि 2.
2.	1. रोचिञ्जामि 2.
Causs. II. 1.	1. रोचाबीश्चामि 2.
2.	1. रोचाबिञ्जामि 2.

VERBUM PRIMITIVUM.	Radix.	
Formatio I.	रुच्	1. रोचिस्सामि। रोचिस्सं
— II.	रुद्रू	1. रौच्छं
— III.	रुच् *a.*	1. रोचिल्हं
— «	— *b.*	1. रोचिह्निमि
— «	— *c.*	1. रोचिह्निस्सं। स्सामि

Praesens.

Radix रुच् **Classis I.**	1. रो रो	1. रोचामो। मुच रोचम। मु। रोचिमो। मु
Classis IV. et pass. assimil.	1. रु रु	1. रुच्यामो। मु रुच्यम। मु।
Classis VI. ad normam X. contractam inflexa.	1. रु	1. रुचेमो। रुचे रुचेम्हो। रु
Caussativ. I. contractum	1. रो	1. रोचेमो। रोचे रोचेम्हो। रो
non contract.	1. रोअइ रो	1. रोचआमो रोचअम्ह
Caussat. II. contractum	1. रोबेइ	1. रोचाबेमो। रोचाबेम्हो।
non contract.	1. रो रो	1. रोचाबआमो रोचाबअम्ह

formae, ut futura ज्ञापिस्सं, गेण्हिस्सं etc. Mr. 148, 4 etc. Est ratio Latini *sterno*.

XI. His ita expositis, apparet eam coniugandi rationem Sanscriticam, quae inter thema et inflexiones vocalem अ non intercalat, prorsus obscuratam esse et confusam in Prâkrita et in fragmentis tantum quibusdam superesse; confusas esse singulas classes inter se, omnes autem proclives esse versus alteram rationem, quae vocali intersita utitur. Simile quid in declinatione observavimus. Vid. §. 91, 4. Classes quae ad posteriorem rationem pertinent, Sanscriticae, Ima, VIta, Xma in Prâkrita remanent integrae, licet ob contractionem in Xma et perturbationem Gunae in Ima et VIta vel eae quodammodo obscuratae sint. Distingui denique potest IVta, quamvis signum quod ei Sanscritice proprium est, sub Prâkritica forma obfuscatum sit. In tabula suffecit, Imam, IVtam et Xmam exhibere normam.

§. 122.

De futuro.

1. Tres distinguo futuri Prâkritici formas, quae vario modo oriuntur e Sanscritica. Terminationes primae, e Sanscriticis genitae, hae sunt: Sing. 1. स्सं. 2. स्ससि. 3. स्सदि. Pl. 1. स्सामो. 2. स्सध, s. स्सह. 3. स्सन्ति. स्स est pro स्य. §. 79, 6. Prima sing. abiicit इ, corripitur आम् in अं.*) §. 23, 3, *c*. De ceteris vide §. 117.; sunt enim inflexiones praesentis.

Terminationes hae adduntur ope vocalis इ,

*) Admittunt grammatici etiam plenam formam स्सामि.

दक्खामि. Heic क्खामि est pro क्षं et क्ख pro क्ष (cf. §. 79, 1.) dissentiunt autem grammatici et rex Çûdras in mutatione vocalis radicalis et दिक्खामि potius formaretur a दिश्. At expecto criticum editorem. E Mâl. enotavi देक्खिस्सं et देक्खिस्ससि e दृश्.

3. Tertia forma longius a fonte recedit. Primum exponam praecepta de ea a grammaticis. Principalis mutatio in eo consistit, quod स formationis Sanscriticae in ह transeat; quo facto evanescit य; cf. कहिं pro कस्मिन् supr. §. 106, 6. स्य = स्स quum positionem faciat, praecedit longa vocalis hoc futuri Prâkr. signum ह, si non per इ additur radici. In terminationibus varii sunt corruptelae gradus; nam *a*) eaedem sunt atque in futuri Prâkr. forma 1ma; hinc inflexio haec: काहं v. काहामि, काहसि, काहदि. pl. काहामो, काहध, काहन्ति, a कृ, का pro कर् posito, cf. §. 18, 2. et §. 84, 3. Sic होहं a भू. हसिहामि v. हस्सिहं etc. ab हस्; *b*) pro vocali अ ante litteras personales ponitur इ; cf. §. 120. et §. 79, 6. hinc oritur inflexio haecce: होहिमि, होहिसि, होहिदि s. होहिइ; pl. होहिमो, होहिध s. होहिह, होहिन्ति; हसिहिमि etc. In 2da sing. pro सि etiam हि ponitur. Cf. §. 121. *) In 1ma pluralis pro मो poni etiam possunt iuxta nonnullos मु et म. S. S. 304. *c*) Si grammaticis fides habenda est, geminari potest signum futuri, i. e. futuris formae 2dae additur iterum formatio tertia, prae-

*) In 3tia sing. legitur Var. VII, 10. होहीइ, हसिहीइ; quod mendum est apertum. S. S. praebet -हिइ. In 2da plur. होहित्थ ponunt grammatici; posui formam usus vulgatioris.

misso इ. सोच्छिहिन्ति s. सोच्छिन्ति, वच्छिहिमि s. वच्छिमि. Idem fieri potest in tertia formatione; pro होहिमो etiam concedunt होहिहिमो et similes inaequalitates, de quibus consentiunt grammatt. testimonia. Vel additur 2dae et 3tiae formationi prima: गच्छिस्सामो aeque atque गच्छिहिमो. Regula S. S. 303. audit: मिडा सह स्सं हिस्सं वा। होस्सं होहिस्सं वा॥ unde 304. plur. होहिस्सामो. Atque hinc abiecto fine होहिस्सा. Pro hisce porro dici asseritur etiam होहित्थामो et होहित्था, ubi itaque त्थ positum esset pro स्स. Silet Vararuches et equidem exempla nondum erui; rem indicasse sufficiat.

4. Tertia futuri forma a loquela prosaria aliena est, frequenter contra legitur in cantilenis; in actu IVto Vikramorvasidos saepius usitatur, in cuius dialectum libro IIItio inquiram. Nunc apponam exempla, quae e dialecto praecipua indagavi. M. M. 125, 5. कुमरिहिसि ad formationem *a*) pertinet; S. D. p. 6, 10. et K. P. 62, 12. in ultimo pâda distichi Aryae: सेज्जाइ मइं णिमज्जिहिसि (K. P. --ए मह) ad *b*); K. P. fin.; Vik. 57, 1. पाविहिसि; *) = प्राप्स्यसे. Plura exempla infra in dialectis inferioribus tractandis exhibebo.

§. 123.

De praeterito.

1. Var. VII, 13. haec docentur: इअ भूते॥ १३॥ भूते काले धातोः प्रत्ययस्य इअ इत्ययमादेशो भवति॥ भविअ। हसिअ॥ एकाचो हिअ (sic)॥ १४॥ भूते काले एकाचो धातोः प्रत्ययस्य हीअ (sic) इत्ययमादेशो भवति॥ होहीअ (sic)॥ Cum hisce coniunge S. S.

---

*) Sic cod. P. सि deest in ed. C.

308. seqq. लडादेर् ईअः (sic) ॥ ३०८ ॥ लङ्लुङ्लिटां स्थाने ईअः भवति ॥ हसीअ ॥ अतो डीअः । तृञूवर्त *) ॥ ३०९ ॥ मरीअ ॥ अजन्ताद्धीयः ॥ ३१० ॥ अजन्ताद् उत्तरस्य लडादेर् हीअ इत्ययमादेशो भवति ॥ होहीअ ॥ नानेकाचः ॥ ३११ ॥ दलिद्दाईअ ॥

2. Conciliandi primo loco sunt grammatici. Sermo est de forma, quae fungitur vice praeteriti, i. e. imperfecti, aoristi, praeteriti reduplicati vetustae linguae. Eius forma इअं dicitur a Vararuche, ईअ a Kramadîçvara in radicibus, quae consonante vel ऋ vocali (excepto कृ) terminantur, vel non monosyllabae sunt. Radices in vocalem exeuntes monosyllabae ponunt eius loco हीअ. Apud Var. esse corrigendum इअः pro इअं et in exemplis भविअ। हसिअ। demonstrant tum apud ipsum होहीअ, tum constantia scripturae in S. S. **). Confudit scriba hanc formam cum partic. passivi in त, nam eliso त्, dicitur हसिअं pro हसितं = हसिदं. Difficilior est quaestio de vocali; in exemplis काहिअ supr. p. 147, दंसेहिअ p. 165. vocalem brevem tuetur versus; at obstat, quod magis consentiat scriptura in longa, licet plus fidei ponendum sit in metricis rationibus, quam in calamo librariorum.

3. Aliae eaeque vel magis obscurae quaestiones remanent. Patet ex eis, quae l. l. l. l. observavi, ignorasse editores Calcuttenses hanc formam,

*) Emenda कृञ्; cf. mox काहिअ.

**) Anusvâram finalem optionalem esse in hac forma, coniicio; poni in schemate non posset, nisi in Ima pers.; at per personas non inflectitur hoc praeteritum a grammaticis. Utrum huc referant gramm. रमिअं i. e. रमेय K. P. 40, fin. necne, ignoro.

quo factum sit, ut ea amota fuerit a locis, quibus eam attribuant libri mnspti; plures indicare possim, quibus restituendam eam credam, at ope codicum, certi iudicii fundamento, destitutus, a coniectando abstineo. Est forma poetica, non solutae orationis. Significatio praeteriti quadrat in दंसेहिम, l. l. *monstravit*, in काहिम l. l. contra est sensus *potentialis*: «*quid facere possitis*». Certum praeterea est, a grammaticis habitam esse formam pro tempore *finito*, quamvis absint signa *personarum* a terminatione. Haec consideratio vetat, quo minus formam इम (ut taceam ईम si praestet, et omnino हिम s. हीम) cum gerundio Çâurasenico in इम pro य comparare velis.

4. In हसिम, काहिम, दंसेहिम duae sese offerunt coniecturae, si originem vis indagare; aut originis sit diversae forma in इम ab हिम, aut integra sit forma हिम, cuius ह् post consonantes elidatur; ह initio elidi, alienum tamen est a lingua Prâkritica. हिम s. हीम redolet formam quandam Sanscriticam ab स्य incipientem, atque hanc coniectura informare posses sententiam, esse conditionalem स्यं, स्यस् etc. Sanscriticum, cuius inflexiones abiectae fuerint, conservato tantum हि pro स्य् (cf. §. 79, 6.) et म pro inflexionibus. दंसेहिम l. l. potius tamen explicandum videtur a potentialis Sanscr. sensu: *solet* monstrare. Atque facile oritur suspicio, इम vestigium esse potentialis यां, यास्, यात् etc. In potentiali tamen Sanscritico nullibi sibilus praecedat signum इ (भवहत् = भवेत्, विपात् etc.), in *precativo* contra activum formas habet a या inci-

pientes, medium a सी- et consentit cum precativo magis quam cum potentiali constitutio radicis in formatione hac Prâkritica. Compara हस्सिञ cum हस्या-स्, हस्वा-त्, भविञ cum भव्या-त्*), मरिञ cum मर्या-त्*), काहिञ cum कर्षीय (ह pro र्ष vid. §. 82, 2.), दंसेहिञ cum दर्शिषीय. Hinc concludo, esse formam Prâkriticam in इञ et हिञ corruptelam precativi Sanscritici, sed confusa esse tum activum et medium, tum rationem Gunae; utriusque rei exempla plura iam deprehendimus.

Sin autem obiicitur, mirum esse quod precativus, rarius in Sanscrita usitatus, prae potentiali remanserit in lingua vulgari, respondeo primum, etiam in linguis provincialibus exstare vestigia huius temporis Sanscritici; deinde observabo, potentialem Sanscr. eum, qui ए ponit ante litteras personales, non confundi non potuisse cum norma inflexionis Xma; precativumque activi et potentialem 2dae class. in Sanscrita invicem esse simillimos. ईञ in prec. Prâkr. ponere videntur grammatici ob ipsam originem; correptam vocalem exhibet usus et similis est correptio in aliis vocabulis, qui accentum habent in antepenultima. cf. §. 23, 1, c.

§. 124.

De incremento radicum ज्ञ.

1. S. S. 315. haec leguntur ज्ञ ज्ञा वा स्वरान्तात्

*) Scio gunam non attribui hisce formis Sanscriticis, at scimus, in Prâkrita non a radice, sed a themate praesentis saepius fluere tempora generalia. Cf. p. 350.

लडादौ ॥ ३१५ ॥ लट्लङ्लुङ्लिट्लुडादौ परेऽजन्ताद् उत्तरे ज्ज ज्जा इत्येतौ वा भवतः ॥ लट् ॥ होइ। होज्जइ। होज्जाइ वा ॥ लङ्लुङ्लिट् ॥ होहीअ। होज्जईअ। होज्जाईअ वा ॥ लिङ्लोट् ॥ होउ। होज्जउ। होज्जाउ वा ॥ लुट्लृट्लृङ् ॥ होहिइ। होज्जाहिइ। होज्जाहिइ वा ॥ Adde 316. लङ्लुङ्लिङ्भिर्वा ॥ ३१६ ॥ होइ। होहीअ। होज्ज। होज्जा वा ॥ Docetur itaque radicibus in vocalem desinentibus adiungi posse incrementum ज्ज s. ज्जा, huic deinde suffigi inflexiones. Res mira est, cuius nullum vestigium in Sanscrita. Ex r. 316. coniicio tamen, arctius limitatam fuisse regulam ab aliis et relatum esse incrementum potissimum ad formas, quae potentiali et precativo Sanscr. respondeant. Haec res et exemplis stabiliri posset et facilior esset explicatu. M. R. 77, 3. distichon, quod ab edd. Calcc. ne pro versibus quidem habitum fuisse videtur, optime se habet in cod. P. तोअपासअं समहिअं को पाम गआगआ(इह) करेज्जु। अट्ठापागमपागहई पापा पइणो ज्जइ पा होज्ज ॥ Solum इह praestat in C. Si sensum quaeris, करेज्जु et होज्ज sunt pro कुर्यात् et भवेत्, करेज्जु muto in करेज्ज, consentiente S. S. 316. E prec. Sanscr. भूयात् fieri potest भोज्जा s. होज्जा, si ऊ corripitur et ŏ fit (cf. §. 20, 5.) et geminatur य (cf. p. 214.); nam य्य fit ज्ज et त् finale abiicitur. होज्ज itaque mihi videtur correptum esse ex होज्जा. Haec precativi forma, in Prâkrita ad coniunctivi usus applicata, ad radices in vocales desinentes ideo pertinet, quia post vocales solummodo locum habet geminatio semivocalis य et transitio in ज्ज. Tertia haec est pers. sing.; aliae a grammatico non proponuntur, tamen non vetantur. Ad normam Xmam referendum est करेज्ज, quod cum potentiali Palico पचेय्य i. e. पचेत् miram

praebet congruentiam. Neutra forma a कारयेत्, पाचयेत् derivanda est, sed कृ = कर् et पच् iuxta Xmam normam inflexa, assumunt inflexionem ज्ज pro ज्जा, ortam ex यात्. Eandem legem sequuntur Palicae personae 2. sing. 1. sing. 2. et 1. plur. पचेय्यासि-याम्मि-याथ-याम. Cl. p. 104. Talis 2. plur. legitur Mr. 191, 13. करे(इ)ज्जाह; potentialis iterum est sensu imperativi. 3. pl. Pal. पचेयुं est Sanscr. पचेयुस्. Similis mixtura formarum est in pot. Palico medii.

Repetivi e precativo, quia भू Sanscritice 2dam non sequitur normam; potes etiam inflexionem ज्जा s. ज्ज derivare a pot. 2dae cl. Sanscrit., यात्, यास् etc. Videtis iterum confusas esse in Prâkrita et classes radicum, et potentialem cum precativo.

Aliud exemplum videtur esse दिज्जे Rat. 32, 5. a दा; enarratur per देहि. Consulendi tamen sunt libri manuscripti, quorum nullos teneo fabulae istius.

§. 125.

De passivo.

1. Passivum Prâkr. utitur inflexionibus activi;*) de his itaque nil opus est disserere. Tempora usitata sunt praesens et imperativus.

2. य् signum passivi Sanscriticum radici addendum, rarius praecedenti consonanti assimilatur; quo facto passivum a norma IVta non dif-

*) विचीश्रन्तं Vik. 41, 6. docta est, sed falsa scriptura. P. विचीश्चदु.

fert. *) गम्मदि Var. l. l. वुच्चदि Mr. 151, 16. Pro दिस्सदि etc. i. e. दृश्यते, dici solet दीसदि Vik. 5, 8. etc.

3. Solita passivi forma oritur dissolutione; cf. p. 160. ईश pro य in verbo finito praevalet, in participio praesentis frequentatur इज्ज. गाईअदि Vik. 68, 1. i. e. गायते. Recurrit saepius mutatio radicis Sanscritica in passivo णीअदि Vik. 41, fin. = नीयते, saepenumero tamen passivum Prâkritice derivatur non a radice, sed a *themate* praesentis, prorsus uti in futuro fieri compertum habemus. गन्थीअन्ति = ग्रन्थ्यन्ते Mr. 139, 9. घडिज्जन्ति = घट्यन्ते ib. 8. At सुमरीअदि Mr. 243, fin.; सुणीअदु Mr. 15, 5; 16, 5; Vik. 67, 7; M. R. 129, 8; भुञ्जीअदु Rat. 9, 3. ad cl. VII. सुणीअदि M. R. 88, 3; Prab. 8, 8; ad cl. V. Immo praeter ठीअदु Çak. 1, fin. dicitur a praesenti चिट्ठीअदि Mr. 4, 5; 8, 5. etc. गच्छीअदि Vik. 26, 13. etc. De passivo cl. Xmae cf. §. seq.

4. छिज्जिस्सदि Mr. 6, 1. exemplum est singulare futuri a passivo छिज्जदि derivati. At usitatur neque hoc futurum Prâkriticum neque futurum passivo proprium Sanscritico. **)

§. 126.

De verbo caussativo.

1. Formatio caussativi Prâkritica a Sanscri-

*) Miror regulam Vararuchis VII, 7. नान्त्यद्वित्वे i. e. non dici ईअदि etc. pro यते in passivo, si finitur radix duabus consonn., quasi गम्मदि et गमीअदि non eandem semivocalem य् praeberent, vel assimilatam, vel in ई dissolutam.

**) Ex. gr. घानिष्यते, स्थायिष्यते Bhatti Kâv. I, 22.

tica non differt; augetur eadem ratione vocalis radicis; de qua re cf. Boppii gr. crit. §. 516 seqq. et accedit eadem syllaba अय् ad radicem ipsam. Declinatio sit prorsus ut in cl. Xma; vid. §. 121, 4. et de futuro §. 122. Id solummodo monendum est, non cum caussativis esse confundenda ea verba primitiva, quae Prâkritice Xmam normam quidem sequuntur, sed vocalem radicalem non augent more caussativorum. करेदि primitivum est, कारेदि caussativum.

2. Passivum iterum cum forma Sanscritica congruit; nam syllaba indicatoria अय् abiicitur et य passivi more solito in ईअ s. इज्ज dissolvitur. धारीअदु Vik. 27, 8. contra करीअदि ib. 35, 11. passivum est primitivi.

3. Addo exempla haec: भावेदि M. M. 30, 2; पासेमि Çak. 122, 10; भावेम्ह Vik. 10, 12; विणोदेदु Vik. 25, ult.; जोत्तइस्सदि Mâl. *Pass.* चारीअदि M. M. 7, 12; बोधीआमि Çak. 27, 8; वेसीअन्ति Mr. 34, 2; वाचीअदु Vik. 42, 3.

4. E forma caussativi Sanscritica radd. in आ, quae inter finem radicis et additamentum अय् inserunt प् servile, oritur altera caussativi Prâkritici forma, quae आप् addit radici vel themati praesentis activi. Caussativum hoc dissyllabum in आप्, unde आव्, cf. §. 37. inflectitur prorsus ut id, quod iam expeditum est. Petita est haec forma e Sanscritico hominum inferiorum sermone; nam in Vetâlapanchavinçati, aliisque fabulis Milesiis leguntur जोवापयति, मोचापयति, et alia eiusmodi. Observat Vararuches VII, 17. dici कारावेइ et करावेइ i. e. corripi interdum vocalem caussativi Sanscri-

tici, si additur आप्. Exempla sunto: थाबेहि Vik. 6, 10; लोहाबेदि Çak. 58, 5. a लुभ्; तुभराबेदु Mâl. Vik. 44, 10; मरिसाबेध Çak. 55, 9; मो(च्)आबेहि Çak. 153, 6; Vik. 13, 14; 14, 3. *Fut.* मुंआबिस्सं ib. 14, 5; melius P. मोआबइस्सं. cf. p. 351. *Pass.* ज्ञआबीअसि Çak. 29, 6; a ज्ञप्; ज्ञबाअ् est iuxta admissionem Vararuchis correptum e ज्ञाबाब् i. e. ज्ञापाप्; nam recte ponit Chézyus in margine ज्ञाप्यसे. A themate praes. चिण् cl. V. pro चि est बिचिणाबेदि M. R. 22, 14. falso in scholl. ponitur विचिनोति; repone caussativum. cf. supr. §. 125, 3. Sic सुणाबेहि M. R. 125, 5. etc. Omittitur interdum प्=ब्, sed praecedens आ corripi nunquam debet. बट्टाइस्सं Çak. 34, 7. et ब् et अय् omittit, nescio an recte; nam बट्टइस्सं si scribitur, est वर्तयिष्यामि i. e. forma vulgatior in Sanscrita solita. Conservat hanc caussativi formam hodiernus sermo Mahratticus. कारवूं = काराबेमि etc. *)

§. 127.

De participiis a) *praesentis.*

1. Participium praesentis activi utitur affixo Sanscritico अत्, unde Prâkritice etiam fit अन्त; cf. §. 90. 2. Additur hoc affixum themati praesentis; in class. V. et IX. retinetur ण् augmentorum णु et णा, abiectis vocalibus; cf. §. 121, VIII. X. i. e. sequuntur normam 1mam. Classes II, III, VII itidem

*) Radix ग्रह e cuius forma गृह्णाति oritur praes. गेण्हदि p. 119. et hinc futur. गेण्हिस्सं M. R. 52, 13. in causs. utitur themate घे; supr. p. 117. hinc caussat. pass. assim. घेप्पदि S. D. 185, 9. K. P. 109, 6.

induunt formas thematis, quod praesenti adhibetur. सप्पन्त, कमन्त, कुणान्त S. D. 329, 6; करन्त Vik. 60, 8; Rat. 80, 11; करेन्त Mr. 11, 4; वित्थरन्त a स्तृ M. M. 119, 4; फुरन्त ib. 8; सुणान्त (non सुणणान्त a शृणवत्), M. R. 14, 9; पाच्चन्त Rat. 5, 15; जाणान्त M. R. ibid. जग्गन्ती fem. Mâl. e जागृ. Class. X. et caussativum aut य् elidunt aut contrahunt अय् in ए; य् mendose retinetur. पालअन्त Vik. 11, 12. (C. यन्त), ईसअन्दी, Prab. 42, 7; मन्तयन्दो ib. 66, 2; साहेन्ती = साधयन्ती K. P. 6, 1. लोअन्ती, लोएन्ती, लोअअन्ती enotavi e Mâl. pro लोकयन्ती.

2. Partic. *medii* retinet formam मान = माण, quae ope vocalis अ themati praesentis subiungitur. मिलाअमाणा Vik. 71, 9. = म्लायमान. Forma आन rarissime legitur; anomala आसीण ab आस् restituenda est Çak. 33, fin.

3. Partic. *passivi* et activi et medii forma utitur, saepius tamen activa अन्त legitur. Cetera explicata iam sunt §. 125. सज्जमाणा Mr. 50, 6. a सज्जन्ति Mr. 14, 5. डूअमाणा Çak. 15, 12; आधीअमाणा Çak. 153, 8; सिज्जन्त Utt. 61, 16. a सृज्; सिच्चन्त M. R. 96, 4. a सिच्, सुमरिज्जन्त M. M. 110, 8. a स्मृ; immo गच्छिज्जन्त Mr. 50, 1. पुट्ठिज्जन्त Mr. 15, 12. a पृच्छ्; causs. सारीअन्त Mr. 57, 8. a सृ; धारिज्जन्त K. P. 40, 3.

4. Grammatici femininum formant in माणी aeque ac माणा; Var. VII, 9; et praeter fem. अन्ती proferunt etiam अई, i. e. e अती factum est अदी, dein अई. In prosaria oratione nondum repperi.

§. 128.

De participio praeteriti passivi.

1. Participii forma in त plerumque sequitur

mutationes Sanscriticas; लभ् facit लब्ध, hinc Prâkritice लद्ध; regulas Sanscriticas huc transcribere est molestum. Quod ad Prâkritam attinet, त fulcro non fretum aut in द abit aut eliditur, illud potius pedestris, hoc magis poetici est sermonis; sed regula non est; सुद = श्रुत Vik. 32, 6; etc. कअ = कृत Vik. 8, 10; etc. द interdum in ड transit; cf. §. 39, 4. वावड = व्यापृत Çak. 157, 1. Hoc ड in linguis provincialibus ल fit (cf. §. 39, 2.) et hac forma utitur praeteritum finitum, quod propter hanc originem *genera* admittit (masc. केला, f. -ली, n. -लं, factum est a me, i. e. feci, कृतो, कृता, कृतं; exemplum est Mahratticum); miram praebet haec forma similitudinem cum participiis *Slavicis* in *l*, quae etiam praeteritis formandis inserviunt.

Radicc. in ऋ saepenumero formam Sanscriticam deserunt et part. derivant a themate praesentis gunato: हरिद Vik. 55. 3; भरिद Utt. 41, 3; सुमरिद Utt. 19, 10; ओसरिअ omisso द् Çak. 83, 2. etc. A praesenti, non a radice, fluunt praeterea सुणिद, जाणिद Utt. 71, 6. किणिद pro क्रीत Mr. 102, 2; विचिणिद = विचित (ed. C. male चुणिद) M. M. 141, antep. Immo assumunt hoc णि radices, quae Sanscritice neque Vtam, nec IXnam sequuntur normam, ut खाणिद a खा Utt. 66, 16; ut iam in futuro facit ख्या. Rat. 33, 8. खाणाइस्सं.

2. Verba Xmae cl. et caussativa abiiciunt अय् ante participii formam इ-त, ut fit iam Sanscritice: वारिद Çak. 59, 10; वड्ढिद Çak. 85, 3; पाविद M. R. 16, 8. तुवरा(व्)इद ib. 107, 4; सुपाविद 84, 7.

3. Participia न pro त ponentia remanent plerumque in Prâkrita; vid. कोण §. 33, 10. सण्ण. §. 69,

etc. etc. et accedunt nova quaedam ut हप्पा a हृद Utt. 15, 5; 56, 10; Var. VIII. दिप्पा, a दा. Var. VIII. Çak. 64, 8. etc.

§. 129.

De participiis futuri passivi.

1. Forma in य. Formatio ipsa prorsus Sanscritica est; atque quae sola h. l. tractanda est quaestio versatur in variis huius affixi mutationibus Prâkriticis. Expositae hae iam sunt: plerumque assimilatur य antecedenti consonanti, विपपाप्प e विज्ञप्य §. 72, 2. Post र् aut ज्ज fit e र्य; कज्ज e कार्य; §. 72, 4. aut dissolvitur र्य in इम; ib. 1. et p. 161. कार्य, कारिम, केर; nam इ antecedenti syllabae inseritur. Sic अच्छेर ex आश्चर्य. l. l. Verum enim vero accuratius disputabitur, si dicetur, obsolevisse hanc formationem in verbo Prâkritico et remansisse tantum vocabula nonnulla ita Sanscritice formata et usus frequentis; देय, unde देम vel देज्ज fingi potest, et similia nullibi deprehendi.

2. Forma in अनीय abit in अणीअ vel अणिज्ज; radix *) ipsa Sanscritice tractatur. पू(त्रू)अणीअ Mr. 54, 11; करणिज्ज K. P. 17, 14; सुमारणीअ Çak. 71, 6. e caussativo.

---

*) Addubito an recte a radice dicatur progigni hoc participium. Potius crediderim a nomine verbali in अन derivari affixo ईय; करण, करणीय. Certum mihi est, formam तव्य propagatam esse ex altero nomine verbali in तु, cuius accusativus in infinitivum abiit; augmento Gunae afficitur तु et तो + य = तव्य ponitur ut गव्य e गो + य.

3. Forma तव्व eodem modo e radice oritur, atque infinitivus in तुं, quem mox tractabimus. Sufficiat ideo laudare exempla: कादव्व = कर्तव्य. Vik. 67, fin.; बोद्धव्व Vik. 29, 3. P. a बुध्; nam scriptura C. बोनव्व falsa est. मरिसिदव्व Çak. 70, fin. a मृष्; गेण्हिदव्व Vik. 40, fin.; et घेत्तव्व s. घेत° supr. 118. a ग्रह् propter infinitivos गेण्हिदुं et घेत्तुं. सुणिदव्व M. R. 125, 4. a praes.; समासदइदव्व Mâl. = समासादयितव्य. Eliditur interdum द; भणिअव्व Vik. 40, 2.

§. 130.

De infinitivo.

1. Infinitivi forma Sanscritica तुं remanet, si praecedit consonans assimilanda vel nasalis; abit त् in द् post vocales; द् elidi potest consensu grammaticorum; licentia hac tamen utuntur poetae soli.

2. In ratione hanc infinitivi formam affigendi id innovat sermo Prâkriticus, quod vocalem इ adhibeat interdum in radicibus, quae huius vocalis auxilium respuunt Sanscritice; in aliis non radicem, sed thema praesentis praeoptat, ut saepius iam fieri vidimus; cf. §. 122. et §. 127. In verbis Xmae cl. et causs. aut contrahit अय्-इ in ए, aut elidit य् aut अय्, ut Sanscritice fit in part. in त.

Exempla testificentur:

2. *a*) पेदुं Vik. 66, 9; 13, 7. परिच्चत्तुं = परित्यक्तुं Mâl. विपपादुं ib. 31, 2. a ज्ञा; कादुं = कर्तुं Vik. 39, 11; वत्तुं = वक्तुं Vik. 40, 6. भइदुं Çak. 71, 2. a भू contra भोदुं et भविदुं Utt. 127, 7. रोदिदुं Çak. 78, 7.

b) इ contra usum Sanscriticum: दहिदुं = दग्धुं Çak. 70, 1; वरिसिदुं Mâl. a वृष्; at dicitur Sanscritice वर्षितुं

et ब्रहुं; मरिदुं = मर्तुं Rat. 72, 13; 77, 1; रम्मिदुं Mr. 54, 8. = रन्तुं; खिबिदुं = क्षेप्तुं Vik. 33, 4. संधिदुं pro संधातुं Mr. 10, 2.

c) सुपिदुं Vik. 34, 3; गच्छिदुं Çak. 59, 15.

d) Cl. Xma et causs. *α*. contractio: वाचेदुं M. R. 39, 3; कामेदुं M. M. 106, 8; धारेदुं Mr. 337, fin.; मारेदुं Mr. 315, 12; ज्ञीवाबेदुं Mr. 337, 1. *β*. अइ. ताडइदुं Mâl. मोआबिदुं Mâl. थाबइदुं Utt. 75, fin.; सुस्सूसइदुं Mâl. *γ*. elisum अय्; दंसिदुं Vik. 33, 3; धारिदुं Vik. 16, 4; मोआबिदुं Vik. 14, 2; पिआअत्ताइदु Vik. 64, ult.

§. 131.

De gerundio.

1. Forma Sanscritica त्वा in तुअ, दुअ dissoluta cf. p. 161. tantum in verbis quibusdam singulis remansit et vere Prâkritica non est. In कादुअ (sic scribe, nam आ est pro अर्) Guna est contra legem Sanscriticam M. M. 124, 1. M. R. 14, 8. गदुअ e गत्वा Mr. 3, 2.

2. In pedestri oratione praevalet इअ, i. e. Sanscriticum य dissolutum; usurpatur etiam in radicibus praepositione praefixa auctis; et praesentis themati potius quam radici subiungitur. सुमरिअ Mr. 15, 1; गच्छिअ Mâl. छिविअ a छिप Mr. 10, 12. scholl. falso स्पृष्ट्वा. गेण्हिअ Vik. 9, 12; सुणिअ Vik. 33, 12; ओदरिअ (अव + तृ) Vik. 29, 5; अहिरुहिअ Vik. 16, 5. देइअ M. R. 110, 2. cf. देदि §. 121, V. Caussativa et verba Xmae cl. abiiciunt अय्. पज्जालिअ Mr. 31, 3. = प्रज्वाल्य; ओवारिअ Çak. 132, 10. ab अपवृ. सद्दाबिअ Mr. 4, 1. a शब्दापयति.

3. Forma तूण et omisso त्, ऊण, descendit ab

antiquo त्वानं; cf. §. 89, 1. remanet in hodierna loquela Mahrattica, et ऊण् audit. तूण eisdem modis adiungitur, atque infinitivus. A poetis magis quam in pedestri oratione usitatur haec forma. Exempla haec sunto:

काऊण M. M. 106, 12; M. R. 123, 5; आगन्तूण M. M. 171, 16; घेऊण M. M. 71, 2. cf. Var. IV, 23; पाऊण M. R. 39, 10. a पा, bibere; घेत्तूण K. P. 41, 5; दट्ठूण ib. l. 9. K. P. 148, 5. lege मरिऊण pro मरऊण, a मृ. Ib. 147, 19. लहिऊण a लभ. विलोहिऊण ib. 45, 4. a लोकयति; videtur itaque अय् omitti. Ponunt tamen grammatici etiam formas हंसेऊण etc. Var. VII, 20. S. S. 325.

§. 132.

De frequentativo et desiderativo.

Restant horum verborum tantum vestigia et in vulgarem sermonem haud re vera migrarunt haec verbi derivati genera. जुगुप्स, unde Prâkr. जुगुच्छ, exstat M. M. 36, 11. etc. cf. §. 79, 3. शुश्रूष. §. 130, 2, c. §. 73, 5. A चिकित्स descendit चिकिच्छिदव्व Çak. 131, 3.

CAPUT SEXTUM.

Parerga.

§. 133.

In fine commentariorum poni solet a grammaticis Indicis sententia haec: प्राकृतं गाथादौ। संस्कृतमन्यत्रेषां।

§. §. 336. et uberius in scholl. ad Var. IX, 17. शेषः संस्कृतात् ॥ उक्तादन्यः शेषः प्रत्ययसमासतद्धितलिङ्गवर्णागमादिविधिः शेषः संस्कृतादवगन्तव्यः। इह ग्रन्थविस्तरभयान्न दर्शितः ॥ Quod exemplum imitari liceat. Nam et compositio, et derivatio vocabulorum (paucis exceptis cf. §. 88, 4.) cum Sanscritica ratione prorsus consentiunt et observandae tantum sunt regulae Prâkriticae euphonicae. Consentit etiam genus nominum et quae a grammaticis ponuntur aberrationes, perpaucae sunt. cf. Var. IV, 8. supr. p. 295. Syntaxin non docent grammatici peculiari capite; sed neque in hac re cernitur discrimen a Sanscrita praeter id, quod sequitur ex absentia dualis et dativi. cf. §. 92, 12. et licentias quasdam ab oratione hominum vulgarium petitas. Praetermisi ideo argumentum, quod apte tractari nequit, nisi a iusta Sanscriticae syntaxeos doctrina repetitur. Addam itaque hoc capite tantum observationes quasdam singulas de particulis.

§. 134.

Adverbiorum formae Sanscriticae sunt, Prâkritice mutatae. Quod novum est, ponuntur locativi pronominum saepenumero pro adverbio locali. तहिं pro तत्र M. M. 8, 7. etc. De *praepositionibus* quaedam posui p. p. 141. 151. 168. 177. 228. 230. Addam h. l. pro प्रति etiam dici पइ; पइपणादुं = प्रतिज्ञातुं Mâl. पइपणा = प्रतिज्ञा M. M. 106, 11. पइट्ठाणा = प्रतिष्ठान Vik. 100, 10. De variis particulis dictum est §. 26. Usum et vim *coniunctionum* in sententiis definiendis discere debebis et poteris a Sanscrita. *Interiectiones*

ad lexicographum magis quam ad grammaticum attinent.

§. 135.

Ponunt grammatici indigenae (Var. cap. IX. S. S. 366-385.) catalogum particularum varii generis, definitionibus et exemplis illustratarum. Hunc omittere nolui.

हुं est partic. dandi, interrogandi, asseverandi (praefero निर्धारण Var. IX, 2. S. S. 367. praebet निवारण, defendendi).

विश्र, वेश्र. Posui §. 26, 4. S. S. 368. mendose legitur भिश्र छेश्र.

ओ est indicantis, poenitentis, discriminantis; Var. IX, 4. आरोपणे addit S. S. 369. गाथासु दृष्टव्यः Bhâmahas.

इर, किर, किल tradunt cum asseveratione. Var. IX, 5.) S. S. 370.

हुं, क्चु, pro quibus S. S. rectius praebet क्खु, et in margine हु, खु, particulae sunt decernentis, concludentis, indicantis; Var. IX, 6. S. S. 371.

पावरं (-र S. S.) i. e. solummodo. Var. IX, 7. S. S. 373. Rat. 26, ult.

इ, जे, रा versibus explendis inserviunt, auctore Kramadîçvara 372. Omittit Var. et dubius haereo in iusta vocularum separatione. Deest apud Var. sûtra S. S. 374. तुरं हार्ये; estne त्वरं, *cito?*

पावरि, *deinde*, आनन्तर्ये. Var. IX, 8. S. S. 375.

कोस, किणो, interrogativae particulae; de कोस, quod omittit Var. IX, 9. cf. p. 326. किणो male scriptum videtur pro किणणु. S. S. 377.

अव्वो dolentis, indicantis, appellantis est. Var. 10. S. S. 378.

ऊ, a Var. omissa particula est timentis, mirantis, obiurgantis, discernentis, indicantis. S. S. 376.

अलाहि defendentis; Var. IX, 11. S. S. 379. (अलांहि?)

अड्, अले, alloquentis; Var. IX, 12. S. S. 380. (ubi रले; sed Bengalica र et व distingui nequeunt.) Dicitur etiam अई, अए M. M. 128, 17 etc.

पा बि Var. IX, 13. S. S. 381. *nedum*, वैपरीत्ये, pro quo male S. S. वैरित्वे.

देव्व S. S. 382. invocatio est; om. Var.

ह्नू obiurgatio. Var. IX, 14. S. S. 383. male सु.

रे, अरे, हिरे (S. S. हरे, melius, ut videtur), alloquentis, exsultantis, rixantis, obiurgantis sunt. Var. IX, 15. S. S. 384.

Pro इव ponuntur Var. IX, 16. म्मिव, मिव, विअ; prima est scriptura, si म् finale geminatur; cf. p. 226.; मिव est इव encliticum post म्; de विअ cf. p. 191. व, et व्व addit S. S. 385. cf. supra p. 192. Praeterea पिव et बिव, quae, nisi fallor, iuncturae sunt formae व cum पि s. बि pro अपि. cf. p. 188.

CAPUT SEPTIMUM.

De discrimine inter sermonem poeticum et prosarium atque de dialecto Çáurasênica.

---

§. 136.

1. A *grammaticis* unam eandemque dialectum Prâkriticam poni praecipuam, non est quod

addubitemus; nam ea, in quibus dissentiunt Vararuches et Kramadîçvaras, paucissima sunt atque momenti vix ullius; Hemachandram, minus accurate nobis notum, consentientem invenimus, ubicunque eius consulendi data nobis fuit copia. Râmam haud alia tradere, verum ab aliis tradita stolide amplificare comperimus. Ea alia est quaestio, utrum variae formae, quae a grammaticis ponuntur, recte ad eandem dialectum referantur, necne.

2. *Poetas* si inter ipsos comparamus, eandem ab eis primariam dialectum usitatam scimus; ne aevi quidem discrimina in diversorum poetarum fabulis possunt cerni, si grammaticae principalis dialecti rationes respiciuntur. Poetae vero, haud aliter atque grammatici, varias ponunt eiusdem vocabuli formas Prâkriticas. Sic करदि, करेदि, करोदि, कुणादि, करइ etc. pro eadem praesentis persona ab eadem radice कृ derivantur formae et कदुअ et काऊण foedere icto inter se pacem tuentur. Discrepantiae huius pars tribui quidem potest corruptae scripturae, at neque ei rei ascribi potest soli, nec pars dissensionis maior; consentiunt multo potius grammatici cum poetis in formis vocabulorum sine evidenti ratione et quasi pro libitu variandis.

3. Antequam diiudicare aggrediamur, quo sit loco habenda haec eiusdem vocabuli, formaeve, variatio, alia est agitanda quaestio. Nimirum suspicati sunt nonnulli, aliam exhibitam fuisse a poetis, aliam doceri a grammaticis linguam. Eandem esse

utramque censeo atque huius sententiae defensionem in me suscepturus essem, etiamsi maiores quam sint re vera, vel alius generis essent eae discrepantiae, quae inter poetas et grammaticos intercedunt. Primum enim habeo compertum, ex ipsis poetarum scenicorum et lyricorum operibus, docendi materiem petiisse grammaticos, qui ad istos fontes saepenumero provocant; ex. gr. voce गपाद्वौ ex S. S. §. 133, init. Emendandos itaque esse poetarum libros et ad praecepta grammaticorum revocandam scripturam asseverarem, si sententiam tam generalem proferre liceret de quaestione, quae recte non diiudicabitur, nisi in singulas suas partes dissolvetur. Distinguenda enim sunt varia dissensionis genera. Primum et quod longe est frequentius cernitur in mendosa librariorum scriptura, quae ipsa duplicis est generis: librarius Sanscritice doctus proclivis est ad vetustae linguae formas restituendas et facile ponet जुगुप्सा pro जुगुप्छा, similia; hanc ob rem et ऋ interdum relictum est et ॠ, atque emergunt nonnunquam ऐ et औ. Talis discrepantia neminem morabitur, qui variam vel unius fabulae scripturam e pluribus libris Mptis enotatam ante oculos habeat. Alii librarii minus docti, sed linguae cuiusdam provincialis usui assueti, a qua condicione nemo eorum excipiendus est, libenter ad vernaculam sermonem textum accommodabunt neque id in locis tantum quibusdam singulis, sed per totum librum atque iuxta regulam quandam satis constantem. Quam rem probe scit, qui ipse molestae librorum conferen-

dorum operae vacarit. Varias praeterea scenicas dialectos scribae omnes confundunt. In amovendis huius generis mendis desudare debebunt futuri dramatum editores, qui quum inter discrepantes eiusdem loci scripturas dubii haesitaturi sint, intelligent, iudicium esse ferendum, eiusque fundamenta in praeceptis grammaticorum esse iacta.

Amotis talibus mendis, quae demum remaneat discrepantia inter grammaticos et poetas, ea eius omnino non est generis, ut hi inter se consentientes iuxta certam normam decreta illorum renuant; nam vix regula est ulla, quam a poetis non saepius observatam inveniamus. Verum enim vero dissensio est talis, ut poetae interdum aliam, sed aeque legitimam vocis cuiusdam formam ponant, atque quae iniungatur a grammaticis. Ex. c. memoro तादिस et तारिस p. 115. et diversas rationes mutatae vocalis ऋ p. 116 etc. Sed haec et alia eiusmodi leviora sunt. Atque oblivisci non debemus, in maioribus, in absentia vocalis ऋ et diphthongorum ऐ et औ, in assimilatione consonantium coniunctarum, in elisione singularum, in declinatione et coniugatione esse consensum. Absurdum itaque esset, aliam poetis, aliam grammaticis attribuere dialectum. Omnis quae remanet et in iudicium vocanda est diversitas cernitur in singulis vocabulis; agitanda itaque est in singulis locis quaestio, utrum contra bonorum librorum auctoritatem revocanda sit scriptura ceteroquin toleranda ad decreta grammaticorum specialia, necne. Qua de re penes criticos editores erit iudi-

cium. Nam neque ex editionibus Calcuttensibus, neque ex unico apographo potest res recte diiudicari. Admittendas esse interdum leviores tales discrepantias inter grammaticos et poetas in sermone, natura sua mutabili et pro temporum et locorum diversitate variato, eo facilius concedo, quo magis ipse compertum habeam, diversa tradi de singulis quibusdam vocabulis formisque a grammaticis.

5. Im primaria hac Prâkritica dialecto, quae in commentariis grammaticorum, et fabulis poetarum eadem est, cernitur variatio quaedam tum vocabulorum, tum inflexionum; variatio est, quam ut admittunt grammatici, ita permittunt sibi poetae. Ex. gr. laudo elisionem consonantium non adspiratarum singularum; सुणाहि et सुणाइ aeque bene se habere videntur; idem valet de geminis inflexionibus, ut loc. sing. 1mae decl. in ए et म्मि, aliis similibus. At enimvero primo aspectu apparet, tali variatione, si constanter recurrat, speciem effici *dialecti diversae.* In hanc itaque discrepantiam, quae non inter poetas et grammaticos intercedit, sed in ipso sermone inest, opus erit accuratius inquirere.

§. 137.

1. Si elisionem consonantium singularum non adspiratarum (§. 35.) investigamus, invenimus, elisionem frequentioris esse usus in carminibus, quam in pedestri oratione. Carmina intelligo tum personarum, *) quae in fabulis praecipua utuntur

*) In dramatis editis has indicare volo cantilenas:

dialecto, tum quae K. P. et S. D. leguntur seu potius quotquot eorum tantum verae scripturae praebent, ut ex linguae scientia et legibus metrorum possint emendari.

Elisio haec potissimum locum habet in littera त formarum verbalium, quae solet retineri in prosa, in द mutata, solet elidi in versibus. हाइ M. R. 9, 3; होइ ib. 6. भाोइ ib. 7. गीाइ ib. 39, 11. P.; (C. falso गिाद्दि); कुणाइ ibid. सिज्जउ pro दु Rat. 88, 12. ट्ठिअं pro स्थितं M. R. 32, 3; जीविअवं, M. R. 9, 5. ubi C. iterum prosariam ponit formam जीविदव्वं. Huc referenda sunt praeterea gerundia in उण pro दूण s. तूण, infinitivi in उं pro दुं s. तुं.

2. Cum hac re cohaeret, in editis libris tamen magis obscurata est, mutatio adspiratae थ in ह (§. 40); usitatior est in pedestri oratione transitio in ध. cf. पणामह M. R. 9, 2; Rat. 88, 8; contra सवणेध Mr. 84, 13; पेक्खध ib. 14; जाणध Çak. 105, 8. Ponunt in 2da plur. verbi grammatici plerumque ह et, si bene observavi, praevalet haec ratio in versibus. Prorsus similiter in 3tia sing. praeferunt इ pro दि, in inf. उं pro दुं, in part. अ pro द etc. licet hae formae magis vulgares sint et longius a Sanscrita recedant. cf. §. 35, not. 2.

Çak. p. 2. p. 52. p. 93. p. 99. p. 105. p. 116. p. 118;
Vik. p. 34. Carmina act. IV. huc non trahenda sunt;
Mr. p. p. 84; 85; 191; 192; 195; 196; 197; 198, 199; 201; 202; 204; 281;
M. R. p. p. 9; 10-11; 32; 39; 76; 96; 106; 123; 124, 127; 130;
Rat. p. p. 7; 26; 88; 90.

3. Aliae sermonis varietates ad idem discrimen prosam inter et poesin redeunt; cf. quae observavi de loc. sing. 1mae declin. §. 93, 6; de fut. in हिमि §. 122, 4; de gerundiis in इअ et उआ §. 131, 2. 3. A pedestri oratione alienus porro videtur ablat. plur. §. 95, 4; et tempus in इअ s. हिअ (इअहोअ) §. 123; tum augmentum ज्ज §. 124. et nisi fallor, formae 1mae plur. magis correptae p. 339. p. 343. Addo denique formas *mediales*; nam certum est, praevalere in prosa activum; atque paucissimi esse videntur prosarii loci, quibus librorum *consensu* stabiliantur formae mediales.*)

4. His ita explicatis, satis evictam opinor hanc sententiam esse intra fines ipsius dialecti primariae discrimen inter formas prosarias et poeticas, quibus eadem persona pro vario dicendi genere utatur. Singula quae posui magis ex collatione librorum Mptorum, quam e textibus editis derivavi. Videndum nunc est, quid de tali discrimine tradant doctores indigenae.

5. Scimus, Mahârâshtricam dialectum (supr.

---

*) Omitto quae ad *licentiam* poeticam pertinent et in pedestri oratione nisi mendose locum habere nequeunt; ex. c. si non contrahuntur vocales in vocibus compositis, ut Rat. 26. दुल्लहहृदयाअपुरग्घो, vel geminatur consonans ob versum, ut in eodem disticho: लज्जा गहूई परव्वसो यप्पा। – – | ◡ ◡ – | ◡ – ◡ | – – | – ॥ In prosa scribi debet परवसो. Aeque omitto h. l. usum vocabulorum singularium. Nam utrumque genus magis dictioni poeticae, quam dialecto cuidam peculiari proprium est.

p. p. 8. 17. 20. 33.) dici a grammaticis eam, quam primo loco ponunt. De eadem edocemur a technicis (v. p. 36.), eam usurpandam esse in *cantilenis* mulierum praestantiorum, quae eaedem ceteroquin i e. in diverbiis suis, utuntur sermone *Çâurasenico*. Aliis etiam personis datur Çâuraseni l. l. p. 37. et certum est inter sermonem virorum, quos praecipua dialecto uti dixi in append. p. 32 seqq. et sermocinationem mulierum, quibus Çâurasenicam tribuit Viçvanâthas l. l. discrimen esse nullum. Omnibus his itaque vindicari debet ex sententia technici Çâurasenica dialectus, si soluta oratione utuntur, Mahârâshtrica, si versus fundunt. Discriminatur porro prosa a poetica dictione, ut modo a me factum est. Verumenimvero, si recte positum est hoc discrimen, tum a me, tum a Viçvanâtha, congruere debent ea, quae a grammaticis Çâurasenicae loquelae assignantur, cum eis, quae equidem prosae orationi supra vindicavi.

6. In plurimis consentiunt *) dialectus praecipua et Çâurasenica; ideo in docenda Çâurasenica ita versantur grammatici, ut ea tantum exhibeant, quae ei peculiaria sint et non cum praecipua communia. Haec e capite Vararuchis XII.

*) Dixi in excurs. IV. p. 33. me inter praecipuam dialectum et Çaurasenicam in isto catalogo non distinxisse; caussam nunc videtis. Eaedem personae utravis utuntur dialecto, si vera sunt quae a grammaticis traduntur.

et S. S. nunc enarrabo, reieotis disquisitionibus de locis grammaticorum nonnullis dubiis et corruptis ad calcem libri.

§. 138.

De dialecto Çâurasenica.

1. De *singulis consonantibus* in universum valet, eas rarius elidi, quam in praecipua dialecto; valet hoc de utroque elisionis genere, de adspiratis et non adspiratis. cf. §. §. 35. 40. Diserte id docetur de क et द, ध et भ in S. S. ac pro त et थ praeterea iubet Vararuches ponere द et ध. *) Exc. VI, 2. Communem itaque habet utraque dialectus transitionem tenuis in mediam in dentalibus; idem valere debet de cerebralibus et labialibus. cf. §. 37. Prosariae orationi iam vindicavi conservationem dentalium द et ध. §. 137, 1. 2. De य mediali iuxta S. S. statuendum esset, etiam hanc semivocalem saepius retineri Çâurasenice, quam fit in praec. dial. Aliter equidem opinatus sum §. 45. Utut hoc sit, certum est, elisionem consonantium singularum magis ad praecipuam et poeticam dialectum pertinere, earum conservationem, mutatis nonnullis surdarum in sonoras, magis propriam

*) Mutatio iuncturae न्त in न्द magis ad Çâurasenicam quadrare mihi visa est p. 238. quia dialectus quae त non elidit sed in द mutat, etiam magis acommodata esse videtur ad ponendam iuncturam न्द pro न्त. In editis libris न्द pro न्त in versibus etiam prostat.

esse Çâurasenicae et pedestri orationi. Ad quam rem animum advertere debent futuri editores.

2. De *vocalibus* eaedem valere debent regulae, atque in dialecto primaria. Peculiaris videtur sermoni poetico, et a prosario aliena tralatio vocalis इ e dissoluta syllaba र्य orsae ad syllabam antecedentem. cf. Exc. VI, 26.

3. De singulis vocc. hisce व्यापृत, पुत्र, गृध्र, स्त्री, एव, इव, प्रति, आश्चर्य, दण्ड, दष्टन, दोला, स्मृ, यावत्, तावत् videsis notas ad V. et S. S. in Exc. VI. num. 3. 6. 14. 4. 21. 22. 26. 27.

4. In *coniunctis* consonn. solum discrimen esse videtur, quod Çâurasenice pro ज्ञ, न्य, ण्य praeter ण्ण, etiam ञ्ञ poni potest in vocc. कन्या (unde etiam इञ्ञा), ब्रह्मण्य, यज्ञ, अभिज्ञ, प्रतिज्ञा, सर्वज्ञ. cf. Exc. VI, 5. 6.

5. In *declinatione* haec peculiaria esse dicuntur.

a) *Ablat. sing.* solam formam in दो admittere videtur Çâuraseni, idem de soluta oratione valere conieci. cf. §. 94, 4. et Exc. VI, 10.

b) *Locat. sing. pronomm.* Çâurasenicas habet formas स्सि (स्सिं), et त्थ, quibus addenda videtur हिं. Exc. VI, 24. Excluditur itaque probabiliter terminatio म्मि s. म्मिं; restat ut indagetur, sitne haec forma a soluta oratione aliena, sicuti eandem inflexionem a 1ma declin. exclusi §. 94, 6. p. 304.

c) Neutra nom. voc. et acc. plur. formant in आणि et आइं (s. आइ); Exc. VI, 9. Çâurasenicae hae formae etiam prosariae sunt; cf. p. 307. Praeter eas invenitur in praecipua dial. आ, abiecta syllaba णि; l. l. Si recte haec disputata sunt, amo-

venda erit haec forma decurtata a prosa, ut Vik: 33, antep.

d) *Abl. plur.* poetis seponendus videtur. cf. p. 310. et instr. sing. in एणं p. 302.

e) वअं i. e. वयं Çauras. est aeque atque अम्हे, quod sola est forma Mahâr. Exc. VI, 23.

6. Ad *coniugationem* haec pertinent:

a) Çâurasenica repudiat formas verbi *medii*; cf. Exc. VI, 17. Rarius medium invenitur et suspecta eius exempla sunt in soluta oratione propter titubationes scribarum; haud aeque in poetico sermone, si flagitat versus; a primaria dialecto tamen 1mam sing. excludunt grammatici §. 117, 1. Pluralis nullibi estat. Vix me eget monitore, admitti 2dam sing. imper. med. et partic. in prosa. In futuro contra nunquam ponitur medium. Hinc suspicatus sum, a prosaria oratione expungenda esse quae leguntur exempla medii supr. p. 343. Id certum est nullum esse verbum Sanscritice ad medium restrictum, quod Prâkritice non saepius activo usurpetur.

b) Ante inflexiones personales admittit Çâurasenica, ut praecipua dialectus, normam decimam contractam i. e. ए aeque atque अ. cf. Exc. VI, 25. §. 120, 3.

c) Pro 1ma sing. imper. poni videtur 1ma sing. pot. in ए, abiecta terminatione मं. Exc. VI, 25. Poeticae orationi contra vindicandae videntur formae 1mae plur. in इमो, इमु, अम, अमु. §. §. 117, 2. 120, 2.

d) De *futuro* edocemur, Exc. VI, 18. Çâurasenice dici posse in 1ma sing. ईसं pro इस्सं; res du-

bia est. cf. l. l. Quod certum est, excluduntur a Çâur. futuro formationes, ह्न pro स्य ponentes; eas solutae orationi abiudicavi §. 122, 4. Suspecta mihi sunt exempla rarissima, quae extra versus leguntur.

e) A prosaria oratione alienum videtur tempus in इस्स sive हिस्स, de quo cf. §. 123. Exempla e versibus tantum innotuere et primariae dialecto formam attribuunt grammatici. Idem valet de formatione in ज्ज, de qua cf. §. 124.

f) *passivi* forma communis in ईअदि sive इज्जदि Çaurasenicae attribuitur aeque atque praecipuae dialecto. Exc. VI, 19. Fit hoc a Kramadîçvara, non a Vararuche et supervacanea sane est observatio, si nulla est alia passivi forma primariae dialecto peculiaris. Talis haberi haud sine quadam iuris specie potest forma assimilata, ex. gr. घेप्पदि p. 361. Nam घेपीअदि forma esse debet prosaria. Passivum assimilatum legitur quidem, sed rarissime in soluta oratione, praeter वुच्चदि et दीसदि; quae solitae sunt formae. §. 125, 2.

g) Ex eis quae posita sunt sub tit. 1. et §. 137, 1. iam sequitur, ut 3tia sing. praes. in दि, imper. in दु, part. in द, infinit. in दुं, part. fut. in दव्व, Çâurasenici et prosarii sint, formae sine द poetici sermonis et Mahârâshtrici.

h) *Gerundii* forma in दुअ, cuius duo tantum exstant exempla, कदुअ et गदुअ, §. 131, 1. Çâurasenica dicitur; Exc. VI, 8. Exempla e versibus nulla enotavi. Forma in इअ Çâuras. Exc. VI, 7. dicta, usi-

tatissima est in oratione soluta, Mahrâshtrica उभा rarissime legitur extra versum. Cf. §. 131, 2. 3.

i) Verbi substantivi species अत्थि, quae Çâurasenicae ascribitur, aemulam habet in dialecto praecipua अच्छि. cf. p. 346. Exempla huius e cantilenis petenda erunt (nam Mr. 5, 6. mendose legitur), illa regnat per sermonem prosarium. cf. Exc. VI, 16.

k) Radices कृ, भू, दा, स्था, स्मृ, दृश् Çâurasenice audiunt: करंदि s. करेदि (करोदि), भोदि sive होदि, देदि, चिट्ठदि, सुमरदि s. -रेदि, पेक्खदि ac sunt certe hae formae usus frequentis et prosarii, dum aliae praeterea sermoni praecipuo conceduntur. cf. Exc. VI, 11. 12. 13. 14. 15.

§. 139.

His ita explicatis spero fore ut, quamvis sint quaedam dubia et coniecturis informata, evicta sit sententia, quam nunc proponam. Observant poetae dramatici in sermone personarum, quae praecipua dialecto Prâkritica loquuntur, id discriminis, ut alius sit sermonis habitus in soluta oratione, alius in versibus. Priorem sermonem Çâurasenicum dicunt technici, posteriorem Mahârâshtricum. Ad hunc pertinent praeterea multa inter poetici sermonis specimina, quae per libros rhetoricos sparsa leguntur. Consentiunt grammatici, siquidem ea, quae ab eis Çâurasenica dicuntur, plerumque solita sunt in oratione soluta, dum ea, quae Mahârâshtricae tanquam propria vindicantur, praevalent in cantilenis. Ad haec discrimina accuratius circumscribenda et stabilienda exhortor futuros dramatum

editores, qui supellectile critica instructi ad negotium suum accessuri sint.

2. Quum hinc sequatur, ut praecipua dialectus aeque sit Çâurasenica, ac Mahârâshtrica, iactari potest quaestio, cur grammatici hanc primo loco doceant, illam appendicis loco ponant et quasi per transennam exhibeant, in primis si recordamur, longe maiorem exstare numerum locorum soluta oratione conceptorum, quam cantilenarum. At postrema haec ratio nullius est momenti, si reputatur, in fabulis quidem scenicis non multa legi carmina, grammaticis contra magnam copiam ad manus fuisse, ex. gr. poemata lyrica et erotica de Krishna pastore, quorum specimina multa praebent K. P. et enchiridia rhetorices. *) Tum rationem mihi intelligere videor satis idoneam, ob quam poeticam dialectum fundamentum quasi grammaticae Prâkriticae fecerint doctores indigenae. Eadem est, ob quam equidem eandem ingressus sum viam, nimirum ope versuum omnino non carere possumus, si doctrinam vocalium Prâkriticarum ad certiores leges reducere volumus. Est denique consuetudo Indorum poesin magni aestimare, solutam orationem parvi facere.

3. Mahârâshtricam recte dicantne grammatici, necne, dialectum, quam primo loco ponunt, alia est quaestio satis obscura, si accuratius ventilatur. Adduci possunt rationes quaedam grammaticae, quae arctiorem necessitudinem inter pri-

*) Ad carmina provocat S. S. 336. supr. p. 367.

mariam scenicam dialectum et Mahârâshtricam evincere videantur. Vid. supr. §. 94, 4. §. 126, 4. fin.; §. 131, 3. At id tamen scire vellem, utrum ex hoc formarum nonnullarum consensu petita sit positio grammaticorum, an sententia sit, quam ex historia scenicae artis penitus cognita derivarint et posteris tradiderint. Sin autem recte poeticus sermo Prâkriticus ad Mâhrattorum loquelam refertur, restat, ut caussa eruatur, qua factum sit, ut poetae scenicae artis conditores et Indiae mediterraneae incolae cantilenas suas potissimum accommodarint ad loquelam gentis, extra Vindhyam montem agentis et olim minus cultae. Quaestionem indicasse sufficiat, nam etiam alia obscura sunt in antiquiori Indicarum harum dialectorum historia; vide quae tetigi in app. p. 14.

§. 140.

1. Si vera est sententia modo §. 139, 1. explicata, Çâurasenica praevalet dialectus in fabulis Indicis et maxima diverbiorum Sanscritice non scriptorum pars ei est adiudicanda; nam quae ad ceteras dialectos pertinent, et numero et ambitu summopere deficiunt. Secunda erit Çâurasenica lingua scenica, si dignitatem respicis; nam ea utuntur personae primariis proximae tanquam loquela vernacula et nativa. Ab Indicae societatis condicione profecta est haud dubie haec dignitas Çâurasenico sermoni attributa (cf. supr. p. 62) et inde sequi videtur, ut initia scenae Indicae apud Çurasenas quaerenda sint; nam vix alia

excogitari potest caussa, ob quam post Sanscritam Çâurasenico idiomati attributa fuerit pars principalis; quae quum usu obtinuisset et consensu poetarum fuisset sancita, propagari posthac poterat ad alias provincias, a quibus Çûrasenarum sermo discrepabat.

2. Obstare videtur huic sententiae, quod scena Indica potius in India mediterranea universa exculta sit, quam apud solam Çûrasenarum gentem. Notae sunt vetustissimae et maximae interioris Indiae metropoles, Indraprastha, Mathura, Kanyâkubja, Ayodhya, aliae, intra quarum moenia sedes ponendae sunt vitae cultioris, artiumque elegantiorum. Magis itaque credibile esset, si lingua quaedam ex harum urbium dialectis conflata secundam in scena susceperit partem. Quae opinio eo magis probabilis videtur, quo certius sit, linguam prorsus similem recentiorem quae Hindica dici solet, per hasce provincias praevalere (Cf. App. p. 21. not.), quae pro locorum diversitate paullulum quidem varietur, at admodum tamen similis sibi remaneat, ita ut dubium visum sit nonnullis, utrum ab antiqua Kanyâkubjensium loquela, an a vetusta Brajabhâsha derivanda sit lingua Hindica. Eodem modo per Hindusthanam proprie sic dictam olim obtinuisse libenter crediderim linguam vulgarem usus magis generalis, ad singulos locos non pertinentem, qua quum uterentur vulgo homines, elegantiores ii quidem, verum Sanscritam non edocti, maxime accommo-

data ea fuerit ad usus, quos Çâurasenicae attributos vidimus.

3. Çâurasenicae nomine hanc loquelam significatam opinor, non ideo, quod ad localem Çûrasenarum sermonem proxime accesserit, sed ideo, quod ab origine et inter prima scenae incunabula Çûrasenice maximam partem conscripta fuerint, quae in scena docerentur; remanserit itaque nomen et latius fuerit propagatum, etiam postquam facta esset mutatio quaedam sermonis. Nam vel minus inter se diversas fuisse olim, quam hodie, linguas Hindusthanae propriae Sanscriticas inde colligo, quod olim minus a fonte suo communi discessissent. Versari autem videtis hanc meam qualemcunque coniecturam (nam coniectura est) tanquam in cardine, in eo, quod initia scenae Indicae ad Çûrasenas et urbem eorum Mathuram referenda sint. Hanc autem opinionem inde informavi, quod persuasum mihi sit, e religione Krishnae profectam esse scenam Indorum (cf. praefat. ad Gît. Gov. p. VII.), Krishnae autem cultum in primis apud Çûrasenas et in ripis Yamunae olim viguisse.

LIBER TERTIUS.

De dialectis Prâkriticis inferioribus.

CAPUT PRIMUM.

§. 141.

De divisione argumenti.

1. In definiendis dialectorum minorum classibus utor exemplo grammaticorum Indicorum et omnia*) sermonis scenici genera, quae tractanda restant, in *tres* distribuo classes.

2. Prima est *Mâgadhica*, quae non multo magis a Sanscrita distat, quam praecipua, sed aliter mutat quosdam sonos, ex. gr. sibilos in श, et invertit quodammodo rationes istius, ex. c. ल pro र ponendo. Unicam huius nominis dialectum docet Vararuches; itidem H. Ch. Diversitates quasdam addunt seriores, ut *Ardhamâgadhicam* et *Dâxinâtyam*. vid. p. 17. p. 20. Ad hanc potius quam ad aliam quandam classem trahendae viden-

---

*) *Sedecim* sermonis genera (quorum primum tamen Sanscriticum est) posuisse videnter seriores, vel plura venditat Râmatarkavâgîçâs. cf. Exc. I. Quindecim enumerat Viçvanathas supr. p. 36. at addi potest Apabhrançicum et sedecim dialectis ipse gloriatur poema conscripsisse S. D. p. 219.

tur minores istae sermonis divisiones, quae p. 21 enumerantur, *Chândalica*, ceterae; eo sane deducunt specimina nobis patefacta. Quam posui p. 18. e S. S. enumeratio est confusa et prorsus nullius momenti. Verior est ratio dicendi, ad liquidum perduci non posse minutula haec discrimina a poetis non agnita. Ponam quae indagavi ad calcem capitis IIdi.

3. Secunda est classis *Paîçâchica.* Unum profert genus Vararuches, aeque atque Kramadîçvaras; alii duo ponunt, ut H. Ch. p. 10. Laxmîdharas p. 13. Râmas p. 22. cf. p. 27. Huius loquelae in fabulis, quales a nobis leguntur, specimina exstant nulla. Dialectus, quae a Vararuche et Kramadîçvara sub hoc nomine exhibetur, Sanscritam magis corrumpit, quam ulla antecedentium et eo sensu recte magis barbara habetur; est tamen loquela legibus sibi peculiaribus recta et praecipuae dialecto in multis opposita; primaria distinctio cernitur, si ita dicere licet, in *acclivitate* consonantium; tenues enim non descendunt in medias, sed hae ascendunt versus illas.

4. Tertia classis est *Apabhrançica.* Praetermittit eam Vararuches, duo genera stabilit H. Ch. p. 10. Generali sensu nomen ponit Laxmîdharas p. 12. ita dicens sermonem hominum circum ostia Indi fluvii degentium. Quo sensu varias dialectos Apabhrançicas dicat Râmas, explicatum est p. 15; et Exc. I, p. 6. nomina ipsa legesis ibid. p. 5. Luculentam huius loquelae enarrationem debeo Jacquetio meo, qui caput S. S. hac de re accuratis-

sime descriptum mecum communicavit. Varietates commemorantur tres, quarum secunda *Vrâchata*, tertia नागर s. उपनागर dicitur, prima nomine non significatur. Recte me admonet Jacquetius, idem nomen legi inter Apabhrançicas dialectos a Râma enumeratas; cf. Exc. I. p. 5. उमानगर. Assentior viro doctissimo, Umânagara reiiciendam scripturam censenti, at nescio, ad quem locum referri debeat nomen, si legitur नागर; coniunctum id suspicor cum appellatione generis scripturae vulgatae *Nâgrî*. De *Vrâchata* optime observavit idem Jacquetius, eius ope emendandum esse Râmam; p. 6, 1. अथ व्राचटाख्यां etc. eoque nomine indicari terram, quae hodie *Wuch* dicitur. cf. App. p. 20, III, 10. Addo vocem व्राच्च -ट corruptam esse e व्रात्य, qua notat Manus X, 20. homines caerimoniarum incuriosos. Constat eo opprobrio afflictos fuisse incolas Indi fluvii. Primo quae ponitur loco in S. S. Apabhrançica lingua, localis vix est, sed praemittere videtur Kramadîçvaras, uti fecit post eum Râmas cf. l. l. p. 4. ea, quae communia inter se habeant quaequae Apabhrançicae dialecti. Sermo, qui enarratur in S. S. multa communia habet cum antecedentibus linguis, sed plura sibi peculiaria, praecipue in inflexionibus. De qua re suo loco dicetur.

§. 142.

Si comparamus cum praeceptis de hisce dialectis a grammaticis specimina, quae in dramatis exstant, longe maior comparet discrepantia inter cathedram et scenam, quam quae inventa sit in

praecipuis dialectis, Mahârâshtrica et Çaurasenica. (cf. §. 136, 3.). Attamen quum ea, quae in scenicis harum dialectorum speciminibus a regulis grammaticorum abhorrent, nullam praebeant speciem sermocinationis novae, grammaticis ignotae, sibimetipsi consentientis, verum enimvero multo potius clare demonstrent, falsos fuisse scribas maiori sua praecipuae dialecti consuetudine atque identidem ad eam delabi; quum certum sit, ex ipsis fabulis derivatà fuisse praecepta grammaticorum: facile intellexi, id mihi esse agendum, ut quam possim accuratissime praecepta grammaticorum illustrarem; quo facto breviter indicare sufficeret, quae sint documenta cuiusvis dialecti nobiscum communicata, quaeque in eis bene se habeant, quae secus. Futuris editoribus magis canone grammaticorum opus esse censui, quum farragine emendationum et coniecturarum mearum.

2. Aliam rem, a meo proposito alienam, commendatam vellem viris harum rerum me peritioribus; intelligo comparationem harum dialectorum minorum cum eis linguis, quae hodie in eis obtinent locis, quorum nomina indita sunt hisce scenici sermonis generibus. Sine tali comparatione enim apte iudicari nequit, quid pro suis consiliis in provinciali loquela immutaverint poetae; atque in Apabhrançica et Paîçâchica loquela quaedam si non immutata, at certe tamen pro arbitrio permixta fuisse, ipse indicare videtur usus horum nominum apud seriores. cf. Exc. I. p. 6.

CAPUT SECUNDUM.

De dialecto Mâgadhica.

---

§. 143.

Nunc exhibebo praecepta grammaticorum, ac primo quidem loco XImum caput Vararuchis cum scholiis Bhâmahae, dein e S. S. quae huc spectant addam.

VARARUCHIS CAPUT XI.

मागधी ॥

प्रकृतिः शौरसेनी ॥ १ ॥

षसोः शः ॥ २ ॥

षकारसकारयोः शो भवति॥ माशे। *) विलाशे॥ *)

जो यः ॥ ३ ॥

जकारस्य यकारो भवति॥ यग्नदे। याग्ना॥ जायते। जाया॥

चवर्गस्य स्पष्टता तथोच्चारणं ॥ ४ ॥

चवर्गो यथा स्पष्टस्तथोच्चारणं भवति॥ पलिचए। **) गहिद्च्छले। **)
विजए। पिाकले॥ **)

हृदयस्य हडक्कः ॥ ५ ॥

हृदयस्य स्थाने हडक्को भवति॥ हडक्के घालड्के। हडक्कं मन्तेमि॥

र्यर्जयोर्य्यः ॥ ६ ॥

र्यकार र्जकार स्थाने य्यो भवति॥ कय्ये। दुय्यणो॥ कार्य्ये। दुर्जनः॥

क्षस्य स्कः ॥ ७ ॥

---

*) Cod. श्रो।

**) Cod. श्रो pro ए. Nonne leg. गहिद?

क्षस्य स्थाने स्ककारो भवति। लस्कशे। रास्तसः॥ *)

अस्मदः सौ हके हगे अहके ॥ ८ ॥

अस्मदः स्थाने सौ परतो हके हगे अहके एते आदेशा भवन्ति॥ हके भणामि। अहके भणामि। हगे भणामि॥

अत इदेतौ लुक्च ॥ ९ ॥ **)

सावू। इत्यनुवर्तते। अकारान्तात् शब्दात् सौ परत इकारेकारौ स्तः पक्षे लोपश्च॥ हस्ते शपदि॥ एशे आशा॥ एशे (l. एशि) पुलिशे॥ ***) एशशुतिसा एशारभा॥ ****)

क्तान्ताद् उश्च ॥ १० ॥

क्तप्रत्ययान्ताच्छब्दात् सौ परत उकारश्च भवति। चकाराद् इदेतौ लुक्च॥ †) हशिदु। हशिदि। हशिदे। हशिदाः॥ ††)

ङसो हो वा दीर्घत्वं च ॥ ११ ॥

ङसः षष्ठेकवचनस्य स्थाने हकारादेशो वा भवति। तत्संयोगे च दीर्घत्वं॥ पुलिशाह धणे। पुलिशशश धणे॥

अ †††) दीर्घः संबुद्धौ ॥ १२ ॥

अदन्तादित्येव॥ अदन्ताच्छब्दाद् अकारो दीर्घो भवति संबुद्धौ॥ पुलिशा आगछ॥ माणुशा आगछ॥

संबुद्धाविति किं। मणुशशश धणे॥

चिट्ठस्य चिष्ठः ॥ १३ ॥

चिट्ठस्य स्थाने चिष्ठ इत्यादेशो भवति॥ पुलिशे चिष्ठदि। मणुशे चिष्ठदि। इत्यादि॥

दुकृञ मृङगमां क्तस्य डः ॥ १४ ॥

---

*) Cod. रास्कसः।

**) Cod. लुक्क et सौ ad sûtram refert.

***) Sic Cod. et pro antecc. श ubique स।

****) Sic Cod. Exempla sunt elisionis, quae restituere nequeo.

†) Cod. लुकू।

††) Cod. ubique स। Ultimum ex. est लुक्; cf. infra.

†††) Lege: अद्; in exx. ubique emendavi श pro स.

दुकृञ करणे मृङ प्राणत्यागे गमू लृ गतौ॥ इत्येतेषु स्थाने क्तप्रत्ययस्थाने उकारो भवति॥ कडे। मडे। गडे॥

क्तो दाणि(ः)॥ १५॥

क्ताप्रत्ययस्थाने दाणि इत्यादेशो भवति॥ श हि पादाणि गडे। करिदाणि शाश्चडे॥

शृगालस्य शिआला शिआले शिआलका:॥ १६॥

शृगालशब्दस्य स्थाने शिआलाद्य आदेशा भवन्ति॥ शिआला आअच्छदि। शिआले आअच्छदि। शिआलक आअच्छदि॥

इति वररुचिकृते प्राकृतप्रकाशे मनोरमायां वृत्तौ मागध्यास्य एकादशः परिच्छेदः॥ ११॥

Ex S. S.

मागध्यां षसोः शः॥ १॥

रो लः॥ २॥

यपचवर्गयुक्ता मनागुच्चार्याः॥ ३॥

हृदयस्य हडक्को॥ ४॥ *)

ये ञायुक्तञययोः**)॥ ५॥

क्तो दाणिः॥ ६॥

क्तस्य णिआ॥ ७॥ ***)

दीर्घः संबुद्धौ॥ ८॥

ङसा हुत्वं अदूदीर्घश्च वा॥ ९॥

छिट्ठः स्थः [पैशाचिके]॥ १०॥

हके हगे चाहमर्थे॥ ११॥

शुट्टु शप्पदो महालाओ कयतं वयिन्न दाणि बम्हणाहु वश्शणेण चिट्ठदि वेदेवा हके पाणिआ॥ माहाराष्ट्रीमिश्रार्द्धमागधी॥ १२॥

शबरे सोरेत्वं॥ १३॥ एशे मेशे इत्यादि कथंचिद् भेदा माहाराष्ट्र्यादेः॥

Tum sequitur locus p. 18. a me positus.

---

*) Lege: हडक्के।

**) Lege: योऽनाद्यु°.

***) Dubia est scriptura; cf. infra §. 148, 3.

§. 144.

Ex his hae regulae deduci possunt.

A. 1) Vocales अ, इ, उ, आ, ई, ऊ eodem modo se habere debent, atque in praecipua dialecto; nam de eis nil docetur peculiare. ऋ et ॠ aeque aliena sunt a Mâgadhî; in quibusdam aliter mutatur ऋ, quam in dialecto praecipua; testis est हडक्क Var. 5. S. S. 4. pro हृदयक, supra हिअक्क, Var. I, 28; in कड i. e. कृत, मड i. e. मृत, शिआल i. e. शृगाल. Var. 14. 16. consentit haec cum illa. Vid. Var. ind. s. v. v.; idem in universum supponendum est propter absentiam testimonii contrarii. Itidem alienae esse debent diphthongi ऐ et औ ab hac lingua. ए et ओ finalia in इ et उ corripi interdum, mox videbimus.

2) Principalis discrepantia est quae in fine nom. sing. masc. nominum in अ cernitur. Hinc fieri docet Var. 9. ए sive इ; elidi etiam vocalem; in participiis in त (r. 10) denique mutari in उ. Omittit regulam S. S. loco iusto, eiusque initium repetit ad dialectum Çabaram r. 13. Patet hoc scribae negligentia esse factum. अ simplex non ita mutari, supervacaneum est admonere; est finis अस् sive अः, (cf. supr. p. 162.) qui ita variatur. De उ parcere possum verbis, est correptio diphthongi ओ ex अः contractae; *) cf. supr. p. 150. Non dicitur, utrum fine vocabuli Mâgadhici poni ceteroquin debeat ओ pro अस्, necne; colligo inde, quod regula de ए pro ओ ad nominat. sing. 1mae declin. restringatur et de aliis vocabulorum finibus nil definia-

*) Aliud उ pro ओ praebet terminatio डु S. S. 9. si recte huc tracta est regula. Dubia tamen est res.

tur, e Çâurasenica itaque petenda est norma iuxta reg. Var. 1. सो, forsitan etiam उ, expectandum est in ablat. sing. in दो etc. Nimis breviter haec expedivit grammaticus.

3) इ eodem casu aperte correptum est ex ए. Hoc pro सो Çâurasenico positum esse posset coniici nec dubia esset res, si re vera ex ista dialecto derivata esset Mâgadhica. At quum certa mihi disputasse videar supr. p. 29. derivationem dialectorum a grammaticis indigenis propositam formalem tantum dicendo, nil obstat, quo minus ए Mâgadhicum ab अः Sanscritico aeque directa via descenderit, atque सो Çâurasenicum. Potius itaque crediderim, ए istud contractum esse ex अ + इ, posito इ pro Visarga sive spiritu finali. Amantissimam mox inveniemus Mâgadhicam cognatae litterae त.

4) Quod additur, elidi अ finale eiusdem terminationis, obscurius est propter socordiam scribarum. Probabilius est, non elidi vocalem अ, sed Visargam pro स् nominativi ponendum; suadet id etiam शिआलक reg. 16. Hinc coniicio इस्दि reg. 10. Quid sibi velint ultima exempla reg. 9. nescio.

§. 145.

B. *De consonantibus singulis.*

1. Pro स et ष non coniunctis ubique ponendum est श contra morem Çâurasenicum, qui स unice admittit. Excipe solummodo स Sanscriticum finale. Var. 2. S. S. 1.

2. स्त locum litterae caninae semper occupat S. S. 2. Omissa est incuria librarii regula apud

Var. nam in exemplis लस्कगे r. 7. पुलिश्रे r. 9. aliis legitur ल. Confirmat regulam H. Ch. णाले i. e. नरः.

3. Pro न ponendum est ण, ut in praecipua dialecto; fit ex. gr. reg. Var. 15.

4. Pro त poni videtur media द, cuius locum supplet ड in हडक्क reg. Var. 5. कड, मड, गड reg. Var. 14. द exstat in याम्हदे V. 3. हणिदे V. 10. etc. Media ग pro क in हगे V. 8. S. S. 11.

5. य Sanscriticum facile elidi videtur; cf. exempla याम्हदे, याम्हा V. 3. una cum vocali evanescit in हडक्क pro हृदयक, posita क्क ob accentum. Usurpat contra semivocalis partem litterae त prorsus contra rationem Çâurasenicam. cf. §. 45. Consentiunt hac in re V. 3. et S. S. 5. facta emendatione necessaria.

6. Elisiones consonn. singularum rariores videntur, quam in dialecto primaria, excepta semivocali य. Nam alius elisionis exemplum exstat tantum in शिआल pro शृगाल V. 16. श्राम्हडे pro श्रागदः r. r. 15. 16.

§. 146.

C. *De consonantibus coniunctis.*

1. Ad eandem rem pertinent praecepta V. 4 et S. S. 3. res ipsa dubia non est, at quomodo accipienda. Certum est coniunctas respici*) litteras palatales, quibus S. S. addit य et labiales.

---

*) Diserte dicitur in S. S. et unum exemplum apud Var. praebet iuncturam Sanscriticam र्क, aliud continet श्च quae littera valet च्छ. Duo alia पलिचए et विसए exhibere videntur Sanscritica परिचयः et विनयः; at hoc

Parum eas efferendas esse docet S. S. Explicant exempla apud Var. rem ita, ut efferenda sit pro geminis palatalibus Çâurasenicis tantum una: पलिचय्ये, गहिरह्ले, विज्ञा, पिफले pro Çâur. परिच्चस्सो, गहिरच्छलः, विज्ञा, पिज्करो, i. e. Sanscr. परित्यज्यः, गम्भीरह्लः, विपा, निर्फरः. Cum tali pronunciatione consentit मनाम् in reg. S. S. cum ea consentiet Vararuches, si rescribetur: चवर्गस्यास्पष्टता et iungetur: यथास्पष्टः. Coniectura certa mihi esse videtur. Ad labiales extendit regulam S. S. Exempla essent पुप्फ pro पुष्प, णिब्भर pro निर्भर, alia eiusmodi. At silet Vararuches et dissensio est in य, nisi dicere vis, scribi quidem a Var. य्य, hoc tamen non obstare, quo minus cum S. S. obscurius efferatur iunctura. At vel magis probabile est, य male legi pro त. cf. §. 148, 2.

2. Pro ज्ज Çâurasenico, ex र्य sive ex र्ज progenito, Mâgadhice ponendum est य्य. Var. 6. कय्ये pro कार्य, दुय्यणे pro दुर्जन.

विप्पर audire debebat iuxta reg. 3. Utrumque mendosam praebet scripturam, utracunque ponatur interpretatio regulae. Si legitur स्पष्टः, *clarior* pronunciatio, quam Çâurasenica, nullo istorum exemplorum depingitur, immo ह्ले et फले obscurius sonant, quam च्छले et ज्फरे. Sin autem rescribitur अस्पष्टः, duo haec bene se habent, illa aeque clare strident, atque in Çâur. Male itaque se haberent exempla, etiamsi suspicari velles, regulam Vararuchis valere et de singulis et de iunctis palatalibus. Omnia bene consentiunt, receptis coniecturis a me propositis; णिज्जर i. e. निर्जयः rescribi non potuit ob reg. Var. 6. De singulis consonn. aut nil praecipit regula aut iubet eas in alium sonum mutari, ex. gr. च in *z*, ज in *y*.

3. In sibilis coniunctis prorsus dissentit Mâg. a praecipua dialecto, omittens assimilationem. Rem diserte docet Var. de क्ष v. 7. cuius elementa transponuntur et transit sibilus in dentaiem, si recte legitur लस्कशे; at refragatur quodammodo reg. 2. et suspicor लस्काशे. Omittit S. S. regulam, at patet, decurtatum esse et mancum totum locum de Mâgadhî. Quod de क्ष constat, de aliis sibilorum iuncturis assumi posset ex analogia et exemplis हस्ते r. 9. छिष्टदि reg. 13. Pro hoc tamen scribitur S. S. 10. छिट्ठ; refertur hoc quidem ad Pâiçâchicam loquelam, at aliena est talis mutatio huius iuncturae ab ista dialecto et absurde h. l. additum est पैशाचिके, quum mox seqq. ad Mâgadhicum sermonem pertinere pergant. Dubium tamen remanet, utrum vere Mâgadhicae sint iuncturae tales, ut स्त, स्थ, ष्ट, ष्ठ et expectandum, dum novi patefiant nobis fontes. Ante य aut semivocalem sibi assimilat sibilus स in श mutandus, hinc gen. sing. in श्श, aut in ह transit स, eliditur य et producitur vocalis antecedens. cf. supr. §. 79, 6.

4. In ceteris iuncturis observatas esse leges Çâurasenicas, colligendum est ex silentio grammatici; exemplum est कालके r. 5.

§. 147.

De declinatione.

1. De *nominativo* sing. nominum in अ iam dictum est, eum aut ए sive इ, aut अ finiri; participiis in त alia praeterea conceditur forma in उ. Mira est forma nominativi in आ in voce शिआला

Var. 16. Cum masc. confusum esse neutrum, patet ex exemplis धणे r. 11. कव्वे reg. 6. इडक्कं alterum r. 5. accus. est; prius इडक्के nom. Feminino pronominis एश eadem terminatio attribui videtur reg. 9. at suspecta est scriptura.

2. *Gen.* sing. aut श्श ponit pro स्स Çâurasenico, aut ह producta vocali anteced. पुलिशाह s. पुलिशश्श reg. 11.

3. *Vocativus* sing. in आ 1mae declin. (supr. §. 97.) huic dialecto vindicatur; Var. 12. S. S. 8.

4. *Nomin.* plur 1mae declin. aut in आ iuxta S. S. 9. exit (idem docet Vararuches silentio suo) aut हु addit, producta vocali antecedenti. Exemplum esset पुलिशाहु iuxta reg. 12. Forma satis memorabilis, siquidem ea fluxit ex antiqua inflexione, Vedis et Zendavesto communi: आसस्; cf. Yaçnam Burnoufii I. App. p. LXIII. उ correptum est ex ओ, आहो pro आसस् id tantum habet miri, quod ह positum sit pro स non coniuncto; alia tamen exempla prostant §. 29. Certum est inveniri hanc inflexionem in inferioribus scenicis dialectis; quod Mâgadhica sit, solo Kramadîçvarae testimonio innititur.

5. De ceteris casibus quum nil annotatum sit, ii ex Çâurasenicis derivandi sunt, mutatis mutandis.

6. Nomin. sing. Mâgadh. recurrit in अहके, unde हके et हगे, pro अहं. Var. 8. S. S. 11. Nimirum ex अह-म् fictum est अहक, ut तुमक §. 111, 3. hinc nominativus अहके.

§. 148.

De coniugatione.

1. De inflexionibus verbi nil observati invenio; ex eo quod ए ponitur in nom. sing. pro ओ, colligo, in verbi terminationibus Mâgadhicis etiam ए saepius admitti, quam Çâurasenice fit. Cf. §. 138, 6, *a*. Exemplum medii est ग्मग्धदे Var. 3.

2. Gerundii forma ab utroque teste Var. 15. S. S. 6. ponitur दाणि. Exempla पादाणि, करिदाणि i. e. पीत्वा, कृत्वा, Çâur. पादूण, कादूण, Mahâr. पाऊण, काऊण. Utitur itaque hoc gerundium इ intercalato post consonantem radicis finalem; कर् eodem modo ponitur pro कृ, ut fit in praecipua dialecto. cf. §. 131. दाणि eiusdem haud dubie est originis, atque तूण, दूण, ऊण, sed e त्वानं (cf. §. 89, 1.) assimilatione fit ताणं et propter debilitatem iuncturae Mâgadhicae (§. 146, 1.) ताणं, cuius tenuis descendit in द; in दाणि finis म abiit in इ, nam abiectam esse nasalem finalem ex analogia praecipuae dialecto coniicio. Habet hoc affinitatem quandam cum इ posito pro spiritu finali in nomin. in ए. supra §. 144, 3.

3. In participio in त abit tenuis post vocales in द; हसिद V. 10; द interdum fit ड, ut कड, मड, गड V. 14. Si त Sanscritice cum alia consonanti associatur, evadit forma Mâgadhica consentanea, ut लद्धे pro लब्ध omnino ut in praecipua dialecto. cf. §. 123, 1. पिग्धा S. S. 7. sic recte positum esse nequit ob finem ग्धा, at ignoro, utrum generalis sit regula de participio passivi Mâgadhico, an emendanda sit reg. ope Var. 14.

§. 149.

Pura et sincera haec est Mâgadhica dialectus, quam hominibus intimi palatii regii attribuit Viçvanâthas, nescio quibus exemplis fretus; nam in nulla fabularum, quales nobis leguntur, adhibita est dialectus, signis sibi prorsus propriis स्क pro क्ष et य pro ज satis distincta. At antequam in exempla Mâgadhici sermonis, quae in fabulis exstent, inquiramus, prius congerere placet, quae de cognatis dialectis ex brevibus grammaticorum notitiis colligi possunt.

§. 150.

De *Ardhamâgadhica* scimus (p. 20.), eam a Mâgadhica non magnopere discrepare; accuratius hoc definit Kramadîçvaras dicendo, admixtam fuisse huic loquelae Mâhârâshtricam (reg. 12); quod eo magis tenendum est, quo ieiuniora sint singula, quae praeterea memoriae prodidit. In absentia notitiae alius haec tamen premere debemus.

1. Perturbatus et mancus est S. S. §. 12. Partim exempla sunt a regulis suis divulsa, partim regulae sine exemplis; neutrum sine mendis. Negligenter omnino versatus est scriba in minoribus hisce dialectis.

2. शुद्दु श्रपद्दि*) (i. e. स्वपिति) indicat, in Ardh. poni श pro स et ष, ut in Mâg. at mutari ट eadem ratione, atque in Çâur. Inflexio दि signum est elisionis in Ardh. non ubique observandae.

*) श्रप्पदो mendum est, cf. Var. XI, 9.

3. महालाम्रो pro महाराजः exemplum est ad regulam omissam, qua iniuncta fuit mutatio litterae caninae in ल. Nominativus in ओ pro ए indicare videtur, utramque formam Ardhamâgadhice usurpari.

4. कयतं वयित्त corrupta est scriptura, quae varie tentari potest. Certam emendationem in promptu non habens eam intactam relinquo.

5. Gerundii forma Mâgadhica दाणि etiam huic dialecto ascribi videtur; idem valet de nom. plur. in इ.

6. बम्रपोपा quid sibi h. l. velit, haud assequor; nam alia forma instrum. sing. 1mae declin. in Mâg. non commemoratur.

7. चिट्ठदि significat, formam Çâur. non Mâgadhicam चिट्ठदि sive चिश्टदि obtinere in Ardh.

8. Lego इदेहा। i. e. in nom. sing. masc. et neutr. 1mae declin. formam in ए s. इ praeter Çâurasenicam in ओ huic dialecto esse propriam.

9. हके Ardh. itaque dicitur aeque ac Mâgadh.

10. पाणिाषा cohaeret cum reg. S. S. Mâg. 7. et aeque obscura mihi sunt verba.

§. 151.

De inferioribus dialectis certa nulla docentur in S. S. De *Çâbarî* (cf. p. 19.) discimus, eius nom. sing. 1mae declin. Mâgadhice exire in ए. Hoc et quae sequuntur nomina (cf. p. 18.) ad eas linguas pertinent, quas *Vibhâshas* dixit Râmas (vid. Exc. I.); male tamen h. l. in S. S. ponitur Çâurasenî; Dâxiṇâtya a Râma post Ardhamâgadhicam collocatur; etiam in hoc peccasse videbi-

mus aut Kramadîçvaram ipsum aut librarium eius. Enumerantur in S. S. singulae dictiones, hisce dialectis propriae, e provincialibus linguis*) petitae, nullo inter diversa sermonis genera discrimine facto; quo fit, ut eis pro nostris consiliis uti non possimus. Ex hoc id solum colligo, quod dialecti *Çakárica*, *Çábarica*, *Chandálica*, *Abhírica*, similesque cum Mâgadhico sermone arctius coniunctae sint, utpote quae post eum enumerentur. Consentit nominativus *Çábarensis* modo prolatus, at magis etiam specimina in fabulis obvia.

§. 152.

Dramata si perlustramus, nullos invenimus locos, qui ad Mâgadhicam puram referri possint. Nam स्क pro क्ष, vel य pro ज, ञ्ञ pro ज्ञ nullibi emergunt. Gerundium in दाणि prorsus evanuit. Partim attribuendum hoc est inscientiae et socordiae scribarum, qui praecipuae dialecti magis periti, loco Mâgadhicae purae saepius posuerint formam Çâurasenicam. Exemplum luculentum huius rei est Mr. p. 159, fin. 160, 1. Nam रक्खसं per रक्खा sibi non interpretari potuit Maîtrêyas; sin autem रस्कं

*) Additur enim fine cap. इति देशीसारः ॥ Recte coniecit Jacquetius अनुसारः। Partim interiectiones sunt, ut रे, अरे, ओ, etiam aliis dialectis cognitae; partim particulae, ut से s. सि pro इव, partim nomina. Regulae generales vix ponuntur et nullius sunt usus, nullo addito nomine, ex. gr. quum dicatur pro arbitrio produci vel corripi posse vocales: ह्रस्वदीर्घप्लुतशब्दोपाधिर्यथेष्टं।

dixit Kambhîlakas, id facile convertere potuit in रुक्का. Oblitterasse itaque credo scribas saepenumero vestigia sermonis Mâgadhici; cui quum admiscerentur formae sermonis primarii, orsa est *Ardhamâgadhica* lingua, nulli provinciae propria, a vetustis poetis non adhibita, ab antiquioribus grammaticis, Vararuche et Hemachandra, non tractata; ne Laxmîdharas quidem eius mentionem iniecit. At facile est visu, hanc mixturam sermonis non totam attribuendam esse scribis, verum enimvero seriores poetae, qui omnes Prâkriticas dialectos non ex ore hominum mutuabantur, sed in subselliis didicerant, ipsi usi sunt mixto hoc sermonis genere. (cf. p. 12.) Ad hoc pertinent diverbia passim Mâgadhicae nomine insignita, ut *Jîvasiddhis* in M. R. et quae proferunt in Prab. discipulus *Chârvâkae* et *Jainicus*. Purae Mâgadhicae specimina persequor per fabulas antiquiores et potissimum quidem in loquela Kumbhillakae *), Vardhamânakae, et balneatoris Buddhici *) in Mr. Assecla Buddhae se ab urbe Pataliputra originem traxisse dicit (Mr. 75, 4.) i. e. a metropoli Mâgadhensium sive Vihârensium. Puer Çak. p. 151 seqq. eadem loquela usus fuisse videtur, at confundit Chézyus diversa sermonis genera. — *Lictor* (शोधनक) Mr. p. 259 seqq. tam multa profert Mâgadhice, ut vix dubitem, quin ad eum sermo-

---

*) cf. Mr. p. 155 seqq. p. 58. p. 212. p. 255 seqq. Mr. p. 90. p. 185. p. 190. Alia eius diverbia vix abhorrent a genere praecipuo; cf. locos in App. p. 33 indicatos.

nem revocanda sint omnia eius verba; at tam parum sibi constat in ed. Calc. eius sermo, ut inde exempla petere tutum non esset. Atque omnino tantam invenio in libris*) Mptis inconstantiam in eis, quae ad unam alteramve dialectum proprie pertinent, ut satius saepe visum sit, castigatiores expectare novas dramatum editiones.

§. 153.

1. Vocales easdem sequuntur regulas, atque Çâurasenicae (§. 144, 1.); de अः finali mox dicetur. श्रो quod legitur Mr. 159, 1. in मौलेन्ति iam supr. p. 122. repudiatum est. Mr. 258, 6. शेपां exstat pro शनैः, quasi elementum इ ex diphthongo in syllabam praecedentem tralatum esset; at desunt alia exempla.

2. ए forma est legitima nom. sing. masc. 1mae declin. §. 144, 3. Exemplis scatent loci et quae interdum eius loco emergunt श्रो, incuriae scribarum tantum debentur. ईदिशे Mr. 78, 6. लपडे Mr. 155, 5. एशे Mr. 83, 5. Haec inflexio transfertur etiam ad neutra, अड्डे Mr. 64, 2. 4. verum non ad feminina. एशा शा Mr. 158, 1. = एषा सा. Pro ए interdum legendum est aut इ aut ए breve, ex. gr. Mr. 73, 6. गडि.**) शक्कि = शक्यः 90, 7. 8. 9. उ correptum ex श्रो rarius legitur; चिनू (sic) Mr. 212, 8; cf. §. 144, 2. शिलु Mr. 62, 9.***)

---

*) Usus sum ad M. R. codice Parisino, ad Çak. varia scriptura, e codd. Londd. a Brockhausio meo enotata.

**) Versus non viderunt edd. Calcc. Hemist. est: पा क कन्तालगडि विबत्तादि ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ | ⏑ | ⏑ – ⏑ | ⏓ |

***) गन्धु Mr. 63, 9. e proximis diverbiis irrepsit.

contra legem Vararuchis peccat, ष्ठिल eius loco ponitur 212, 9. quae forma bene se habet; aliud exemplum est चिश ibid. Suspicor tamen श hoc restringendum esse ad nom. et acc. sing. neutr. et ad nom. sing. masc. ante verbum substantivum encliticum, ut Mr. 73, 7. लविखदम्हि. cf. चिलम्हि 219, 10.

§. 154.

1. ण pro न Sanscritico, श pro ष et स Sanscriticis, ल pro र satis frequenter ex decreto grammatici inveniuntur et quae aliter scribuntur, emendatius legi solent in codice uno alterove. Exempla sunt: शहिश्र = सभिक Mr. 58, 12. अपपोशन्ति e rad. इष्; ib. 58, 12. ut taceam श Sanscr. conservari: शालणं Mr. 58, 11. शद्दे Mr. 61, 6. = शब्दः. णं = ननु Mr. 62, 1. कलेमि = करेमि Mr. 63, 6. लोअदि = रोचते Çak. 155, antep.

2. ड pro द et त invenitur iuxta Var. in हडक्कं Mr. 61, 6. in गडे Mr. 73, 6. कडे Mr. 64, 9. Mendose eius loco scriptum est ल in हलक्के Mr. 155, 6. in कले 85, 1. etiam द ponitur in कदं et गदे Mr. 83, 2. 66, 5. 76, 2. हिश्रश्र etiam ponunt scribae Mr. 58, 9. In वाबड Mr. 58, 10. et rad. पड i. e. पद् constat ड e praecipua dialecto: Mr. 62, 9. 58, 11. Denique male ponitur ड pro ल in पाड i. e. नर Mr. 61, 7. विपडीद = विपरीत 58, 13.

3. य pro ज in nostris libris non prostat et solum quod observavi proclivitatis versus य exemplum cernitur in scriptura दुयालक, alias दुवालक pro द्वारक. Mr. 71, 11. 156, 4. cf. S. S. 45. Exc. V. Vix dubito, quin codices antiquiores etiam in hac re decretis obtemperaturi sint grammatici.

4. In elisione consonantium singularum, in ponendo ह pro adspiratis, in transitione surdarum in sonoras observantur regulae in praecipua dialecto validae. Molestum est exempla adducere.

5. चिट्ठदि, non चि° prostat Mr. 156, 3, contra iussum Vararuchis. Etiam in hac re expectanda est collatio librorum.

§. 155.

1. Quod ad assimilationem attinet, valent leges in primaria dialecto regnantes; neque aliter praescribunt grammatici de Mâgadhî. Exempla sunt: मग्ग Mr. 58, 11; गद्दहो = गर्द्भो, ib. 8. शत्ती = शक्ति Mr. 58, 9. हत्ये Mr. 256, 1, दट्ठूण = दृष्ट्वा 58, 10. पब्भट्ठे = प्रभ्रष्टः ib. पण्ह = प्रश्न Mr. 159, antep. Porro उज्जाण = उद्यान Mr. 529, 11. पच्चुपकालं = प्रत्युपकारं 255, 8. Afferam infra exempla omissae huius mutationis ex dialecto cognata, et habeo rationes, ob quas credam, haud semper observandum esse reg. §. 72, 3. in dialectis Mâgadhicis. Silent ea de re grammatici.

2. Inveniuntur exempla inversae assimilationis, de qua §. 63. शुक्क Mr. 58, 7. 62, 2. at eodem loco शत्ते et in sola iunctura क्त hanc mutationem observavi.

3. Ubi स्स ponendum est Çâurasenice, in hac dialecto esse debet श्श, et negligentia est librariorum, si huic legi non semper mos geritur. हुविश्शं Mr. 82, 7. कलिश्शं = करिष्यामि ib. 6. मणुश्शश्श Mr. 61, 6 पश्शादि 157, 6. एक्कश्शि = एकस्मिन् 159, 8. at contra कस्सि 159, 1. et alia multa, quibus foedare chartam nolo.

4. Et legi Vararuchis de स्त et aliis peculiaribus

sibilorum iunctorum mutationibus, quas suspicatus sum §. 146, 3. refragantur libri. Nam quod कष्टे et पिश्चले legitur Mr. 58, 7. 258, 10. solitarium est, et si दृश्चिपा ponitur 76, 5, quod credere possis esse vestigium scripturae दृस्किपा, plerumque legitur क्स more Çâurasenico, ut लक्खिद 73, 7. सिक्खिद (sic) 75, 8. Mr. 213, 8. legitur पेहदि pro vulgato पेक्खदि; in hoc forsitan latet vestigium scripturae स्क. cf. §. 78, 2. et infr. §. 164. ubi exempla ponam alia, quibus probabile fit, scripturas स्त, स्थ, ष्ट, ष्ठ vere esse Mâgadhicas.

5. Itidem frustra per istos locos exempla quaeres tum geminatae semivocalis य, tum eorum quae a grammaticis tradita sunt §. 146, 1.

6. Elisiones syllabarum, ut घडुक्क Mr. 58, 9. देउल ib. 13. एपिहं ib. 11. Mâgadhicae cum praecipua sunt communes. cf. p. 129. p. 172.

§. 156.

1. In *declinatione* id primum agam, ut exempla exhibeam inflexionum Mâgadhicarum. *Nom. sing. masc.* in ए, इ, उ, अ positus est §. 153, 2. Alia exempla sunt ईदिशे, भादले Mr. 78, 6. शे = स 213, 6. जे 73, 5. = सः; के = कः Çak. 158, 15. एशे चीवले nom. neutrius est Mr. 213, 1; at अं praeterea hoc casu obtinet. cf. ibid. et p. 79, 4. हालिदं. Acc. neutr. in अं legitur 63, 6.

Gen. sing. masc. et neutrius 1mae declin. (nam de aliis nil relatum invenio et श्श eis ex coniectura attribuo) मणुश्शश्श Mr. 61, 6. तश्श 258, 9. काह, शाह, ताह Mr. 78, 10. 212, fin. एक्काह 64, 9; शालकाह 213, 2.

Voc. in आ, Mr. 155, fin. कुम्भीलआ etc.;

Nom. plur. in डु ex reg. S. S. §. 147, 4. nondum indagavi. Pluralis latet in मापाहे Mr. 155, 4. si recte explicatur per मान्वाः, i. e. voc. plur. At nec Mâgadhicum hoc est, quum ही मापाहे Mr. 9, 2. etiam Çâurasenice dicatur; neque certum, मान्वा॰ ea dictione contineri. Pluralis istam formam potius suspexerim in hac sententia Mr. 82, 8. क्षुमणिदव्वा एदे भक्खलु; nam उ absurde scriptum est, quum sit nom. plur. et omnia bene se habent, si reponitur भक्खलाडु. Utut hoc sit, id certum est, एदे mascul. cum neutro coniungi et neutri singulari attribui inflexionem masculini iam compertum habemus. cf. Mr. 272, 7. Utitur praeterea nominativus plur. neutr. terminatione श्रा 255, 12. et aeque श्राइ, quod pro acc. plur. ponitur ex. gr. भक्खलाइं Mr. 155, 6.

2. Ceterae formae nil peculiare habent: nom. sing. 2dae et tertiae तुम्बुड़ Mr. 155, 9; भिक्खु त्ति Mr. 258, 8. Tum 4tae पिदा, मादा Mr. 65, 6. 8. etc. Acc. पश्चादं, पपहं Mr. 62, 7; 159, 11. instr. उज्जेण 76, 5. Abl. हत्यादो Mr. 66, 3; cf. 76, 2; 73, 2. loc. गेहे 66, 4. Sed haec ultra prosequi supersedeo.

3. हगे legitur Mr. 216, 6; अहके invenio in varr. ad locc. Çak. infra tractandd. हगे Dh. Genitivus मह ad Mâg. maxime quadrare videtur; invenio tamen मम Mr. 62, 1. et मे Çak. 155, ult. तुमं Mr. 95, 7. suspecta mihi est forma et suspicor तुहं Apabhrançicum. cf. तुहं §. 161. Praeter ea quae annotata iam sunt, nil Mâgadhici in ceteris pronominibus invenio.

§. 157.

1. Verbi formae non differunt a Çâuraseni-

cis, nisi in eo, quod श ponitur pro स et स्त pro स्स; शीअस्सि Mr. 78, 7; गमिस्सं Mr. 259, 9. दइस्सं Mr. 62, 5; 158, 10. Medialis 1mae sing. praes. forma legitur Mr. 155, 9. गए i. e. गच्छामि; quod antecedit गाए, non pro वादवम्मि est, sed 1ma persona thematis, cuius tertia audit वावदे i. e. वाति; cf. p. 184. गेण्हे Mr. 94, 9.

2. Gerundii forma Mâgadhica quae ponitur in दश्शिा, mihi in libris nondum sese obviam tulit; Çâurasenica et Mâhârâsht. saepius leguntur, दट्ठूण Mr. 58, 10; दट्ठूण = दृष्ट्वा 66, 5; अवधीरिअ l. 6. (अवधीर्य). Etiam Sanscritizans गदुअ 85, 6. कदुअ 160, 8.

§. 158.

De Ardhamâgadhica.

1. Ad hanc dialectum refero sermones generis Mâgadhici in Prab. vid. App. p. 39. Teneo a *Brockhausio* meo, Mâgadhicam attribui *Digambarae* neque refragarer, si consentiret sermo ipse; nam linguam Buddhicorum sacram constat saepius *Mâgadhabhâsha* appellari. At quum paullo magis accedat iste sermo Jainicus ad dialectum praecipuam, quam loquela balneatoris Buddhici in Mr., magis mihi arridet, lenius Mâgadhici sermonis genus admittere, praecipue in fabula recentiori, quam nimium locorum numerum depravationis insimulare. Atque omnino quum discrimen inter utrumque genus Mâgadhicum haud prorsus stabilitum sit, saepius dubium non potest non haerere iudicium. Ita Kumbhîlakae et Vardhamânakae orationes in Mr. ad mixtam Mâgadhicam trahere posses ob locum Viçvanâthae p. 36.

Sed vide quae observavi §. 152. Pendebit omnino iudicium a critica locorum pertractione, quae sine ope aliorum librorum institui nequit. Ardhamâgadhica donandus est tonsor in Dh. *Jivasiddhi* M. R. attribuit scholiasta *Paiçâchicam*, at falso; hic enim sermo signis non fallentibus utitur; astrologis Çaurasenicam Viçvanâthas; at ne hoc quidem cum scriptura ed. Calc. et cod. Par. conciliari potest, et ponenda est Mâgadhica Çaurasenicis formis temperata. Etiam *homo* M. R. p. 80. huc pertinet cum *nuntio* Prab. p. 32.

2. His usus documentis breviter dicam, quae in mixto hoc sermonis genere cum Mâgadhica, quae cum Çaurasenica loquela magis consentiant.

§. 159.

1. ण pro न consentit cum utroque genere; ल pro र Mâgadhice ponendum est, si locos respicis plurimos; praebet in sermone Jîvasiddhis cod. P., paucissimis locis exceptis, ल, ubi in ed. C. relictum est र. De श pro स magis dubitanter loquor; video enim in ed. Prab. (cf. p. 46.) et M. R. p. 80. p. 93 seqq. praevalere स Çaurasenicum, etiam in cod. Par. Ex praecepto grammatici expectarém श. Num uterque sibilus concedendus est huic sermoni?

2. स pro ष Çaurasenico more ponitur et vix dubito, quin legitimum id sit in hac dialecto. Idem valet de स्त.

3. ड pro द non ponitur in गदो Prab. 32, fin.; कदे 50, fin.; किणद 63, fin.; M. R. 97, 6. पडिदे Pr. 60,

14. At ex altera parte saepe ज positum invenio pro य et द; ड et र sono non differunt, et statuenda est mutatio dentalium in ड, unde factum sit ज. Sed minime consentiunt singulae personae in hac re. केलिशं, कोलिशे Prab. 46, 16; 50, fin. 56, 1. ईलिशे 51, 1; et किल, non किर, scribi debet pro कृत Prab. 46, fin.; contra यादिशी-तादिशी 62, 6. 7. Magis cum pura Mâgadhica consentiret ज pro द; at varias in genere hoc mixto admittere debemus rationes in diversarum personarum diverbiis. — चिट्ठदि legitur ex decreto S. S. Prab. 32, 11. M. R. 98, 13.

4. In elisione consonantium singularum et assimilatione coniunctarum discrimen non est a praecipua dialecto et consentaneum erit cum indole huius linguae, si in ea mutatione, quae maxime propria est Mâgadhicae, in स्क pro क्ष, potius cum illa quam cum hac facit Ardhamâgadhica. Ceteroquin observo semel, bisve न्द positum pro न्त in Prab. ex. gr. 51, 10. दिट्ठन्दे, at 63, 2. मन्तीअन्दु falsum est pro मन्तीअन्तु. Pro स्पर्श Pr. 58, 9. dicitur फंस Çâurasenice, (cf. §. 75, 5.); at l. 1. Mâgadhice pro फलस, corrigendum est फलिश, ut अलिहन्त pro अर्हत् Prab. 51, 12. M. R. 97, 2. etc. Recurrit युक्के Prab. 56, 10. 50, fin.

5. Nomin. sing. masc. 1mae declin. in ए plerumque exit; ओ exstat quidem et credere possis, utramque inflexionem concedendam sermoni mixto; पेसिदो Prab. 32, 8; आगदो ib. 6; at mox एसे भट्टके et amovenda sunt multa ओ iuxta codd. ex. gr. M. R. 97, 5. जाहो C. जाहे P. etc. et हगमे Prab. 55, 15; 58, ant.

haud dubie mutandum in हम्मे. cf. M. R. 94, 8. cod. P. सावके, हगे दाणिं etc. 103, 6. 104, 1. etc. Ad nom. neutr. pertinet ए in लाउले Prab. 47, 5.

6. Genitivus Mâgadhicus in ह alienus esse videtur ab hac dialecto; तुम्ह et उम्ह pro तु°. Prab. 53, 16. 58, antep. e तुह quidem descendunt, sed praecipuae dialecto iam attribuuntur. cf. §. 80, 5.

7. Vocativus Mâg. in आ frequens est: मुक्खा = मूर्ख Prab. 50, 13; etc. Nominibus in इ et उ si in voc. accedit आ, ut लिखुक्खुकिआ Prab. 51, 6. भिक्खुआ ib. 50, 3. id eadem formatio est a themm. बुक्कि, भि-क्खुक. cf. §. 89, 1. Alia omnia cum praecipua dialecto consentiunt.

8. In *coniugatione* nil enotavi, quod in primaria dialecto inauditum esset; appono tantum exempla nonnulla inflexionum rariorum, incertus utrum eas cum pura Mâgadhica communes habeat mixta, an eas e praecipua dialecto mutuata sit.

Imper. 2. दिक्खस्सु, देस्सु, धाळोस्सु Prab. 60, 10; 58, fin.; 8. In 1ma plur. non inveni म्ह, nescio an fortuito: पाआमो Prab. 61, 7. पपामिमो Prab. 97, 2. P. -मामो C. *)

Futurum Mâhârâshtricum invenio M. R. 98, fin. P. पवेसीहिसि, quod a 1ma pers. -वेसीहिमि procedit. cf. de fut. p. 352. Ed. C. --वेसीअसि, pass. causs. quod minus ad sententiam quadrat, in वेसीहिसि exemplum est productae vocalis इ ante affixum futuri ह pro स्य. पविसिहिसि M. R. 94, 6. Lege पाविसिहिसि. C. male पविसिहि.

*) Prius rescribendum ob versum. cf. Exc. VII.

Gerundium in दाविा non repperi; fut. pass. सम्पाइे Prab. 46, 15. mendum videtur pro मापिदुवे.

Pass. पिज्जए i. e. पीयते Prab. 28, 15. bene se habet, licet Çâurasenice diceretur पीअदे; at पेक्खेदु ib. 32, 12. non passivum est, sed corrigendum mox भट्टके pro -केहिं.

§. 160.

De dialecto Dâxiṇâtya.

1. Propter locum, quem huic assignant grammatici, h. l. poni debet sermo Vidarbhensis. cf. supr. p. 402. At quae eius specimina in fabulis primo aspectu exstare videntur, incerta sunt. Mâgadhici nil repertum est in sermone militum in Mr. cf. Append. p. 34. atque aeque absunt signa dialecti peculiaris a sermone puellarum Vidarbhensium in Mâl. Nam propter मह i. e. मम, कुमालो i. e. कुमारो, et ओसिथिआ i. e. ओत्स्निका novum genus sistere non oportet. Quum sileant grammatici de eis, quae peculiaria sint huic loquelae, etiam aliud vestigium, de quo nunc dicam, incertum est.

2. Nimirum inter nomina dialectorum, quae in S. S. post Mâgadhicas enumerantur (Lib. I. p. 18) et quarum pleraeque ad vibhâshas referendae sunt iuxta distributionem Râmae (cf. p. 21.), legitur etiam nomen *Avanticum* eoque nil aliud significari potest, quum dialectus urbis Ozenes. Lusoribus vel hanc vel Dâxinâtyam attribuit Viçvanâthas, nec dubium est, quin referendum hoc sit ad Mr. in qua duo agunt lusores, paullulum sermocinatione invicem discrepantes; atque ex eis

quae modo posui, patet unum ad Avanticam, alterum ad Dâxinâtyam esse referendum.

3. Ad Ardhamâgadhicum sermonem proxime accessisse Dâxinâtyam, colligo e loco ei a grammaticis attributo; magis discessisse ab eo Avanticum arguit locus inferior. Quum Mâthurae sermo vel fines Mâgadhicos excedat et in deteriora vergat, anonymi lusoris sermocinatio contra, etiam magis quam Ardhamâgadhica, similis sit praecipuae dialecto: probabile est, Mâthurae diverbia ad Avanticam pertinere, alterum lusorem Dâxinâtya *) usum fuisse. Inquiramus itaque in ipsum eius sermonem ut videamus, utrum is signa praebeat dialecti peculiaris.

4. Quae discrepant a loquela Mahârâshtrica et Çâurasenica, haec tantum sunt: ल pro र in लाअ = राअ 74, 7. सलणा = सरणं 59, 5. at celeroquin र, ex. gr. ib. तरइ, रुद्दो, सरेम्ह 60, 9. etc. Simile quid vidimus in sermone Vîrakae. (App. p. 35) et puellarum Vidarbhenss. supr.; et haud scio an in hoc positum sit a grammaticis signum Dâxinâtyae. — मुक्को 64, 5. irrepsit e vicinia et ceteri nominativi in ए 61, 10; 62, 2. pugnant contra formam praecipuam in ओ in एसो, रुद्दो 60, 5. 59, 6. etc. Vocat. भट्टा 74, 1. 5. etiam in praecipua dial. usurpatur; vid. p. 314.

5. Accedit his denique aliud specimen huius sermonis, quod nunc demum mihi patefactum

*) Haec erit ratio accuratior quam ea, quae App. p. 32. proposita est.

est. Meridionalem sermonem tribuit Viçvanâthas p. 35. नागरिक, quod vocabulum male reddidi per *oppidanos* p. 36. Ponere debueram *praefectis urbis* alludit enim rhetor ad Çakuntalam, in qua नागरिक s. नागरक (utrumque legitur in codd.) agit; explicat scholiasta per नगराधिकारी. Editio Parisina si confertur, prorsus falsa esse videtur opinio Viçvanâthae; nam neque apparitores suos, nec piscatorem sermonis puritate antecellit praefectus. In antiquiori autem huius loci scriptura, quam a *Brockhausio* meo teneo, sat multa exstant vestigia discriminis, quod in sermocinatione praefecti aliarumque personarum posuerat poeta. Notata sunt partim eius verba signis Mâgadhicis, ut शव्वं pro सर्वं, विशुके दाणिं शालीवे, (Cod. M. tamen विसुदो दाणिं से शालीवो); et alia eiusmodi. At plurima clare ad normam praecipuam pertinent; idem de ceteris huius dialecti exemplis iam annotavi. A praecipua discrepant fere haec: ह pro 2da sing. imper. अन्धह (cf. init. sententiae voc. sing. सूचक; ed. Chez. 111, 3.), ut विभाएह App. p. 55. लाउलं pro राअकुलं. cf. Var. IV, 1. भले; गोपुलदुवाले; धीवल et alia quaedam ल pro र; पडिच्छिअ pro पतीक्ष्य; महाल्हं pro महारिहं; cf. p. 183; pro रदणं (Çak. 114, 11.) cod. M. रट्टणं nescio quo iure.

6. His perpensis confitendum est, nos nondum indagata habere, quae constituenda sint meridionalis dialecti signa propria Id unum eruisse mihi videor, simillimum credendum esse Dâxinâtyam sermonem praecipuo, siquidem discrimen certum nos fugerit. Sunt sane terrae Berarenses

finitimae Mahârâshtricis. In suspenso rem relinquam, donec alia subsidia in auxilium vocare possim.

§. 161.

De dialecto Avantica.

1. Loci Sanscritici passim interpositi sunt sermoni Mâthurae, ex. gr. 59, 4. 68, 4. 16. 69, 2. 70; 5. (बिभेमि) ex mente poetae nescio, an negligentia librariorum.

2. *Mágadhica* indoles est admodum huic loquelae; स scribitur aeque ac श, at praevalet certe श. Eadem discrepantia in ल pro र. अरे 58, 4. अले 59, 3. कह 58, 4. 60, 7. at कलं 74, 3: multa र, non omnia, Avantice in ल transire videntur. Hoc a Mâgadhî dissentit. Pro त = द; et उ legitur ल in कुलु कुलु 63, 5. i. e. कृतः कृतः; in किलेम्ह = क्रीडामः 61, 3. — Vocalis उ pro ओ legitima est in nom. sing. 1mae declin. vix in aliis sedibus, in quas eam pro अ intrusisse videntur vacillantes scribarum manus; दशु 69, 3. 71, 1. In पश्रह 66, 1. tamen defendere possis उ post र more Apabhrançico, ubi कृ imper. format कह, in कुलु vicinia sequentis उ. In talibus, quae propter inconstantem scripturam editionis C. diiudicari nequeunt, positum haud dubie fuit principale Avanticam inter et ceteras dialectos discrimen. Alia eiusmodi haec sunt: प्रेदपड bis legitur 62, 3. 65, 2. compara Apabhrançica ग्र, भ्र, व्र, त्र infra. अपपात्त, non -त्य exstat 74, 8; 80, fin.; nescio an recte. Mutationes consonn. coniunctarum in universum con-

gruunt cum praecipua dialecto: लुड्डु 58, 4. पविट्ठु = प्रविष्टः 60, 8. उच्छादिदु 79, 5; 80, 3. i. e. उत्सादितः. Dissentire videtur mutatio *dentalium* a य exceptarum; nam मित्था, non मिच्छा, invenio 70, 4. et ib. जुत्तं quidem legitur (oportet sane जुट्टं), at टुट्टं 70, 11; 74, 3. A praecipua dialecto aliena est haud dubie talis mutatio (cf. p. 249.), haud aeque a deteriori quadam. Avanticae soli eam attribuere nollem; sunt enim rationes, ob quas mihi persuadeatur, latius eam patere; de qua re posthac.

3. Nom. sing. masc. 1mae declin. in उ tam saepe exit, ut ea terminatio sola legitima habenda sit Avantice; reiicio itaque et ओ in को दोसु 64, 1. et ए in पाठे 61, fin. Scimus उ Mâgadhice admitti quidem, praevalere tamen ए; उ itaque Avanticum est, et accedit etiam hoc propius ad Apabhrançicam rationem. *Voc.* sing. in आ saepe exit, non semper. धुत्तआ 70, 4; प्रेद्पडआ 65, 1. शंवाहआ 71, 1. पुत्तअ 71, 10. *Gen.* Mâgadhicus est: शुवण्णाह 58, 4. — In pronomm. praevalet nom. तुं pro त्वं 63, 1. 70, 8. et sic coniicio pro तुमं 70, 3. Praeterea तुहुं legitur pro त्वं 80, 10. तुहं Apabhrançicum est. तुह gen. est 80, 8. mallem मह pro मम 61, fin. Ad coniug. pertinent रमह 2. sing. imper. 81, 7. cf. App. p. 35. आ(ग्)अह legitur ibid. *Fut.* पाविहस्सि 71, 10. contra पेक्खिस्शं 71, 14. Amat haec dialectus et omnes fere Mâgadhicae आ ante inflexiones verbi: भणादि 69, 4; ad normam IXnam tractum est ति, 70, 1. तिणादि. Sed distributio classium Sanscriticarum inter dialectos Prâkriticas ope codicum accuratius erit investiganda, praevalere videtur अ cum ए pro

अय in praecipua, आ in Mâgadhicis. cf. सुणाध Prab. 40, 13. भणाध ib. 15. Mira denique forma est पपलोषु 58, 5. 59, 3. participium est haud dubie et valet पलायमानः। at affixum esse videtur मान et माया in पलायान contractum in ई; प reduplicatio est, sive potius praep. प.

4. Ex his sequi videtur, ut Avantica dialectus sit, quae in multis Mâgadhicam sequitur rationem, sed nonnulla ab Apabhrançica mutuatur; in nominativis in उ autem affinitas est proxima cum praecipua dialecto; nam ex ओ, non ex ए Mâgadhico, explicanda est haec terminatio, in ceteris dialectis Mâgadhicis rarissime usurpata.

§. 162.

De dialectis Çâbarica, Chândâlica et *Çakârica.*

1. Proxime post Mâgadhicam ponunt grammatici sermonis genera quaedam inferiora (cf. §. 151.), qua re indicatur, ea Mâgadhicam in universum praebere indolem, sed admixta esse quaedam, quae vel magis a fonte Sanscritico recedant. Referri huc possit quam iam tractavimus dialectus Avantica. Similis ratio praevalet in eis, quarum nominibus hunc paragraphum inscripsi.

2. De *Çâbarica* edocemur a Kramadîçvara (supr. §. 151.) nomin. sing. Mâgadhice exire in ए. Specimina eius in fabulis indicare non possum.

3. *Chandâlae* agunt in Mr. 297. seqq. M. R. 143 seqq. hi tamen non veri sunt Chandâlae, sed Siddhârthakas et Susiddhârthakas, qui alias praecipua utuntur dialecto. Hinc factum est, ut eis tribuatur sermo, iusto propius ad praecipuum

accedens. Çakâricam dialectum attribuit scholiasta Çak. piscatori p. 110 seqq. चौरपात्रस्तु शकारनामधेयः शकारप्रायभाषपात्. Quomodo a piscatoris sermone distinguenda sint diverbia lorarii (शालुक) et exploratoris (सूचक), qui in eadem scena agunt, equidem haud assequor et utar eis tanquam Çakâricis. *Çakâras* in Mr. ipso nomine hanc loquelam profitetur; meliorem vel aliam servo eius attribuere non decet.

§. 163.

1. Ex speciminibus *Chândâlici* sermonis in fabb. Mr. et M. R. propositis nil omnino elici potest, quo utamur ad defendendos recentiores grammaticos, qui peculiarem Chandâlarum constituunt sermonem. Taceo locos M. R. nam video, tum scribam cod. Paris. tum editorem Calcutt. falsum fuisse eo, quod iidem homines alias praecipua dialecto utantur. Huic rei attribuo, quod praevaleat in M. R. sibilus dentalis, dum in Mr. more Mâgadhico regnat श, licet haud sine exceptione. *) ल pro र magis constanter legitur; etiam alia ad Mâgadhicum genus pertinent, ut nom. sing. 1mae declin. in ए, quod tamen alternat cum ओ, potissimum in ed. Calc. M. R. nam in cod. P. vincit numero nomin. in ए. Vocat. sing. in आ frequens est, genit. in आह contra rarissimus. **). Ad Mâgadhi-

*) Quam parum confidendum sit libris in talibus rebus, exemplo doceberis, si comparabis Mr. 300. cum eiusdem loci scriptura S. D. p. 166.

**) Unicum exemplum est script. cod. P. pro M. R. 150,

cum genus haec pertinent; utrum Mâgadhicum purum potius dicamus, an Ardhamâgadhicum, pendet ab accuratiori utriusque fabulae pertractatione critica. Id prorsus persuasum mihi est, neminem hodie divinaturum fuisse peculiarem Chândâlicam dialectum, nisi in eo antecesserint Indici grammatici, multiplicis divisionis iusto amantiores. Antiquioribus hoc sermonis genus non constituentibus prorsus assentiendum esse reor.

2. Restat, ut investigemus, utrum fieri possit, ut ea reperiamus, quibus freti grammatici Chândâlicae linguae nomen in medium protulerint. Pauca quaedam eius generis exstant, de quibus breviter disputandum nobis est. Mr. 298, 12. legendum est ob versum: शप्पुलिशपापाविपद्दो - ⏑ ⏑ । ⏑ - ⏑ । ⏑ ⏑ - । pro प्पापाविपत्तो; itidem 299, 9. लछ्छादो पा उपामइ लेपू । - - । - ⏑ ⏑ । ⏑ । ⏑ ⏑ - । - । pro उपपामइ. Sed hoc Mâgadhicum est et confirmat, quae supra disputavi §. 146, 1. Quod बह्क legitur pro बस्क Mr. 318, 4. pondus habet nullum, siquidem बस्क exstat Mr. 319, 1. 2. 3. 4. M. R. 143, 7. पत्थ pro पच्छ i. e. पथ्य M. R. 143, 5. 7. confirmatur quidem cod. P. at vel hoc Mâgadhicum foret; cf. §. 161, 2. वस्सर i. e. वत्सर, non वच्छर Mr. 326, 4. quam praebet speciem peculiaris mutationis, ea deletur exemplo वच्छले M. R. 143, 11. Cod. P. per त्स scribit. Vox तम्तिल्ला (non -न्त) Mr. 301, 14. haud magis novam efficit dialectum, quam तन्तिलो, App. p. 35. Est a तन्त्र et aff.

7-9: -मोज्ञकुलपरिवहश्याह पडरधम्मसंचयाह मज्ञाह चापावक्काह.

इल्ल. cf. p. 289 supr. केलिक pro केरिक i. e. कार्यक, si certa est scriptura Mr. 318, 4. fluxit a केर p. 128. per affixum इक. Pro तप्ते legitur Mr. 313, 9. उत्ते, उ initio posito pro त, insolitum sane, at solitarium est exemplum. देवु quod legitur Mr. 303, 3; 311, 2. pro देश i. e. दत्त cohaeret haud dubie cum देउ forma Apabhrançica, de qua mox et कलिइस्सदि M. R. 143, 11. cod. P. (ed. C. कलिस्सदि) in memoriam revocat formam passivi Çâur. in S. S. obviam करीइअदि. cf. Exc. VI, 19. Vix dubito, quin talibus minutiis usi grammatici proprium Chandâlis sermonem ascripserint, nostra imitatione hac in re indigni.

§. 164.

De dialecto Çakârica.

1. Specimina quae supra indicavi huius linguae, eandem praebent difficultatem, atque praecedentia; facile est visu, quae in eis Mâgadhici sint generis, difficile inventu, quae Çakârico sermoni propria sint habenda. Invenisse tamen mihi videor quaedam, quae Mâgadhicae loquelae in universum attribui non possint, ideoque Çakâricae adiudicanda sint. Ad quam rem illustrandam necesse est, ut paullo uberius singulos locos pertractem.

A. *Vocales.*

2. De his non multa observanda sunt. ए pro अः nom. sing. Mâg. iam est; इ eius loco ponendum est in हगि 260, 6. इ in quibusdam vocc. loco suo depulit ऋ, ut हिलिअअं Mr. 235, 12. a हृ, किबिणा 260, 8. a कृपणा, धूदिअल e धूतकर 186, 9; (etiam Mâg. cf. 58,

12; 255, 9, etc.) केलिक 42, 1. vulgatius केलक; quae exempla si bene se habent, omnino ad indolem Mâgadhicam referenda sunt. Inferioris dialecti potius sunt inaequalitates quaedam in quantitate: कोपिास्सं 238, 9; 224, 5. (ubi falso ed. C. कोलि°); cf. किणा p. 348. tum in inflexionibus nonnullis, de quibus postmodo. बलिए 27, 9; बलिए 277, 1; पापिसं 215, 7; 260, 1. praecipuae dialecti iam sunt. Sic etiam प्रोट्ठिअं = स्वस्तिकं 41, ult.; cf. S. S. 193. In पुड 231, fin. e मृत et पिट्ठ 248, 4. 190, 15. aliter mutatum est ऋ, quam in praecipua dialecto. Sed cetera longe maiora consentiunt. Menda evidentia non commemoro.

B. *Consonantes singulae.*

3. श et ल regnant per hosce textus Mâgadhice; posterius etiam pro न, ड, ट, ड saepissime ponitur. Cf. quae §. 154, 2. de Mâgadhî posui. Sed latius patet ल in locis Çakâricis et inter ड et ल discrimen vix ullum iam esse videtur. Exempla sunt: ड pro ल Mâgadhico, र Çaurasenico: बडे 310, 5; पडक्कम 310, 2, चावडक 311, 5; माडिश्शं 242, 5. घड 27, 3. cf. 26, 9. कुक्कुड 18, 5. Pro ल Sanscr. et Çaur. पडाश 243, 10. Ex praecepto Var. ड pro न et ड legitur in गडे 18, 5; गडिश 242, 6. etc. कडे 33, 5. 252, 2. 4. etc. हडक्क 216, 13 etc.; at in his tamen saepenumero ल: कले 19, ult.; कलिश Çak. 110, 8. cod. (Ch. कडुश); गले Mr. 223, 2. 4. 6. etc. मला 253, 5. 6. etc. मलानं 20, ult. हलक्क 216, antep. हलक 17, 12. ob metrum; पलि itaque et परि et पडि i. e. प्रति valet; cf. 26, 10; 188, 6; 229, 7; etc. et सूत (auriga) haud aliter ac शूर abit in शूल; hinc explica Mr. 186, 14.

Atque itidem खोल 235, 9. pro गोध, unde गोढ् fit in aliis dialectis; cf. 317, 2. 62, 2. et खोड 242, 6. 239, 10.*) ल pro ट et ड legitur in अक्कल 186, 5; बूलके 260, 5. चेले 312, antep.; गुल 309, 10; पिग्गल (निगड) 307, 8. कोलिदुं 267, 8. तालिश 317, 4. At necessaria non est mutatio et ट = ड, त = द in omnibus his etiam inveniuntur: इट्टिश et इल्लिश eodem iure in hac dialecto exstant; cf. 247, fin.; 238, 1. 2. 3; 252, 1; 294, 4; 309, 10.

4. Descendunt ceteroquin surdae in sonoras et eliduntur singulae consonantes iuxta legem Çâurasenicam; Apabhrançicum est, si etiam क in ग transit: पगाल 254, 1; 224, 1; cf. ad cetera पाविदे = नापितः 214, 9. (ed. C. -न्दे); पाश 37, 5; at multo saepius conservatur द. वडुक 37, 5. = वटुक. पिग्गल 253, 3; खायक्कामि 252, fin. etc. शिश्राले 44, 2. 215, 7. etc. cf. Var. XI, 16. श pro च 20, 9. 240, 6. ut in praecipua dialecto. बरि pro परि 267, 8. mendose praebet र et initio ब pro प. Contra शोपपणा 234, 10. pro सुवर्ण defendi potest S. S. 165. Pro ध in codd. supra

*) Translatio spiritus cernitur etiam in ठत्तादि 17, penult. Cf. supr. §. 33. Quod legitur 235, 10. खलुश्र pro कटक (si vera est scriptura; nam ड suspicionem movet) explicandum est ita, ut ड quod positum est pro ट, sonum induat litterae caninae ट, quae quam continet adspirationem, ea transfertur ad initium, si ल ponitur pro ड = ट. cf. supr. p. 198. फलिहा. Hoc tam verum est, ut si incipiat vox ab adspirata, ad seq. conson. transferatur spiritus, ut 245, 2. भालधे (इ peccat C.) = भारते.

Budd. Çak. praevalet ह, in Mr. contra ध, praecipue in 2da plur. praes. et imper. *)

5. Mr. 186, 10. et saepius ओहालिच्च legitur pro अपवार्य; unde Çâur. fingendum est ओवारिच्च; ल posito pro र, transfertur spiritus ad initium loco elisi व; cf. p. antec. not. सलुष. य et व sequuntur rationem Çâurasenicam, ex mea quidem opinione falso; id observari potest, य saepius cum vocali antec. elidi, non tantum in verbis Xmae class. (cf. supr. §. 122, 1.), ut माडिस्सं 242, 5; et वालिदुं 90, 6. sed etiam in मालन्त 235, 2; आपा(य)न्तेपा 249, 7. पलाश्चि 21, 8. at sine regula certa. A tali elisione explicanda est vox आवुत्त i. e. आर्यपुत्र atque ex mutatione quidem Mâgadhica आय (sive अय्य) pro आर्य. Sensus est *pater*, *maritus*, *dominus*. cf. p. 172. Çak. 112, 12. चिलाअदि सु आवुत्ते scripturam codd. ad sensum recte explicat schol. per आयुक्त. Hinc descendere videtur alia elisione आवुक्त **) pro आव्रुत्तक, vox puerorum pro patre. Mr. 305, 1. etc. Regulas S. S. 45. 46. de य et व vicariis in vocabb. Çakâricis observatas invenio: वायाए pro वाचाए e वाच् Mr. 309, 11. लावाणो pro राज्ञानः Çak. 112, fin. codd.

---

*) Miro modo ह inseritur in quibusdam vocc. गुणाहका 215, 17. पुत्तहकं 232, 8. भट्टाहरके 43, 8. ante affixum deminut. क. Çakârice hoc fieri videtur.

**) Aliae elisiones, ut मोरो (l. मोलो) pro मयूरो; आदु (l. आहु) pro अथवा; बइल्ल; गामेलुआ 186, 12. (quasi ग्रामालयुकाः) peculiares non sunt huic sermoni. Adde पलट्टणं poni 232, 6. at 237, 2. पडिवत्तणं. cf. Var. IV, 6. At frequentior usus talium vocabulorum vulgarium recte refertur ad sermonem deteriorem.

6. म् finale saepe eliditur ob versum: अम्हेहि 21, 6; देवाण 231, 10; तुट्ठि 234, 2. etc. hoc notum est ex §. 53. Si quae extra versum exempla leguntur et consensu codd. stabiliuntur, statuendum est, म् finale obscurius in hac dialecto sonuisse.

7. Insertiones vocalium congruunt cum Çâurass. शिली 230, 10; लमणा 278, 1; शिरिपाह 25, 2; शुमलामि 219, 3. etc. Novum est शलावके pro श्लावक 214, penult. किलिन्त 25, 3. pro किलन्त supra p. 182. defendi potest observ. A, 2. supr.

C. *Consonantes coniunctae.*

8. Pleraque congruunt cum dialecto praecipua, quae ideo silentio praetermitto. मुक्के recurrit 260, 6. at alia desunt exempla et तन्न, non तप्प dicitur 219, fin.; सत्त, सत्तणा, 266, 3; 307, 14; 310, 1. etc. recte scribitur, non सप्प; nam dialectus, quae in मुक्क sequentem consonantem assimilat antecedenti, idem facere debet in आत्मन्. — सत्तलं 260, 7 et similia, nil sunt nisi menda; nam सन्तलं exstat 311, 4. et saepius. Recurrit दोश्चन्दी 27, 8. Sitne bono iure positum 28, 6. वंत्तं pro व्यत्तं, nescio. cf. §. 84. Sed singulis hisce nil evincitur.

9. Saepius ण exstat pro ण्ण, ut भणे, पुणे 214, 13; contra in versu 18, 5. वण्णे, in scholiis वने; ita ut pro arbitrio geminari vel elidi videatur haec nasalis. cf. exempl. §. 163, 2. Verum 18, 5. certe corrigendum est रण्णे cum Var. I, 4. et ण pro ण्ण soli incuriae scribarum tribuendum est; nam vel saepius legitur nasalis duplex, si postulat origo vocis.

10. Pro र्य et र्ज ubique invenitur mutatio

Çâuras. non ea, quae Mâgadhica ponitur a Vararuche, कज्ज 238, 3. etc.

11. Dentales त, थ, द, ध ante य Mâgadhice vix mutandae sunt in palatales iuxta §. 72, 3. si re vera य non transit in ज. In dialecto cum Mâg. coniuncta itaque magis placerent aut assimilationes in त्त, त्थ, द्द, द्ध, aut dissoluta semivocalis in इ. Iam supra §. 161, 4. observavi, saepius legi geminas tales dentales loco palatalium; in dialectis Mâgadhicis id haud sine caussa fieri prorsus probabile mihi est. Ad liquidum tamen res sine libris accuratissimis vel testimoniis grammaticorum perduci nequit. सत्तं Mr. 242, 1; सत्ते 226, 11; मत्फ 213, 12; मत्त mendose 219, 10; 222, 1. बत्फ 309, 12. etc. vulgata sunt. पत्तिआबइअं Mr. 265, 10. पत्तिआअध 313, 8. पत्तिआइअदि 314, 2. (abundat इ); पत्तिआअन्दि et पत्तिआअन्ति 316, 10. 11. contra पत्युज्जीविद 269, 6. पच्चहिज्जापोदि 253, 7. पच्चुज्जीविदे 355, 10. clare demonstrant, scribas et editores sine lege in hisce versari.

12. Si recte docetur a Vararuche, Mâgadhice poni स्क pro क्ष (nec dubia mihi videtur res), sequitur, ut toleratus sit in hoc sermone sibilus ante consonantem ordinatam. Hinc ratus sum, etiam स्त, स्थ, ष्ट, ष्ठ haud alienas esse iuncturas a Mâgadhica, et tam multa exempla talis scripturae in locis Çakâricis invenio, ut vix dubitem, quin ea vera sit, et in eo tantum haeream, utrum ad Mâgadhicum genus in universum, an ad solum hoc infimum genus Çakâricum istas iuncturas referam. Invenio praeterea saepius श्च, श्छ pro च्च, च्छ; etiam hoc cum Mâgadhica indole congrueret.

Vestigia scripturae स्क esse iam supra conieci (§. 155, 4.) si pro solita mutatione क्ष exstat च्छ. Scio regulam certam in omnibus hisce non observari a librariis, propter numerum exemplorum rem tamen haud indignam iudicavi, cuius fieret mentio; eam accuratius explorandam commendo critico editori. Exempla haec sunto:

स्त. मस्तके 23, 2; 39, 12; 288, 3; contra 42, 3; 284, 7. हत्थे 43, 6; 241, penult. contra 22, 13. अस्ति 307, 10; plerumque अत्थि. *)

ष्ट. कोष्टके 214, fin.; कष्ट 242, fin.; लष्टिम (राष्ट्रिय) 239, 11. cf. 263, 10. 13. etc.

ष्ठ. चिट्ठदि, non चिष्ठ- legitur 216, 11. 16. etc. Contra ष्ट pro स्थ in पष्टाणा 194, 2. Cf. §. 79, 2.

स्क. गस्किम 253, 9; गस्कामि 254, 1. श्च eius iuncturae loco legitur 260, penult. cf. Zendicum *g'açaiti.* उश्चिट्ठं 236, 2. = उच्छिष्टं. पोश्चसि 246, 8.

स्च. Invenio tantum ubi Sanscritice iam est. पस्चाणुपश्चिचमा 25, 6. i. e. persecutio continua; शिरस्चालणा 240, 9. Si haud scribis tantum debetur haec scriptura, etiam स्त in hac dialecto tanquam consentaneum corroboratur.

Sibilorum iuncturae cum semivocalibus et nasalibus vulgatam sequuntur rationem: गिम्हे 18, 3; उम्हे 220, 9; पहादो 260, 1. तस्सिं 230, 10. ओलग्गादि श्रामिस 18, 4. (स्सा°) legendum est, non -दो श्रा-. Attamen तिक्ख non तिण्ह 23, 2. 309, 9. cf. §. 78, 5. काहावसा

*) पुस्तका 252, 1. ponit स्त pro श्त *Zendice.* Eodem more ष्ट pro ट्ट Çâurasenico, quod non ex ष्ट oritur, ex. o. भट्टके 18, 4. 230, 1. Saepius tamen भट्टके 32, 1. etc.

250, 8. cf. supr. p. 274. मिस्स 20, 5. मणुस्सं 21, 11. etc. फश्शदु 224, 9. मूशे 266, 11. i. e. मृष् + य. cf. 229, 8. मूशेदि et supra p. 243. Dissentit शिआल pro श्आल 263, 10. 267, 1. at hoc licentius factum est, nimirum ut barbarus iste semetipsum appellet *thoem*, सृगाल.

13. Singulae palatales pro geminis iuxta §. 146, 1. semper absunt ab hisce locis; nam उश्शदु 217, 4. huc non pertinet, et etiam in alteram partem peccant librarii, ut 221, 8. मरिच pro मरीच ponentes. छ positionem facit 219, 12. in शलिछे pro सदृश.

D. *Declinatio nominum.*

14. Tam frequens est *nom.* masc. sing. 1mae declin. in ए, ut eius exempla allegare supersedeam. Neutrius est in वेले 41, 11. पवहणे 186, 7. 225, 9. 1. 2. शाश्रणे 276, 6. etc. ए et अं iuxta ponuntur 188, 6. Etiam ad accus. extenditur ए. 224, 5. 6. 251, 12. 235, ult.; 277, 1. 288, 3. Quum ए etiam *locat.* sing. m. et n. sit, ex. gr. 293, 5; 240, 7. 32, 3. etc. et *voc.* fem. 243, 9. ubi lege दाशीए धीए, videtis, confusam esse declinationem in hac dialecto. At vel ultra ea progreditur. ए *voc.* est masc. 25, 1. 216, 15. cf. 6. etc. tum *nom.* et *acc plur.* masc. et neutr. कले 19, ult.; 223, 6; etc. praeterea *instr.* sing. ponitur ए pro एण, si recte ita editur 268, 5. cf. tamen 279, 1. 307, 12. Sed frequentius ponitur अं *accus.* sing. masc. et neutr. et nom. n. एण *instrum.* आ *voc. masc. sing.* cf. 37, 9. 225, 10. 217, 1. 22, 4; 186, 2. 3. 9; 18, 12; 17, 12; 223, ult.; 227, 4; 39, 12; 217, 1. *Voc.* sing. neutr. अ 224, 11.

15. अ nom. sing. masc. legitur interdum, praecipue ante voces encliticas: शापाल स्हि 186, 1;

244, 2. etc. Gen. in स्स vocis in उ est -उस्स 20, 8. Ceteroquin nil invenio, quod minus etiam ad praecipuam dialectum pertineat.

E. *Pronomina.*

21. Quae fines non solum praecipuae dialecti excedunt, verum etiam a Mâgadhica puriori aliena esse videntur, haec fere sunt: दे pro acc. त्वां 245, 1; तुमे nom. ut ह्ये 240, 10. मे pro मां 18, fin. मयि instr. 19, fin.; तो pro ततः 20, 10. --श्चे nom. sing. fem. 266, 3. एश्चे nom. fem. 221, 3. cf. tamen supra §. 147, 1. एश्चे nom. plur. neutr. 19, fin. Cetera non discrepant, ponam tamen exempla quaedam Mâgadhica: एदाह 310, 3; ताह 310, 1. एदश्श, तश्श, कश्श 37, 4. 7. 9. के, श्चे nom. sing. masc. 38, 1. 237, 8. शे, एशे 231, 1. 3. 10.*) Quod temporis erit futuri, est distinguere, quae pronominum formae in quavis Prâkritica dialecto praevaleant. Summopere dissentiunt hac in re libri Mpti.

F. *Coniugatio.*

22. Terminationes verbi eaedem sunt atque in praecipua dialecto; द tertiae pers. sing. multo rarius eliditur quam Mâhâr. In 2da plur. praevalet in Mr. ध (धं solitarium est, 314, 11. विलम्बधं); ह contra in codd. Çak. 1ma plur. in ञ्चामो, in ञ्मो et ञ्मह exit. 2da sing. imper. nullum praebet, si bene legi, exemplum formae in सु sive स्स. Adiiciuntur inflexiones eodem modo atque in dial. praecipua;

*) एदेण legitur 23, 4. in versu; एणं acc. fem. 236, fin. cf. supra p. 325. Neutrum in praecipua dialecto usitatur.

ut exempla demonstrant haec: *praes.* गच्छामि 253, 4; गच्छसि 18, 2; इच्छदि 19, fin.; गच्छह 311, 5; गच्छम्हो Çak. 112,5. codd. कम्मह Mr. 43, 4; पेक्खामो 225, 5; कीलम्ह 251, 2; प्रलाध 186, 6; वहध 186, 7; लक्खन्ति 245, 1. *imper.* लुह 225, 7; गच्छ ib. 5; गच्छेहि 186, 3; लपाहि 32, pen. (C. falso लपाऽहि); गच्छदु 216, 4; चिट्ठदु ibid. प्रारदु ibid. पारदु 224, 9. 1ma et 2da plur. a praesenti non differunt. पेक्खन्तु 289, 1. *Pot.* भवे 310, 5. *Medium* raro legitur: इच्छशे 234, 1. in versu; at -शि 246, 8.

23. ए et आ ante inflexiones usitantur in hac dialecto ob accentum. cf. supr. 19. भणामि 252, 4; भअमसि (a भी) 239, 6; भणादि 217, 2; 218, 5; भणाध 186, 6. भणाहि 313, 2; भणादु 236, 9; tum भणोमि 41, 4. (l. -णेहि). भणा 293, 1. जाणादि 215, fin.; जाणेदि 253, 7. शुणादि etc. 307, 9. 13. 28, 5. 288, 1. शुणोध 293, 4. शुणु 214, 11. 251, 2. शुणुह Cod. B. Çak. 110, ult.; etc. Inverti tamen non potest haec ratio, ita ut verba Xmae cl. et causs. etiam आ ponant pro ए. कलेमि 307, 14. मालेमि 233, pen. गूहेमि 278, 3. कामेदि 26, 9. कप्पेध 23, 3. *) मलेन्ति 224, 2. वेशेहि 224, 9. (et sic corrige 223, 10.) कलेहि 234, 4. मालेहि 234, 9. कलेदु 26, 10.

24. Hae formae: पहाअमि 215, 8. ठेहि 40, 2. देहि 186, 13. मूशेदि 229, 8. (मुष्णाति) et quibus aliis modis confundantur classes, e praec. dial. notae esse debent.

25. Çakâricum, non Mâgadhicum esse videtur, quod saepius verbum singulari coniungitur

---

*) ibid. मालएध pro मारयत, non मालेध. Bene se habet versus, at quum inaudita sit forma, expectanda est collatio librorum.

cum subiecto plurali. Ex. gr. भाशयाइं चिट्ठदि 260, antep. तुम्हे चिट्ठ 32, 3. Dubium est 246, ult.; at 20, fin. श्रेवदि legendum est ob versum, licet referendum ad plur. Unum exemplum enotavi 2dae sing. imper. in इ. पोइ 229, 14. pro पोहि. Pro भवीभदि 310, 10. codices haud dubie formam potentialis scribis minus notam praebebunt.

26. *Futurum* formae est Çâur. भविश्शं 221, 1. हुविश्शदि 224, 6. कोपिश्शं (sic lege) 224, 5. दइश्शं 186, 14. कलइश्शं ib. 5. मालिश्शं 242, 5. (=मारयिष्यामि) 238, 5. लिहाबइश्शं 260, 11. causs. II. Duo sunt futura in इ. मलीहिश्शि 17, 11. खाहिश्शि 20, 11. =खादिष्यसि, si elidi potest दि.

27. *Passivum* more solito formatur, at desunt exempla formae in इज्ज et debent esse, si recte a Var. Mâgadhicae abiudicatur iunctura ज्ज. दीभदि 279, 13. 27, 8. शकीभदि 219, 10. दीभदि 276, 6. मालीभशि 24, 3. 240, 4. causs. De शालिभन्ती dictum est sub no. 20. 320. 12. legendum est वावादीभन्तं, part. pass. pro -दभन्तं.

28. *Causs.* nil novi praebet; forma in भाप् saepius prostat 267, 10. कालाबेदुं corrigendum est 240, fin. pro काली° i. e. कारयितुं.

29. De *infinitivo* idem valet: कादुं 234, 2. कोलिदुं 267, 8. 9. मालइदुं 312, 2. *Ger.* in इअ praevalet. पेश्चिअ 240, 9. a प्रेष; टूश्चिअ 250, 6. मालिअ causs. ib. 5. कदुअ exstat 37, 5. etc. गदुअ 225, 1. घेत्तूण 43, ult. in versu.

30. De *participiis* nil peculiare dicendum habeo: forma in द (cf. §. 129, 1.) legitur 226, 11. मुश्शे a मुष्. cf. supr. p. 343. खज्जे a खाद्.

31. Voces onomatopoeticae ad Çakâricam indolem et vulgarem loquelam referendae videntur; cf. 234, 2. 242, 7. मजमलाइश्रं 42, 3. iterativum est a घृ. (Ed. C. per उ.)

32. His ita expositis satis evictum reor, Çakâricam dialectum generis esse Mâgadhici. Id iterum obscurius est, in quibusnam ponendum sit verum discrimen inter utramque loquelam; haud magnopere tamen falli mihi videor, si in paucis quae enotatae sunt formis Apabhrançicis caussam pono, quam habuerint grammatici Çakâricum sermonem a Mâgadhico distinguendi.

§. 165.

De Mâgadhica dialecto in universum.

1. Perlustratis ita omnibus documentis, quae ad manum mihi fuere, sermonis Mâgadhici, subiungam quaedam magis generalia de hac sermonis Prâkritici divisione. Ac primum quidem repeto, quod supra observavi, minutulas divisiones, quae a recentioribus grammaticis ponuntur, nondum satis fuisse explicatas. Fieri id tantum potest, quum aut ipsa grammaticorum horum decreta in medium fuerint prolata aut fabulae accuratiori crisi pertractatae. In universum tamen haec statui possunt: *Ardhamâgadhica*, utpote mixta, ad certum genus referri nequit, sed inter praecipuae dialecti et vere Mâgadhicae fines quasi vagatur. *Dáxiṇâtya* ad praecipuam Prâkriticam proxime accedit et in paucis tantum magis est ab illa alienata. Etiam *Avantica* ad Mâgadhicam

classem haud omnino pertinet, licet eam eo retulisse videatur Vararuches, nominativos sing. masc. 1mae decl. in उ Mâgadhicos dicens. Nam alias in Mâgadhica ii non inveniuntur. Sunt etiam alia quaedam signa Mâgadhica. Veruntamen quum उ aperte descendat ab ओ Çâurasenico, potius cum praecipua Avanticam coniunxerim. Accedit ratio geographica. Nimirum quoniam Mâhârâshtrica et Vidarbhensis dialectus cum Çâurasenica, quam a lingua Indiae propriae populari oriundam dixi, arctius cohaereant, lacuna esset inter dialectos hasce magis inter se cognatas, si Avantica ad aliud genus pertineret.

2. Ad Mâgadhicam classem recte referuntur praeter puram eius nominis dialectum *Çâbarensis*, *Chandâlica*, *Çakârica*. Duae posteriores ad certos locos referri nequeunt et infimae vitae hominibus genus loquelae Mâgádhicum paullo magis Apabhrançicis formis inquinatum attribuere poetae ob locum, quem inter Indici sermonis genera Mâgadhico adscribere soliti erant. Çabarae finitimi fuere provinciae Mâgadhicae; cf. App. p. 20. Locos itaque si quaerimus, genus loquelae Mâgadhicum referendum esse videtur ad eas Indiae terras, quae a Gange fluvio et situ Pataliputrae usque ad fontes Mahânadis et acclivia Vindhyae montis extenduntur. *Orientalis* haec est India, si comparatur cum domiciliis dialectorum, quae ad praecipuum Prâkriticum genus pertinent. *Prâkya* orientalis valet Sanscritice et eodem iure orientalis dici potest haec dialectorum classis, at-

que regnum Chandraguptae, regis *Mágadharum*, a veteribus *Prasium* appellatum est.

3. Si cum Vararuche et Hemachandra minutulas recentiorum divisiones mittimus, et de una Mâgadhica dialecto in universum loquimur, haec possunt observari. Falsa est ratio derivandi Mâgadhicam a Çâurasenica, si historice id intelligitur. Nam ल quidem pro र positum initium habet in Çâurasenica et ultra progreditur in Mâg. verumenimvero postquam omnia ष Çâurasenice facta fuerant स, ex hoc sibilo non denuo श derivari potuit; idem valet de य et ज. Aeque directa via a Sanscrita itaque ex mea opinione descendit Mâgadhica, atque Çâurasenica, licet non refragatus sum, pro consiliis docendi et ne opus esset iterata eiusdem regulae repetitione, in grammatice eandem sequi viam. Consentiunt enim in utroque loquelae genere plurima.

4. Inferiori loco recte ponitur classis Mâgadhica; nam longius distat a fonte communi tum in littera ल ubique posita, tum in transpositione स्क pro क्ष, in gen. ह pro स्य, praesertim in confusione casuum in ए desinentium. Vid. §. 164, 14. Taceo quae ultra progrediuntur, ut loc. in हिं, quia in singulis tantum dialectis exstant. Propius fontem est in eo quod est conservatio sibilorum ante consonn. ordinatas, et satis memorabilia sunt, licet levissima et numero paucissima, vestigia quae protuli consensus in sibilis cum ratione Zendica. §. 164, 12. Nam, ut huius rei h. l. mentionem iniiciam, diversae dialectorum Prâkriticarum rationes

innituntur haud dubie varietatibus loquelae, quae in ipsa Sanscritica iam exstiterint, licet minus propagatae, quarumque vestigia cernantur in disputationibus grammaticorum de diversa eiusdem iuncturae consonantium scribendae ratione, ex. gr. commemoro क्ष et क्स. Sermo saepius est apud Pâninem de schola tum septentrionali, tum orientali grammaticorum atque exiguis hisce vestigiis insistendum est, si ad vera sua principia reducere volumus quaestionem de origine dialectorum Sanscriticarum.

5. Constitueram uno conspectu nunc comprehendere, quae sparsim de Mâgadhica disputata sunt, singulaque inter se coniungere; video tamen nimis multa adhuc dubia esse et ope novorum subsidiorum confirmanda, ita ut fundamentis satis certis careret disputatio. Malo itaque in praesentiis breviter tantum indicare, in quibus potissimum cernatur indoles huius loquelae:

1) in dominatione semivocalis य, cum qua coniunctum est tum ए pro ओ in nom. sing. 1mae declin. tum mutationes quaedam dentalium. cf. §. 164, 11.

2) in effeminata illa et liquida pronunciatione, ex qua littera canina semper et saepenumero dentales cum ल confunduntur. cf. §. 145, 2. 154, 1. 2. 164, 3.

3) in praevalentia sibili fortioris श et quae cum ea coniuncta est conservatio sibilorum ante consonantes ordinatas. cf. §. 164, 12.

4) ab hac indole minime absonum est, quod tradunt grammatici de iunctis consonantibus nonnullis lenius elatis. cf. §. 146, 1.

5) Cetera iam, in primis elisio et assimilatio, cum praecipua dialecto consentiunt et omnino ad genus dialectorum derivatarum.

CAPUT TERTIUM.

De dialecto Pâiçâchica.

---

§. 166.

Primo loco apponam locos grammaticorum.

अथ पैशाची ॥

पिशाचानां भाषा पैशाची । सा लक्ष्यलक्षणाभ्यां स्फुटीक्रियते ॥ १ ॥

प्रकृतिः शौरसेनी ॥ २ ॥

अस्याः पैशाच्याः प्रकृतिः शौरसेनीप्सिता । शौरसेन्यां पैशाचीलक्षणं प्रवर्तयितव्यं ॥

वर्गाणां तृतीयचतुर्थयोरयुजोरनाद्योराद्यौ ॥ ३ ॥

वर्गाणां तृतीयचतुर्थयोर्वर्णयोरयुक्तयोरनादौ वर्तमानयोः स्थाने आद्यौ प्रथमद्वितीयौ भवतः । गकनं । मेखो । राचनकरो । वटिसं । दसवतनो । माथवो । वत्था । गोविन्तो । *) केसयो । सरफसं । सलफा ॥

अयुजोरिति किं । संगामो । दग्धो (sic) । इत्यादि ॥

अनादाविति किं । गमनं । इत्यादि ॥

इवस्य यिव ॥ ४ ॥

---

*) Sanscritice sonant: गगणं । मेघः । राजनगरं । वडिशं । दशवदनः । माधवः । वृक्षा । sed cf. infr. गोविन्दः । कैटभः (emendandum haud dubie केटपो; respicitur exemplum reg. Var. II, 28.) सरभसं । शलभा ॥ गोविन्तो falso positum est in textu pro गोपिन्दो; est enim exemplum mutandi व s. ब.

इवशब्दस्थाने यिव इत्ययमादेशो भवति॥ कमलं यिव मुहं॥ (Emenda मुखं)

णो नः॥ ५॥

णाकारस्य स्थाने नकार इत्ययमादेशो भवति॥ तलुनी॥

ष्टस्य सटः॥ ६॥

ष्ट इत्यस्य स्थाने सट इत्ययमादेशो भवति। कसटं मम वतति॥ *)

स्नस्य सनः॥ ७॥

स्न इत्यस्य स्थाने सन इत्ययमादेशो भवति। सनानं। सनेहो॥

र्यस्य रिम्रः॥ ८॥

र्य इत्यस्य स्थाने रिम्र इत्ययमादेशो भवति। भारिम्रा॥

ज्ञस्य ञ्ञः॥ ९॥

ज्ञ इत्यस्य स्थाने ञ्ञ इत्ययमादेशो भवति॥ विञ्ञातं। सवञ्ञो।

कन्यायां न्यस्य॥ १०॥

कन्याशब्दे न्यस्य स्थाने ञ्ञ इत्ययमादेशो भवति। कञ्ञा॥

ज्ज(स्य)च्चः॥ ११॥

ज्जशब्दस्य शौरसेनीसाधितस्य च्च इत्ययमादेशो भवति॥ कच्चं। कार्यमित्यर्थः॥

राज्ञो राचि टाङस्ङिषु वा॥ १२॥

राजन्शब्दस्य टा ङसि ङस् ङि इत्येतेषु परतः राचि इत्ययमादेशो भवति वा॥ राचिना। राञ्ञा। **) राचिनि राञ्ञि।

एतेषु किं। राचा। राचानां राञ्ञां॥

क्त्वस्तूनं॥ १३॥

क्त्वाप्रत्ययस्य स्थाने तूनं इत्ययमादेशो भवति॥ दातूनं। कातूनं। घित्तूनं॥

हृदयस्य हितयकं॥ १४॥

हृदयशब्दस्य हितयकं निपात्यते। हितयकं हरसि मे तलुनि॥

इति वररुचिरचिते प्राकृतप्रकाशे पैशाचिकीनाम दशमः परिच्छेदः॥ १०॥

Subiungo haec e S. S.

वर्गाद्यौ त्रिचतुर्थयोः॥ १॥

वर्गत्रिचतुर्थयोः स्थाने वर्गाद्यौ भवतः। लोकानुसारात् पैशाचिके॥ गगनं ककनं॥

---

*) Cod. वददि.

**) Adde राचिनो। राञ्ञः॥

अर्मः अम्मो ॥ ज्ञातं चातं ॥ गिंकारः हिंकालो ॥ डिम्भः टिम्पो ॥ गपड़ः
कपटो ॥ दुर्गा तुक्का ॥ साधु साधु ॥ बिसं पिसं ॥ भूतं फूतं ॥
प्राकृतसिद्धत्रिचतुर्थयोश्च ॥ २ ॥ ज्वलं च्चलं ॥
क्वचिन्नाद्यौ ॥ ३ ॥ स्वर्गः ग्रग्गो ॥ (sic)
लुग्यः परं ॥ ४ ॥
यकारस्य परं लुग्भवति ॥ त्रयः चश्रो ॥
मान्यस्य ॥ ५ ॥ काकः काको ॥
नणोर् लः ॥ ६ ॥
नणोःस्थाने लो भवति ॥ भणति *) फलति ॥ ध्वनितं ब्बलितं ॥
प्राकृतणाश्च ॥ ७ ॥ वर्णा पलं ॥
रादेर्लादिः ॥ ८ ॥
रादेर्लादिर्भवति ॥ चरणं चलनं ॥
कष्टं कसटं । उष्ट्रः उसरो । कृष्णः कसनो । प्रश्नः पसनो । स्नानं सिनानं । **)
कार्यं कारियं ॥
नणोर्ञो वा ॥ ९ ॥ कनकं कञकं । वर्णा वञ्ञो ॥
एवेवयोर्येवयिवौ ॥ १० ॥ हरिरेव हलि येव । हरिरिव हलि यिव ॥
हृदयस्य हितप्रकं ॥ ११ ॥ दृढहृदयः तठहितप्रको ॥
तुम्फतुपफौ युष्मदो वा बहुत्वे ॥ १२ ॥
बहुत्वे युष्मदः स्थाने तुम्फतुपफौ वा भवतः ॥ तुम्फ फलह तुपफ वा ॥
अस्मदोऽम्फः ॥ १३ ॥
बहुत्वेऽस्मदः स्थानेऽम्फो वा भवति ॥ अम्फः ***) फलामो अम्हे वा ॥
भुवः फोफुवौ ॥ १४ ॥
भूधातोः स्थाने फोफुवौ भवतः ॥ फोति । फुवति ॥
प्राकृतवच्छेषं ॥ १५ ॥

§. 167.

Hae regulae hunc in modum enarrari possunt:

---

*) Emendavit Jacquetius; cod. फणाति.

**) Male recordatus est scriba formae Mâhâr. cf. S. S. 105. Exc. V.

***) Legendum haud dubie अम्फ। Remansit अम्फः ex sutra.

1. *Vocales* se habent, ut in Çâurasenica, vel quod idem est, in Mâhârâshtrica. ओ pro अः finali itaque ponendum et ita faciunt exempla. Id tantum ex यिव pro इव et येव pro एव Var. 4. S. S. 10. apparet, hunc sermonem initio vocis ab इ vel ए incipientis praeoptare cognatam semivocalem. Cadit eadem res in dialectos quasdam vulgares, et cernitur etiam in जेव pro एव. cf. supr. p. 191.

2. Quod prorsus peculiare est huic loquelae, transeunt *sonorae* in *surdas*. Ad singulas consonn. ordinn. initio non positas refert Var. 3. licet in न gemino etiam admittat reg. 11. et exempla quaedam legantur reg. 3. consonn. iunctarum. Ad coniunctas aeque atque ad initiales refert regulam Kramadîçvaras S. S. 1. 2. etiam ad geminas consonantes Çâurasenice assimilatas, ut चलं pro ज्जलं i. e. ज्वलं. Initio vocum solummodo regulam non necessarie observandam esse dicit reg. 3. Lis est inter grammaticos, quam difficile est solvere; libentius tamen in sententiam vetusti doctoris discesserim. Reputemus, contrariam legem in praecipua dialecto ad initiales consonantes in universum non referri. cf. §. 32. Singulis itaque vocibus Paiçâchicis, non omnibus, surdas pro sonoris initio permittamus. In singulis consonn. medialibus consensus est. In medialibus coniunctis ad sententiam Kramadîçvarae ipse paullo magis inclinat Vararuches. Recordemur iterum, iuncturam ordinatae न cum nasali sua Çâurasenice minus fortiter consistere. §. 59, *c*. §. 138. not. Opinari itaque posses, valere h. l. argumentum e contra-

rio et exx. टिम्पो, कप्पटो S. S. 1. तुम्फ, कम्फ S. S. 12. 13. bene se habere. Quod ad iuncturam श्म attinet, contineri videtur regg. Var. 9. 10. prohibitio mutationis in म्ह; atque deest exemplum in S. S. In ग्र vetat exemplum Var. 3. संगामो. Suntne iuncturae ग्र, म्र, ड्र, त्क minus mutabiles, quam पड, न्द, म्ब et adspiratae पठ, न्थ, म्भ? *) De ceteris iuncturis nil praecipitur. वत्था legitur Var. 3. vel contra regulam praemissam; quod si bene se haberet, etiam ad consonn. ordinn. geminatas extendenda esset lex. **) At सग्गो exstat S. S. 3. quod cum Vararuche consentit et दक्खो legitur Var. 5. Sic enim rescribe. In exemplis तुक्का pro दुर्गा S.S. 1. चलं pro ज्वलं, ib. 2. कज्जं pro कार्यं Var. 11. consonantes minus loci sui tenaces fortasse sunt, quia ab origine non cum ordinata alia, sed cum semivocali coniunctae erant. In his itaque mutationem Kramadîçvarae libentius concesserim.

3. Elisionem prohibet Kramadîçvaras reg. 5. a consonn. singulis, excepta semivocali व. reg. 4. Idem iniungitur silentio Vararuchis. Mediales quum non elidi debeant, multo etiam minus initiales. Adspiratae haud magis in ह transire debent, et falso legitur Var. 4. forma Çâur. मुहं. Etiam hoc tacite praecipitur.

---

*) Singulae conss. gutturr. et palatt. etiam in Çâuras. fortiores sunt, quam cerebb. dentt. labb. cf. §. §. 36. 37.

**) Verum probabilius mendum est वत्था; atque legendum est वधो i. e. वधः. Memineris, codicem Lond. ex exemplari Bengalico fluxisse.

4. In *nasalibus* iterum dissensio est grammaticorum. Pro ण Var. ponit न reg. 5. et observavit regulam scriba. In S. S. regg. 6. 7. primum docetur, pro न et ण, etiamsi hoc Çâurasenice ortum sit ex Sanscr. न, scribendum esse ञ. At restringitur posthac regula s. 9. ita, ut pro न et ण etiam ञ poni concedatur. Haud prorsus persuasum mihi est, bene se habere scripturam cod. Par. Expecto enim ob viciniam decretum de न et ण coniunctis. Atque iunctura est र्ण in वर्ण. Suspectum est etiam र non assimilatum, sed hoc fortasse admitti potest Paîçâchice. Coniectare si vis, emendandum esse locum ex regg. Var. 9. 10., obstat exemplum वर्ण. Rem ut dubiam in medio relinquam. Utut hoc sit, certum est, etiam in S. S. conservari saepius nasalem, ut in exempp. reg. 8. ubi न, non ण, legendum; nam ण et न Bengalice saepe confunduntur et पसणो etc. Jacquetius descripsit, equidem olim enotaveram पसनो etc. Rem stabiliat denique H. Ch. regula: णो नः। पैशाच्यां णकारस्य नकारो भवति। चलनं, कसनो, पसनो, ककनं reg. 1. qui scribit Kramadîçvaras, न et ण nonnulla tantum in ल mutavit re vera. Haec inter se conciliari possunt, potissimum si reputatur, duo fuisse genera Paîçâchica, a Var. et Kram. non distincta.

5. Semivocales व et ल remanent; र interdum mutatur in ल vid. S. S. 8. et docet Vararuches nil dicendo, valere normam Çâurasenicam. चलने Çâuras. est; Var. II, 29. तलुनी Var. 14. ibid. S. S. 80. हरस्ति Var. 14. उसरो S. S. 8. legitur. हलि pro हरि S. S. 10. Paîçâchicum est; fuit iterum fortasse discrimen

inter duo genera in littera canina aut conservanda aut mutanda.

6. Semivocalis य in media voce eliditur; S. S. 4. Hinc scribendum videtur हिअअकं pro हृदय, Çâur. हिअअं Var. 14. S. S. 11. Conservatur initio यिव, येव Var. 4. S. S. 10. In ज non ita, ut in Çâur., tendere य्य, apparet ex reg. Var. 8. भरिआ pro भार्या, quocum consentit कारिअं S. S. 8. Est haec ratio sane Çâurasenica. cf. §. 138, 2. Sed admittitur etiam alia ratio et कय्य fluxit a कज्ज. Var. reg. 11.

7. Sibilus solus huius dialecti est स et rarissime श scribitur, ut S. S. 3. at mendose. Certa est res ob consensum doctorum similiter de contraria lege silentium.

§. 168.

Ad *consonantes coniunctas* haec observanda sunt:

1. Consonantes coniunctae in universum assimilandae sunt ad leges dialecti praecipuae §. 57. Exceptiones faciunt tantum *sibili*, et र. Nam quod वज्जे legitur S. S. 9. suspectum est et युलितं S. S. 6. nil demonstrat ob बलं S. S. 2. In र्य Var. 8. 11. utramque rationem praeoccupavere dialecti praecipuae, रिय vel ज्ज ponentes. §. §. 72, 4. 138, 2. In कञ्ञा pro कन्या Var. reg. 10. praeivit Çâur. cf. Exc. VI, 5. et exemplum est solitarium. Quid lateat sub reg. S. S. 9. nondum liquet.

2. Sibilus huius loquelae fortior est Çâurasenico in eo, quod non cedit न sive ट sequentibus. cf. §. 76, 3. 77, 1. 2. 79, 4. Ex ष्ट et ष्ठ, ष्न, ष्ण itaque non Çâurasenice fit ट्ठ et ण्ह, sed स्ट, स्न. Var.

7. 8. S. S. 8. कसटं pro कष्टं, सनानं pro स्नानं, सनेहो pro स्नेहो, पसनो pro प्रश्नः, कसनः pro कृष्णः. Ad hanc normam quadrat etiam तिकसन pro तीक्ष्ण, licet id non memorent grammatici. cf. supr. p. 181. Cur omissae sint iuncturae ष्ण, स्थ, ष्ट, haud assequor; nam eandem sequi haud dubie debent legem. In उसटो, quod affert S. S. l. l. pro उष्ट्र, obtinet eadem ratio, sed evanescit ट् elementum debilius, utpote duobus ceteris inclusum et quasi obrutum. ष्प et स्प contra obtemperant legi Çâuras. nam तुप्फ S.S. 11. 12. oritur e तु + ष्म, cf. §. 80, 5. अम्फ ex अस्म-त्. तुप्फ Paiçâchice est pro तुम्भ. cf. l. l. *) An ष्म eandem sequatur rationem, ignoro. Nam ष्म Çâur. fit स्स. cf. §. 76, 2.

Similis disiunctio supponenda est in श्ल, र्श et र्ष; de श्म et ह्न nil definiri potest. At haud scio tamen, annon sit in र्श et र्ष id discriminis, ut vocalis intercalata non इ sit, sed अ. Nam quum सनानं dicatur Paiçâchice, non सिनानं, ex analogia erit, si Paiçâchice dicitur फरस, non फरिस, मरस etc. Saepius inveniuntur scripturae tales, qualis फरिस pro स्पर्श, et ad Piçâcharum loquelam hae melius quadrare videntur. Sed video, hanc esse coniecturam. De ceteris sibilorum iuncturis nil docent grammatici; ponendae itaque sunt mutationes Çâurasenicae.

3. ज्ञ transit in ञ्ञ. Var. 9. In quibusdam vocc. Çâurasenice id iam fit. Exc. VI, 5. विञ्ञातं pro विज्ञातं, सव्वञ्ञो pro सर्वज्ञः. Caussa transpositionis eadem est, atque in ण्ह pro ष्ण etc. cf. §. 76, 3. Exceptio-

*) Quae additur scriptura तुन्फ s. तुपफ vix bene se habet.

nem faciunt casus singularis nominis राजन् ii, qui अन् contrahunt in ज्ञ्. Var. 12. H. Ch. Fortior est vocalis antecedens longa आ et a ज्ञ् divellitur seq. nasalis; remanens ज in च abit; at propter id vocalis *I*, quod in ञ inest (nam ञ sonat ñ Hispanorum), in इ transit अ thematis et dicitur instr. राचिञा, abl. gen. राचिञो, loc. राचिञि. Falso ad Çâur. hoc refert Râmas. cf. p. 315. supra.

§. 169.

De inflexionibus nil novi traditur et leguntur in exemplis formae Çâurasenicae. नकरो Var. 4. mendum est pro -रं. Nominativi plur. तुम्ह et अम्ह S. S. 12. 13. dissentiunt, si bona est scriptura. फोत्ति et फुवत्ति S. S. 14. Paîçâchicum est pro Çâur. भोदि et भुवदि, licet posterius potius Mâhârâshtricum sit. *Gerundium* तूनं denique explicatum iam est supr. p. 289.

§. 170.

1. Si a Çâurasenica dialecto derivant Paîçâchicam grammatici, id iterum e commodis scholae fit; nam ut unico hoc utar argumento, si in ट्ठ iam abierat ष, inde denuo स्ट nulla machina extorqueri poterat. Statuendum igitur est, linguam hominum monticolarum, ad quos refertur loquela Paîçâchica (supr. p. 15.), a Sanscritica matre propagatam esse modo prorsus peculiari atque a ceterarum dialectorum rationibus diverso. Rudem et barbaram esse indolem Paîçâchici sermonis ex opinione Indorum, non est quod miremur, si reputamus, magis consentire cum linguae dege-

nerantis natura emollire sonos, quam eos obdurare. Ratio praecipuae dialecti, quae tenues deprimit consonantes in medias, eadem prorsus est atque ea, quae in linguis Romanicis cernitur. Nam haud aliter descendit *amatus* in Hispanicum *amado*, Gallicum *aimè*, quam Sanscriticum *gata*, in Çâur. *gada*, et Mâhâr. *gaa*. Caussa tamen nulla est, cur minus credas, vere exstitisse Paîçâchicum sermonis genus. Qui nostras Kero *kepa* dixit pro *giba* Gothico, Paîçâchicam ingressus est viam; differunt tamen cetera.

2. Ut rudior est sermo Piçâcharum, ita etiam magis virilis et neque ह unicum pro adspiratis pluribus venditat nec tam mollis est, ut cum Çûrasenis sibilum ante plurimas consonantes in debilem spiritum deprimat; nam si ट्ठ dicitur pro ष्ट, in ह abiit ष, prorsus ut in ण्ह pro ष्ण.

3. Id miror, quod in inflexionibus admodum nil proprii ex hac lingua traditum nobis sit. Lingua enim, quae tam strenue contra praecipuam dialectum in sonorum mutationibus militat, vix credi potest, in inflexionibus cum ea concinuisse. Ut profitear, quod sentiam, secus fuit in ipsa monticularum istorum lingua. Ex ea mutuati sunt, credo, poetae scenici barbaram et rudem consonantium mutatarum doctrinam et vocabulis barbaro isto modo obduratis attribuere inflexiones in scena usitatas, praecipuae dialecto proprias, ut barbare quidem loquerentur partes fabulae infimae, possent tamen intelligi.

CAPUT QUARTUM.

De lingua Apabhrançica.

---

§. 171.

Haec sunt quae a Kramadîçvara traduntur:

अयुक्तानादिवर्गाद्ययोस्त्रिचतुर्थौ ॥ १ ॥
अयुक्तानादिवर्गाद्ययोः स्थाने त्रिचतुर्थौ भवतः ॥ लोकानुसारादपभ्रंशे। वकः वग। सुखितः सुघिद ॥ अयुक्तानादीति किं ॥ शक्रः सक्क। कार्यं कज्जं ॥
अधो रो लुग् वा ॥ २ ॥
अधःस्थितस्य रेफस्य लुग् वा भवति ॥ पुत्त(ो) पुत्रो वा ॥
अयुक्तानादेः क्वचित् कस्य ॥ ३ ॥ काञ्चिकं कञ्चिग्नं ॥
तस्य वा ॥ ४ ॥ गद्दो गद्रो वा ॥
व्रासादिर्व्यासादेः ॥ ५ ॥
व्यासादेः स्थाने व्रासादिर्भवति ॥ व्रास(-सु) भणाइ ॥ भाष्य भ्रास। मूक वध। संघ सहुं। एवं ए। मुखे कुब्भइ। एवंविध एज्जाह। किल किर। ध्रुव ध्रू। ततस्तो। कुतः क्वतः। *) यत्र येत्थु (l. ज्रे°)। तत्र तेत्थु। कुत्र केत्थु। अत्र एत्थु। यावत् ज्राम। तावत् ताम ॥
इवस्य जेवुज्रपयादिः ॥ ६ ॥ पाह जेव्व। ज्रपिा ॥
नूनं पाउ पाडा पाधइ ॥ ७ ॥
एहादिरेतदस्त्रिसमः ॥ ८ ॥ एह पारी पाह धणु वा। एहो एहे वा ॥
जेह्मादिर्यादृशादे(:)स्यादौ ॥ ९ ॥ जेही पारी। जेहे**) पाह। जेहु धणु[:]। तादृक् तेही। कीदृक् केही। ईदृक् एही ॥
इदम इमु नपुंसके ॥ १० ॥ इमु धणु ॥
कथं केमुकिमौ ॥ ११ ॥ केमु कहेइ। किम कहेह ॥

---

*) Si bona est scriptura, est pro कुतः. cf. कुत्र. §. 173, 2.
**) Legendum esse videtur जेहो. cf. reg. 22.

ज्ञिमतिमादिर्यथातथादेः ॥ १२ ॥

ज्ञिम वमहुणा तिम लड़ (sic)। जेम तेम। ज्ञिध तिध। ज्ञधा तधा ॥

किमः किंपादिः ॥ १३ ॥

किंप भणाइ। किर् काहह*) किम कह कुपादि (sic) ॥

गाहुपयादिर्यथादेरुपादौ ॥ १४ ॥

गाहुणो वढ्ती खेदे हिग्रडा फुट्ट दइउ तुब्भ ॥ **)

ऋदूलृतोरयुक्तानाद्योरधःस्थयोरद्वा ॥ १५ ॥

सुकतं सुकृतं (-दं) सुकुश्चं वा ॥ क्लृप्ते क्लृतं कतं वा ॥

दीर्घादिः संबुद्धौ ॥ १६ ॥

संबुद्धौ यथासंभवं दीर्घादिर्भवति ॥ ढोल्ला हिग्रडा ॥ (lege हिउग्रा)

क्वचिद्ध्रस्वः ॥ १७ ॥ लिङ्गस्स पुत्ति ॥ ***)

क्वचिदेत्वं ॥ १८ ॥ हले भग्गे ॥ ***)

ज्ञसो हो ॥ १९ ॥

संबुद्धौ ज्ञसः स्थाने हो भवति ॥ ग्रगिहो। महिलाहो ॥

लुक् प्रथमाद्वितीययोः ॥ २० ॥

प्रथमाद्वितीययोर्लुग् भवति ॥ पाहू गच्छइ। महिला पुच्छइ ॥

ग्रता स्वमोरुदु वा ॥ २१ ॥

ग्रता सह स्वमोरुद्वा भवति ॥ पाहू वहइ। धणु पक्खइ ॥ (i. e. धनं प्रजायि)

पुंस्योश्च ॥ २२ ॥ गदो मेहो ॥

एमूटा ॥ २३ ॥

ग्रता सह टा एमू भवति ॥ दइणा दइएमू वा ॥

ग्रनुस्वारश्चेणाः ॥ २४ ॥

इणा उत्तरष्टा एं भवति ॥ ग्रनुस्वारश्च। बइएं बइं वा। महुएं महुं वा ॥

पुंसि णा वा ॥ २५ ॥ ग्रगिएं ग्रगिं ग्रगिणा वा ॥

हिं सप्तम्याः ॥ २६ ॥

---

*) Rescribe कहेह, »quid narratis?«

**) Corrige वढदि खेदो हिउग्राफुटो etc.

***) Hae formae praeter हरे ad fem. sane pertinent et satis inaccurate dicitur क्वचित्, quasi इ et ए alternare possent cum ग्रा in voc. sing. masc. et n. 1mae declin.

सप्तम्याः स्थाने हिं भवति। अग्गिहिं महुहिं ॥
ङेर् इदेतौ चाता ॥ २७ ॥ घरहिं घरे घरि वा ॥ सुरहिं सुरि सुरे वा ॥
भ्यसोऽतो हुं ॥ २८ ॥
अत उत्तरस्य भ्यसः स्थाने हुं भवति ॥ रुक्खहुं पडिदो ॥
ङसेर् हे अटू ॥ २९ ॥
अत उत्तरस्य ङसेः स्थाने हे अटू इत्येतौ भवतः ॥ वच्छहे। वच्छाटू ॥
होसुस्सा ङसः ॥ ३० ॥
अत उत्तरस्य ङसः स्थाने हो सु स्स भवन्ति ॥ वच्छहो वच्छसु वच्छस्स ॥
आमो हं ॥ ३१ ॥
अत उत्तरस्यामो हं भवति ॥ वच्छहं ॥
हें चेदुद्भ्यां ॥ ३२ ॥
इदुद्भ्यामुत्तरस्यामो हें भवति हं च ॥ अइहं अइहें वा। तरुहं वहुहें वा ॥
भ्यसो हं ॥ ३३ ॥ तरुहं देहि ॥
हो हं ङसिङसोः ॥ ३४ ॥
इदुद्भ्यां उत्तरयोर् ङसिङसोः स्थाने हो हं इत्येतौ भवतः। अग्गिहो। अग्गिहं ॥
हे स्त्रियां ॥ ३५ ॥
स्त्रियां ङसिङसोः स्थाने हे भवति। सम्राहे ॥
पुंस्क्लीवयोरिदुद्भ्यां ॥ ३६ ॥ अग्गिहे महुहे ॥
जस्शसोरुदोतौ ॥ ३७ ॥
स्त्रियां जस्शसोः स्थाने उदोतौ भवतः। सम्राउ अच्छन्ति। मालाओ पस्सह। कुमारीओ ॥
टा ए ॥ ३८ ॥
स्त्रियां टा ए भवति। सम्राए। कुमारीए ॥
तुहं हमुंआदिर् युष्मदस्मदोः सुपा ॥ ३९ ॥
सुपा सह युष्मदस्मदोः स्थाने तुहं हमुं इत्यादिर्भवति। तुहं पुच्छ। हमुं पुच्छामि ॥
तुम्हे अम्हे जसा ॥ ४० ॥
तुम्हे पुच्छह। अम्हे पुच्छाम ॥
शसा तुम्हइं अम्हइं ॥ ४१ ॥ तुम्हइं पुच्छाम। अम्हइं पुच्छह ॥
अमृङिटाभिस् तइं मइं ॥ ४२ ॥ तइं पुच्छामि ॥
तुम्हेहिं अम्हेहिं भिसा ॥ ४३ ॥ तुम्हेहिं दिपर्णा ॥
तुह तुहं मज्झ महुं ङसिङस्भ्यां ॥ युष्मदस् तुज्झ तुब्भाश्च ॥ ४४ ॥

तुह ज्ञादो ॥

तुम्हाम्हौ भ्यसाम्भ्यां ॥ ४५ ॥ तुम्ह ज्ञादो ॥

सुपा तुम्हासु अम्हासु ॥ ४६ ॥ तुम्हासु ठिग्रं ॥

जूहं हुं यत्तदोर् अमा ॥ ४७ ॥

अमा सह यत्तदोः स्थाने जूहं हुं इत्येतौ भवतः। जूहं चिन्तसि। हुं पारसि॥

सप्तम्या जत्रु तत्रु ॥ ४८ ॥

सप्तम्या सह यत्तदोः स्थाने जत्रु तत्रु इत्येतौ भवतः। जत्रु वसति (-दि)॥

तात्वयोर् दात्तणप्पणाः ॥ ४९ ॥

तात्वयोः स्थाने दा त्तणा प्पणा भवन्ति॥ मणुसदा। मणुसत्तणं। मणुसप्पणं॥

तव्य इव्वं ॥ ५० ॥ तव्य इव्वं भवति। करिव्वं॥ (Cod. pro Anusvâra ऊ)

क्त्व एव्यादिः ॥ ५१ ॥

क्त्वः स्थाने एव्यादिर्भवति। रमेवि। रमेप्पि। रमेप्पिणा॥

यचश्चेत्रः ॥ ५२ ॥ भाविग्र परिभाविग्र। ग्राहलिग्र। पडिपढिग्र। न उक्लूदि (sic)॥

तुमो ऽणामादिश्च ॥ ५३ ॥

तुमः स्थाने अणामादिर्भवति एव्यादिश्च॥ लहेवि लहेप्पि लहेप्पिणा लहणं लहणाहुं लहेव्वहुं॥

ग्रतो ऽचि गुणाश्च ॥ ५४ ॥ मरेप्पि॥

उतो ऽस्वादेरुवः ॥ ५५ ॥ ब्रुवऊ। स्वादिस्तु लुणेप्पि॥

एप्प्येप्पिणणोरेल्लुग् ब्रूञः ॥ ५६ ॥

ब्रूञ उत्तरयोरेप्पि एप्पिणणोर् एल्लुग् भवति। ब्रोप्पि। ब्रोप्पिणा।

कृगमोर्वा ॥ ५७ ॥

कृगमोरेप्पि एप्पिणणोर् एल्लुग् वा भवति। करेप्पि कप्पि *) वा। गमेप्पि गम्पप्पि वा॥

ठ्वादिः स्यादेः ॥ ५८ ॥

स्यादेः स्थाने ठ्वादिर्भवति। ठ्वदि। **) ठ्वेप्पि॥ स्वन अव। मृङ मार। धृङ धार। दृश पस्स। व्रज वज। ब्रूञ ब्रो॥

हो भुवो ऽनुपसर्गे तिङि ॥ ५९ ॥ होदि। उपसर्गे तु। अणुहवदि॥

तुम् क्त्वोश्च ग्रहो गेण्हः ॥ ६० ॥ गेण्हदि गेण्हेप्पिणा॥

---

*) Lege करप्पि.

**) Coniicio दूठेदि, दूठेप्पि.

यगित्तो वा ॥ ६१ ॥ यक इत्तो वा भवति। सुमरित्तदि। सुमरिज्जदि वा ॥

हिस्वावू इदादिः ॥ ६२ ॥ हिस्वावू इदादिर्भवति। करि करे कहू करहि ॥

उस्तध्वमोः ॥ ६३ ॥ लोटू तध्वमोः स्थाने उर्भवति। देउ सक्कुउ ॥

हुं डामडामहै ॥ ६४ ॥ लोटू डामडामहै हुं भवति। देहुं सक्कुहुं ॥

कृञः कासा च स्यडा लृटि मसू महे ॥ ६५ ॥

लृटि मह महे च हुं भवति। स्यडा सह कृञः कासा च। कासाहुं ॥

स्यडः स्सिः ॥ ६६ ॥ लृटः स्यडः स्सिर्भवति ॥ सुमरिस्सिदि ॥

अग्रादिर्व्राचटादौ ॥ ६७ ॥

व्राचटादिरपभ्रंशभेदः ॥ तत्र व्राचटादौ दोहादौ युक्तरेफसमुच्चारणं। सर्पि[:] सप्पि[:]। ग्रहन्दुप्रभृति प्रयोक्तव्यं। क्ता रप्पि पिपपा ॥

प्रेक्षो नागरे वा सकादौ ॥ ६८ ॥

प्राकृतमिश्र उपनागरे गाथादौ ॥

§. 172.

Praemoneo, quod haud semel iam patefactum est, ita ut vix monitore opus sit, id consilii sequi grammaticos indigenas, ut in posteriori quavis dialecto tractanda eas potissimum res promant, quae aliter se habeant in illa lingua, ad quam tanquam ad archetypam refertur haec. Hinc fit, ut multa supplenda remaneant in minorum dialectorum doctrina, si integram velimus earum exhibere imaginem. Patet ad hanc viam tenendam nulla re opus esse magis, quam cognitione, e quonam fonte derivetur quaevis scenica dialectus; licet etiamsi hac cognitione simus instructi, non fieri possit, quin in quibusdam incerti haereamus. Omisit tradere Kramadîçvaras, ad cuius dialecti normam proxime accedat Apabhrançica; docet tamen tota eius ratio, suppeditanda esse, quae de ea non singulatim enarrata sint, e doctrina Çâurasenicae linguae.

§. 173. A. *Vocales.*

1. अ in hac lingua saepius quam in antecedd. fit, in aliarum vocalium provincias transit; quod signum est corruptelae latius propagatae. Nam quod §. 16, 4. de praecipua dialecto dictum est, etiam de Mâgadhicis in universum valet; immo, quantum id in absentia uberioris notitiae diiudicari potest, de Paîçâchica. Accedunt eis quae §. 9. disputata sunt haec:

2. अ fit इ in यथा, यत्र et vocabulis correlativis. r. r. 5. 12. ज्रिध, तिध e ज्रध, तध; et r. 5. ज्रेत्थु, तेत्थु, केत्थु oriuntur ex ज्रित्थु etc. pro यत्र, etc. एत्थु *) tamen etiam ab इत्र repeti potest. cf. §. 9, 2. Tum pertinet huc affixum प्पिपणा pro त्वन, de quo mox. In aliis formis deberi videtur haec mutatio actioni इ vicini, ut in futuro इस्सिदि, इस्सिसि etc. r. 66. Admittit hoc इ etiam Mâhârâshtrica, sed tantum in futuro assimilato vel in ह- formato. Cf. §. 122, 2. 3. Simile quid observavi de Çakârica. §. 164, 2. in qua etiam alia Apabhrançica indagavimus. **)

3. उ pro अ ponitur tum in affixo locali त्र. ज्रत्तु, तत्तु r. 48. ज्रेत्थु etc. tum in imper. करु pro करा. r.

---

*) कित्थु, unde केत्थु, oritur a कत्तु pro कुत्र, unde alia corruptela est forma Sanscritica vulgata कुत्र. cf. ad Hitop. II, p. 108.

**) Nimirum si ulla trium linguarum Prâkriticarum fundamentalium, Çaurasenica, Mâgadhica, Paîçâchica, ultra corrumpitur, oritur Apabhrança i. e. *lapsus*, eius linguae. Çakârica est quodammodo Apabhrança classis Mâgadhicae.

62. Comparanda est pronunciatio hodierna vocalis ऋ in quibusdam provinciis per *RU* et gen. Sanscriticus पित्रुस् (unde पितुस्) pro पित्रस्.

4. इ abit in ए tum longum, tum correptum. cf. §. 11. Addit Apabhr. जेम pro जिम i. e. जिव pro इव, ut जेव §. 28, 4. tum तेम, vocula innovata quasi तिव. r. 12. केम्‌ु e किम्‌ु r. 11. Correptum contra est ए in जेत्थु, तेत्थु, एत्थु, केत्थु supra 2. जेव्व r. 6. huc pertineret, si non potius esset ipsum एव pro इव usurpatum. ए pro ई+इ denique legitur in एही r. 9. ex ईदृश; non in एह r. 8., quod Sanscriticum est एष.

5. Similiter ऊ abit in ओ in ओं r. 58. i. e. ऊं.

6. Nota iam est correptio diphthongorum ए et ओ finalium in इ et उ. cf. §. 19, 7. 20, 4. उ pro ओ admittitur in dialecto praecipua, regnare videtur in hac dialecto. cf. मत्ताउ r. 37. पाहु r. 25. Quod ponitur ऊ in abl. वच्छाहू r. 29. militat contra leges huius linguae; reponendum est उ. Etiam इ eiusmodi legitur: सुरि loc. sing. pro सुरे r. 27. करि pro करे imper. r. 62.

7. अः finale Çâurasenice contrahitur in ओ, ut गदो r. 22. sed inde saepius उ fit, ut iam vidimus. Contractiones अ + इ = ए, et अ + उ = ओ recurrunt कहेइ = कथयति r. 11. होदि = भवति r. 59. आ cum इ in ए coalescit in जेह, तेह r. 9. Nempe formae praecipuae dialecti जादिस, तादिस p. 115. pro यादृश etc. Apabhrançice elidunt द् et ह ponunt pro स. De एही cf. no. 4. compara एदह. §. 12. एज्जाह r. 5. falso repetitur ab एवंविध; e forma Çâurasen. एदादिस, unde eliso द् altero एदाइस, fieri debuit एदेह, at transilit vocalis इ ad prius द् et e दि factum est ज्ज, ut ex ध.

8. De vocalibus ऋ et ऌ quae traduntur reg. 15. mira primo aspectu videntur, quum vocabula अधःस्थ et अयुक्त de vocalibus usurpari nequeant nisi absurde: peccavit sane, si re vera ita scripsit Kramadîçvaras, contra dicendi morem grammaticis assuetum; male inserta fuisse vocabula a librario, minus probabile est, siquidem limitanda erat regula de ऋ et ऌ et ex exemplis patet, voluisse nostrum indicare ऋ consonanti non coniunctae subiectum. Hoc sensu positum itaque videtur अयुक्त; quod sequitur अधःस्थ, omnino non intelligo, quandoquidem ऋ उपरिष्टं ne coniectura quidem fingere possum. Ad vocales non initiales restringitur denique regula et eam observat exemplum prius eo sensu, ut sit vocalis in syllaba non initiali posita, alterum क्लृप्त eius contra obliviscitur. Num igitur significata est vocalis, a qua non incipiat vocabulum? Si hoc conceditur, regula est haec: ऋ et ऌ, vocem non incipientia, consonanti coniunctae non subiecta, retineri possunt; dici सुकृदं, verum non संकृदं, dici क्लृप्तं, verum non संक्लृप्तं. Mox videbimus ॠ post alias consonantes conservari posse Apabhrançice et congruit, quod sonus litterae caninae, qui in ऋ inest, conservetur post consonantem simplicem. Hunc verum esse huius regulae sensum iudico; nil opus fuit mutare scripturam कृदं in क्रिदं, si sonus non mutabatur, licet in praecipua dialecto scribatur रिछ pro ऋछ. §. 3, 1. Sincerum ऋ, i. e. vocalem gunae capacem, non est, quod ideo huic dialecto tribuamus.

Ceterum admittuntur etiam aliae mutationes;

म ponitur in ipsa regula: hinc सुकमं, कमं. In exemplis accedit उ in सुकुमं; hoc explica ex observ. supra no. 3. कु est pro कृ. Quum nil praeterea doceatur, obtinere debent regulae in praecipua dialecto validae, si म locum suum non tuetur.

§. 174. B. *Consonantes.*

1. Extendit rationem primariae dialecti Apabhrançica ita, ut omnes surdas in sonoras mutet, ne gutturalibus quidem et palatalibus exceptis. cf. §. §. 36. 40. Valet regula de surdis non coniunctis in media voce positis. Exempla promo haec e notula de consonantibus Apabhrançicis Mpta, quam mihi misit Vir summus, *Colebrookius*, nescio e quonam fonte petitam. Kramadîçvarae opus non fuit, nam extenditur mutatio etiam ad consonantes initiales: छुधं = छुसं, cf. S. S. 1. कधिउ = कथितं, भलतु = फलतु, दउ = ततः, बाडु = पाढः, गिलिगिलि (i. e. provocatio) = किलिकिलि.*) Ad initiales non refert mutationem noster; quae ratio praestat, si excipiuntur vocabula quaedam usu trita. cf. §. 32, 4.

2. Elisiones rariores fuisse in hac dialecto apparet tum ex eo, quod de क et त**) singillatim tradatur, eas elidi posse r. r. 3. 4. गओ = गदो, काभिअं = काभिकं, tum ex eo, quod ad vulgarem hominum

*) Vocabulum ceteroquin mihi ignotum ex imitatione vocis hominis provocantis tractum videtur.

**) Quod tradere omisit Kramadîçvaras, de द idem valet: cf. नेह, णेह §. 173, 7. Una cum vocali eliditur त in तो pro ततः r. 5.

loquelam proxime accedere dicatur Apabhrança r. 1. Elisio enim singularum consonantium in dialecto praecipua potius poetis attribui potest, quam ipsi usui hominum Prâkritice quotidie loquentium. In Apabhrança elisionem hanc itaque magis usui scenico adscribo, quam vulgari sermoni, neque dissentirem, si quis diceret, inter orationem poeticam et prosariam exstitisse discrimen simile ei, de quo agit §. 137, 1. Etiam adspiratas in ह abire Apabhrançice, ex exemplis patefit: कह = कथं r. 13. कहेइ r. 11. लहेवि r. 53. = लब्धा; होदि r. 59. Rarius probabiliter haec mutatio locum habuit in hoc sermone et referenda est praecipue ad थ, ध, भ.

3. ज pro य, ण pro न, स pro sibilis ponitur more Çâurasenico. म pro व in जाम, ताम = यावत्, तावत् r. 5. in जिम, तिम sive जेम, तेम r. 12. = इव, atque, si id fingere licet, तिम. **) Accuratior fortasse est ratio dicendi, aff. मत् Apabhrançice adhibitum fuisse pro वत् ad themata pronominalia य, त, इ et ति, de quo cf. §. 107.

4. व eliditur cum vocali in ए pro एवं r. 5. भू pro भुव ibid. potius *Samprasárana* est; nam व् coalescit cum उ, eliditur व, si bene se habet scriptura भू.

5. र locum suum tuetur, ut in praecipua dialecto, immo pro ल ponitur in किर r. 5. = किल. Tum conservatur post consonantes quasdam singulas; post द id permittit Var. III, 4. in praeci-

---

*) किम r. 11. si non legendum est किमु, potius est किं et व pro इव. §. 28, 5.

pua dialecto; ज्ञु, r. 48. ध्रू r. 5. legimus, et referri huc potest कृदं §. 173, 8. Novum est, quod र occupat locum semivocalis य in व्रास्त pro व्यास्त r. 5. et in भ्रास, transposito pro भाष्य.

6. Sibili apti sunt ad transeundum in ह; praeter श in स्नेह, नेह etc. iam memoratis, exempla infra ponentur plura ex inflexionibus petita, quorum nonnulla ab antecc. dialectis aliena sunt.

7. म् finale vel magis quam in praecipua dialecto (cf. p. 225.) elisionem patitur; ex. gr. कह pro कथं r. 13. tum in accusativo sing. cf. r. 21. Remanet tum in instr. sing. cf. r. r. 23. 24. elisa vocali sequenti ग, tum in aliis inflexionibus; et ab accusativo minime excluditur. Regulam certam indicare nequeo. Exitus vocis in एं, a praecipua dialecto alienus, Apabhrançicus est. cf. §. 175, 4. §. 24, not.

8. Leges *assimilationis* congruunt, quantum iudicari potest, cum praecipua dialecto. In universum hoc dictum est; nam duae tresve sunt exceptiones. Prima cernitur in semivocali र, quae conservatur post ध, त, व, ब, भ. cf. no. 5. Elidi vel assimilari dicitur र consonantem excipiens r. 2. पुत्तो (scribi debet पुद्दो) vel पुत्तो. In aliis vocabulis assimilatur more solito: सक्क pro शक्र r. 2. कज्जं pro कार्यं ibid. In ज्ञत्थु adspiratio debetur र assimilato. cf. §. 73, 2, *b.* et §. 164, 3. Quae in singulis vocabulis obtineat ratio, significare oblitus est grammaticus.

9. Exceptio porro est in semivocali व. In affixo त्वन pro त्व (cf. §. 89, 1.) aut Çâurasenice fit प्पण, aut प्पण r. 49. i. e. assimilatur त् sequenti la-

biali, quae gradum autecedentis litterae ascendit et tenuis fit. Idem fit in gerundii forma प्पिवण r. 51. cf. अप्प pro आत्मन् §. 67, *b*. Legitur denique r. r. 52. 58. iunctura ण्ह in forma Apabhrançica radicis स्ना. Suspecta tamen est scriptura; coniicio ण्हादि s. ण्हेदि, ण्हेप्पि. Cf. supra p. p. 344. 345.

§. 175. C. *Nomina.*

1. De thematis valet in universum quod disputavi §. 89. Affixum त्तन pro Sanscr. त्व aut त्तण audit aut प्पण. §. 174, 9. S. S. 49. मणुसत्तणं s. मणुसप्पणं.*) Affixum क Apabhrançice novae instrumentalis formae fingendae inservit, de qua re mox dicam.

2. *Declinatio* Apabhrançica digna est quae accuratius investigetur; nam uno gradu quasi descendit a condicione dialectorum antecc. et appropinquat ad dialectos recentiores. Inflexiones praecipuae dialecti partim conservantur quidem, at saepius magis correptae vel decurtatae cernuntur; partim pessum ivere et earum loco novae successere, quarum pleraeque e declinatione pronominali petitae sunt. Una alterave prorsus innovata est. Si formae ponuntur decurtatae, *neutrum* cum masculino confunditur, uti fit in dialecto hodierna Penjabica, Apabhrançicis regionibus finitima. Cf. supr. p. 47. In limite posita est omnino declinatio Apabhrançica, ita ut si vel paullo magis a

*) Etiam Mâgadhice ञ unicum interdum legitur in hac voce, ut ap. Var. XI, 12. Geminum praestat, ut Var. XI, 13.

forma sua deflectatur, simillima iam fiat ei, quae hodie per dialectos Sanscriticas regnat.

3. *Nomin.* singularis masc. et neutr. 1mae declin. aut Çâurasenice exit: cfr. r. 22. गद्दो मेहो et exempla ठिअं, करिवुं r. r. 46. 50. atque eandem terminationem etiam *accus.* vindicandam esse, probabile est, desunt tamen exempla; aut utroque casu obtinet forma decurtata in उ. cf. r. 21. पाऊ itaque et nom. et acc. est, itidem धणु. Est ओ Çâur. correptum in उ et ad utrumque casum relatum, ut ए Mâg. cf. §. 164, 14. Femininum formam Çâur. nom. आ, servat. r. 20. Accus. non traditur neque de ceteris nominativis et accuss. aliquid commemoratur. Supponendae sunt formae Çâurasenicae; accusativum sing. tamen म् suo saepius privari, credendum est. Nescio, an महिला r. 20. etiam acc. sit.

4. *Instr.* formae hae proponuntur: r. r. 23-25. 38. 1mae decl. masc. et neutr. दइएण (sic corrige) s. दइएं; 2dae बइएं s. बइं; 3tiae महुएं s. महुं. Mascc. in इ et उ datur etiam forma Çâur. in णा, अग्गिणा. Femm. itidem in ए, बत्ताए, कुमारीए. Est दइएणं nil aliud quam दयितेन, sed si eliditur अ finale, oritur secunda forma दइएं. In 2da et 3tia declin. eadem inflexio obtinet in auctis thematis in क; पत्तिक pro पत्ति, transit in बइअ, instr. बइएण, unde बइएं. Sic महुएं e मधु. Alterae बइं et महुं decurtatae sunt e formis in णा, correpto आ finali, ut antiquitus iam in 1ma declin. deinde eliso. Vides confundi posse accus. et instr. Apabhrançice, si म् accus. retinetur. Fem. nil novi praebet.

5. *Abl.* 1mae masc. et neutr. r. 29. वच्छाहु emen-

dandus videtur in -हु. Quae ponitur forma in हे r. r. 29. 35. 36. proprie genitivi est. Formam हु etiam in vocc. in इ et उ adhiberi, non vetatur; accedunt praeterea aliae हो et हं r. 34. Etiam हो gen. est; हं est gen. plur. et falso h. l. poni videtur. Legendum suspicor ह, quod iterum est forma genitivi pro स्य, sed adiectum, ut in pronomm. तुह et मह, non ut in gen. Mâgadhico in आह.

6. *Genitivus* in हे contractio est Sanscritici स्य; cf. supr. p. 179. Ad femininum quum addatur हे e r. 35. id innovatum est; facta est forma genitivi, nulla habita inflexionis Sanscriticae ratione, et सत्ताहे non a सत्तायाः, neque ab inflexione pronominali सत्तस्यास् repeti potest; sed themati सत्ता additum est हे, ut वच्छहे r. 29. अग्गिहे, महुहे r. 36. Aliae genitivi formae sunt हो, सु, स्स r. 30. r. 34. Duae posteriores ad 1mam decl. restringuntur; postrema potest esse Çâurasenica; ab ea tamen explicari nequeunt हो et सु. Omnes equidem potius ab innovata inflexione स्व deducere maluerim, i. e. a pronomine possessivo Sanscr. स्व, quod Samprasârana factum sit सु, vel assimilatum in स्स, vel contractum in सो. cf. p. 338. supr. unde हो, ut in gen. हे et loc. हिं. Exempla sunt वच्छहे r. 29. वच्छस्स, वच्छसु, वच्छहो r. 30. सत्ताहे r. 35. अग्गिहे, महुहे r. 36. अग्गिहो (महुहो) r. 34. अग्गिह (महुह) si recte conieci r. 34. Femininum formare debet देवीहे, बहूहे. Ad ablativum usu, non origine, pertinent hae formae.

7. *Loc.* 1mae declin. masc. et neutr. in ए remansit, at corripitur etiam in इ. सुऐ, सुरि. r. 27. E pronominibus desumptum est हिं. cf. §. 106, 6.

सुरहिं r. 27. अग्गिहिं, महुहिं r. 26. Femininis danda est forma instr. in ए r. 38.

8. *Voc.* 1mae in आ r. 16. fem. ए r. 18. notus est; fem. 2dae et 3tiae declin. in इ et उ exire debet. cf. r. 17. De masc. et neutr. in इ et उ nil traditur et longam vocalem eis ob reg. 16. attribuere nollem; potius ए et ओ ob reg. 18.

9. *Nom.* et *acc. fem. plur.* Çâurasenicus in आओ, ईओ, उओ recurrit r. 30. et corripi etiam potest in आउ etc. Quae ponitur forma in हो r. 19. महिलाहो ad *voc.* fem. plur. refertur. Quod si verum est, et si recte हो etiam aliis vocabulis additur, ut अग्गिहो et quae ad hanc analogiam fingi possunt, वच्छहो, महुहो, coniuncta non esse videtur haec forma cum nom. plur. आहु Mâgadhico §. 156, 1. 147, 4. verum potius est vocula clamandi हो vocativo pl. formando adhibita. De nom. et acc. plur. masc. et neutr. nil traditur.

10. *Instr.* plur. non commemoratur; supplendum est e r. 43., formam Çâurasenicam in हिं fuisse servatam.

11. *Abl.* plur. qui ponitur in हं r. 33. *genitivi* est vel in exemplo proposito. Tantum in masc. et neutr. 1mae decl. peculiaris prostat forma in हुं r. 28. रुक्खहुं, quae aperte decurtata est ex रुक्खासुन्तो §. 95, 4. abiecto न्तो, correpto fine thematis et ह posito pro स.

12. *Genitivi* in हं, वच्छहं r. 31. बइहं, गरुहं r. 32. 33. repetendi sunt a forma pronominali Sanscr. सां correpta vocali ante nasalem finalem et ह iterum posito pro स. Ante हं thematis finis nec produ-

citur neque in 1ma declin. vestigium est actionis eius, quam Sanscritice haec inflexio exercet in finem thematis, तेषां pro तसां. Vocabula contra in इ et उ pro ई etiam ponunt हे r. 32. cui formae accessisse debet इ, quoniam ए legitur pro अ. Res est obscura, cohaerere tamen videtur hoc इ cum forma pronom. Sanscr. तेषां.

13. *Locativus* plur. non diserte enarratus propter r. 46. censendus est desivisse in सु.

14. Uno conspectu haec ita exhiberi possunt.

Singularis.

	Decl. I. Masc. Neutr.	Decl. I. Fem.	Decl. II. Masc. Neutr.	Decl. II. Fem.
Nom.	ओ — अं (उ)	आ	ई, इ	ई
Accus.	अं — अं (उ)	अं (आ)	इं (इ) इ	इं (इ)
Instr.	एणा, एं	आए (आइ)	इणा Masc. / इएं, इं	ईए
Abl.	आदु	आहे	ut gen.	ईहे
Gen.	अहे, अस्स, असु, अहो	आहे	इहे, इहो, इह	ईहे
Loc.	ए, इ, अहिं	आए (आइ)	इहिं	ईए
Voc.	अ, आ	ए	इ (ए)	इ (ए?)

Tertia non differt a secunda.

Pluralis.

	Decl. I. Masc. Neutr.	Decl. I. Fem.	Decl. II. Masc. Neutr.	Decl. II. Fem.
Nom.		आओ, आउ		ईओ, ईउ
Acc.		आओ, आउ		ईओ, ईउ
Instr.	एहिं	आहिं	ईहिं (इहिं?)	ईहिं
Abl.	अहुं	आहुं?	इहं	ईहं?
Gen.	अहं	आहं?	इहं, इहें	ईहं?
Loc.	एसु	आसु	ईसु (इसु?)	ईसु
Voc.	अहो(?)	आहो	इहो	ईहो(?)

§. 176. D. *Pronomina.*

1. De pronominibus demonstrativis et de relativo singula tantum traduntur. Tribus generibus usurpatur एह, iuxtà r. 8. i. e. एष. Hoc tamen vix valet de एहो et एहे, quamvis significat id grammaticus. Nom. et acc. sing. neutr. इमु Apabhr. est pro Çâur. इमं §. 109, 2. Adverbium locale in त्र, mutatum in त्तु usurpari dicitur pro *locativo* r. 48. ex. gr. जत्तु, तत्तु; formae in त्तु adverbialiter poni videntur. *Acc.* sing. ध्रुं, त्रुं i. e. यं, यां, यद्, तं, तां, तद् mira sane est forma et suspicari posses legendum esse ज्रुं, त्रुं i. e. e nom. Apabhrançico ज्रु, त्रु innovatum esse accusativum ज्रुं, त्रुं. At propter r. 67. defendere debemus scripturam codicis, et refugiendum est ad pronomen Sanscriticum त्य, in quo र positum sit pro य, ut in व्रास §. 174, 5. E त्र = त्य nominativus Apabhrançicus formaretur त्रु, hinc accus. त्रुं, ad quam analogiam tractum esset ध्रुं. At valde dubia est res.

2. Pronominum 2dae et 1mae perss. hae ponuntur formae r. r. 39-46.

	2da *pers.* Sing.	Plur.	1ma *pers.* Sing.	Plur.
Nom.	तुहं	तुम्हे	हमुं	अम्हे
Acc.	तइं	तुम्हइं	मइं	अम्हइं
Instr.	तइं	तुम्हेहिं	मइं	अम्हेहिं
Loc.	तइं	तुम्हासु	मइं	अम्हासु
Abl.	तुह, तुहं,	तुम्हहं	मज्झ, महुं	अम्हहं.
Gen.	तुज्झ, तुब्भ	तुम्हहं	मज्झ, महुं	अम्हहं.

3. Nom. तुहं si comparatur cum तुमं §. 111, 3. praebet म् finale additicium et a genitivo originem

traxisse videtur. Recurrit identidem in hisce pronomm. म् hoc finale; ita in ipso gen. तुहं. तुज्झ et तुज्भ explicanda sunt e §. 80, 5. तइं si exuitur nasali, praebet formam locativi Çâurasenici तइ. §. 111, 4. Hanc ad accus. et instr. translatam esse apparet. Gen. plur. तुम्ह proprie est forma singularis; तुम्हइं pro तुम्हइ positum credo atque hoc esse locativum formae singularis a themate तुम्हक, ut in praecipua dialecto §. 111, 3. तुमए a th. तुमक. Sic recte disputari, arguit inflexio singul. adhibita etiam ad them. अम्हक in अम्हइं. हमुं decurtatum est e Çâur. अहमं, §. 112, 2. उ posito pro अ post म, ut §. 9, 3. Miror in gen. omitti formam मह, e qua oritur मज्झ. Quae accedit महुं, nova est; addita iterum est nasalis, et महु formatum ope affixi हु, quod correpta est forma genitivi 1mae decl. Apabhr. हो. Remanet मइं, cuius explicatio tentari debet ad analogiam iam expediti तइं. Num itaque मइ decurtatum est e मइ pro मयि §. 112, 1.? Probabilius est, e तइंमइं r. 42. factum esse primum तइमइं, deinde mendose seiunctum तइं मइं; nam prorsus inauditum est मइं; मइ contra mox excitabo.

§. 177. E. *Coniugatio.*

1. Pleraeque formae cum Mâhârâshtricis et Çâurasenicis consentiunt, uti ex exemplis colligi potest. पुच्छामि r. 39. 42. चिन्तसि, पारसि r. 47. वसदि r. 48. होदि r. 59. गेण्हदि r. 60. et sine द्, कहेइ r. 11. पुच्छइ r. 20. वहइ r. 21. वड्ढदि (ex coni.) r. 14. *pl.* पुच्छाम r. 40. पुच्छह r. 40. 41. पस्सह r. 37. कहेह (ex coniect.) r. 13. अच्छन्ति i. e. सन्ति r. 37. Medium in dialecto, quae

amat ए finale in इ corripere, locum vix habebit. In *passivo* admittit grammaticus इज्जदि praeter इज्जदि r. 61. quod si verum est, huc referri possit forma इयदि a nostro Mâhârâshtrica dicta. cf. App. p. 51. p. 56. In *futuro* praevalere crediderim ex analogia declinationis formationem in स. Duo quae traduntur r. 66. haec sunt: in futuro Çâurasenico in स्सदि etc. ante consonantes personales poni इ pro अ, सुमरिस्सिदि; (-स्सिदि nil est nisi mendum;) tum r. 65. in 1ma plur. futuri dici हुं; i. e. poni terminationem praesentis म्ह transpositam in हम् et उ pro अ ob vicinam labialem. Radicis कृ forma in hac persona exhibetur काहुं. ibid. quae refert Sanscriticam formam non usitatam कार्ष्यामः. आ longum ante हुं defendi debet eo, quod म्ह (कास्म्ह) positionem faciat; longa fit syllaba post transpositionem nasalis productione vocalis.

2. Inflexio हुं etiam 1mae plur. imperativi tribuitur r. 64. at correpta vocali antec. देहुं, सङ्गहुं. Etiam in 2da sing. imper. corripitur contra legem Çâurasenicam §. 119, 2. vocalis ante हि, ex. gr. करहि r. 62. Ex hac forma correpta explica करे, unde denique etiam करि fit, ibid. Nempe contractum est ए ex अ+इ, eliso ह. Quae praeterea ponitur forma करु, उ ponit pro अ formae vulgatae, quae minime aliena est ab hac dialecto: पुच्छ r. 39.; ad verba in उ s. अ gunatum exeuntia restringenda est haud dubie haec mutatio. cf. पमाद §. 161, 2. Etiam forma in हि legitur r. 33. देहि. 2da plur. exit in उ r. 63. देउ, सङ्गउ, सुणउ r. 55. A Çâurasenico ध, ह, quod excitatum iam supra est no. 1. derivari

nequit ऊ. Repete a Sanscritico धुं, sed ita ut inde non factum sit (quod fieri debebat) कं; sed elidatur अं et transeat व् in उ, hoc autem producatur ob compensationem elisi अं et propter vim exhortationis. Elidi in hac dialecto ह, in singulari करे e करहि mox vidimus; nil itaque obstat, cur minus देऊ fiat e देहू pro देधू. Quod non observata sit quantitas, et सङ्कुहू - ◡ - factum sit e शङ्कुधुं - - ◡, id saepius in hac dialecto recurrit, ut in imper. sing. करहि pro कराहि, loc. सुरहिं pro सुराहिं §. 164, 17. gen. वच्छहे वच्छसु, वच्छहो pro वृक्षस्य; Mâg. वच्छाह.

3. *Partic.* affixum तव्य abit in इव्व r. 50. i. e. eliditur syllaba त, करिव्व pro करितव्य, intercalato इ, ut in भरिद etc. §. 128, 1.

4. *Gerundii* formae sunt प्पिपपा, प्पिप, बि. r. 51. बि et प्पिप ita distinguenda sunt, ut antecedente vocali brevi vel ancipiti, ut ए et ओ, ponatur प्पिप; sin autem praecedit vocalis longa, eliditur प् alterutrum et प superstes non coniunctum transit in ब. Utraque forma decurtata est e प्पिपपा, quod explicatum iam est §. 174, 9. Obscurum est पा geminatum. Adiici possunt hae formae themati sine vocali intercalata, ut जोप्पिप, जोप्पिपप्पा r. 56. ठेप्पिप r. 58. Sed praevalere videtur ea ratio, ut ponatur ए: रमेप्पिपपा, रमेप्पिप, रमेबि r. 51. लहेप्पिपपा, लहेप्पिप, लहेबि r. 53. मरेप्पिप r. 54. लुणेप्पिप r. 55. गेण्हेप्पिपपा r. 60. करेप्पिप, गमेप्पिप r. 57. Pro his tamen permittitur etiam गम्प्पिप, करप्पिप i. e. eliditur यि, non अय्, quae ratio a praecipua dialecto prorsus aliena est. Mirari possis, nullibi inveniri formam simplicem, adhibita vocali इ intercalanda, ex. gr. करिप्पिप, vel

non contractam कारइप्पिप. Caussa est fortasse repetitio eiusdem इ in syllaba sequenti, neque certum est, istas formas non exstare.

Admittitur denique etiam forma Çâur. in इश्र, r. 52. भाविश्र, श्राहलिश्र, पडिपडिश्र.

5. Infinitivo tum attribuuntur formae gerundii modo enarratae, r. 53. tum hae: श्रणं, श्रणाहुं, एबहुं (sic enim potius scribendum est, quam एबूबहुं). Ex. gr. लहणं, लहणाहुं, लहेबहुं. Prima forma est nomen actionis Sanscriticum in श्रन, et accus. sing. ut in infinitivo Sanscr. in तुं. हुं est ablat. plur. लहणाहुं itaque लभनेभ्यस्, si ita dici posset Sanscritice. In ablativo non haereo; nam consilium quo quid fiat, is potest significare, sed in plurali. Certiorem tamen istius formae explicationem non invenio. Ea autem si vera est, adhiberi etiam potest ad लहेबहुं, cuius thema लहेब esse debet. Videtur esse aff. त्व in प्प, प, ब mutatum; vel decurtatum est e लहेबणा, pro लहेप्पणा, ut लहेबि e लहेबिपणा.

6. Quae praeterea traduntur, ad singula verba pertinent. r. 58. स्था, स्वन, मृ, धृ, दृश, व्रज, ब्रू, quorum praes. audire debet Apabhrançice ट्ठेदि, श्रवदि, मारदि (मरेदि?), धारदि (-रेदि?), पस्सदि, वज्जदि, ब्रोदि.

7. Alia quaedam vocabula singula commemorantur tanquam peculiaria. r. 5. बध dici pro मूक; num pro बधिर alia forma fuit बध et *surdus* dictus est pro *muto?* Loco सहुं legendum videtur संहु i. e. संघः. Quod sequitur मुसे कुबइ quid sibi velit, non assequor. r. 6. जणि legitur eodem sensu quo इव. r. 7. exhibentur tres formae पाउ, पाउा, पाधइ pro नूनं; postrema est contractio e पा et श्रधइ, i. e.

न ब्रव किं; priores obscurae sunt. Idem profiteor de गाडुणी r. 14.

§. 178.

De dialecto Apabhrançica *Vrâchatensi* et cognatis edocemur, ad eam pertinere Repham non assimilatum; dici ब्रव, tum वर्दि et वर्धिुव (si recte ita scribitur); tum ब्रूह et ड्र, de quo cf. §. 176, 1. Additur dein, in hisce dialectis usurpari formas gerundii इप्पिुव et (इ)प्पिुप्पणा. Nomina dialectorum ceterarum non adduntur; quod legitur दोहादी, significat, in hasce dialectos adoptata fuisse metra Prâkritica, qualia ex. gr. in actu IVto Vik. exstant.

§. 179.

Vel ieiunior est notitia de formis *Nâgaricis*, cuius nominis loquela ad cantilenas accommodatur. Admixtas ei tunc fuisse formas praecipuae dialecti e scholio colligi potest. Quae leguntur verba r. 68. emendationem flagitant, coniicio स्कादी. Si sensu legitimo posuit noster क्षेव (cf. Var. III, 51.), indicatur, in hac dialecto necessariam non esse mutationem iuncturarum स्क et similium, in क्क, sed posse etiam retineri स्क, स्त, स्प etc. uti conieci in dialecto Çakârica supr. §. 164, 12.

§. 180.

Perpauca etiam sunt quae de ceteris dialectis Apabhrançicis tradidit Râmas. vid. App. p. 5. Locus est corruptissimus et supersedeo repetere ea quae ibidem p. 7. inde erui. *) Sunt praeterea

*) Insigni acumine multa in hoc loco emendavit *Jacquetius* meus; quae libenter cum lectoribus communicassem,

minutulae hae divisiones ab usu scenico alienae et revertor ad quaestionem magis generalem. *Apabhrança* i. e. delapsus sermonis a grammaticis scenicis dicitur ratione habita dialectorum minus corruptarum. cf. p. 27.; delapsus est non a Sanscrita, sed a Mâhârâshtrî, Çâurasenica et Mâgadhica. cf. App. p. 4. Talis fuit lingua incolarum provinciarum Sindhuicarum; ad eas pertinet nomen *Abhîra* p. 12. cui ab antiquis praecipue tribuitur Apabhrança. cf. p. 14. p. 17. Etiam nomen *Vrâchata* eo pertinet. cf. p. 389. Fuit lingua provincialis, quae a poetis data est partibus quibusdam fabularum infimis (काव्ये p. 17.). Quod quum fieret, temperata est insolita huius sermonis ruditas et maior quam quae in scena toleranda videretur, admixtione formarum Prâkriticarum i. e. e praecipuis dialectis petitarum. De dialecto *Nâgarica* id satis clare indicatur S. S. r. 68. *) Idem indicare voluit haud dubie Râmas, apud quem rescribendum reor App. p. 4. नागरादिक्रमाद् **) et

si passi essent fines huic libro praescripti. Quaedam enim sine longa oratione expediri nequeunt; alia adhuc incerta sunt et vix sine ope aliorum librorum enodari poterunt. Praeclarae sunt coniecturae hae: लाटीं pro नाटो l. 12. मैथिली pro सेपूपली l. 15. वैशालिका pro वेताशिका l. 20. विशाला aliud nomen est Ozenes. Certa emendatio est गवेष्यं l. 7.

*) Atque hoc sensu उपनागरे adiicitur in schol. S. S. r. 68. i. e. in lingua, quae non prorsus Nâgarica est, sed proxime ad eam accedit.

**) Hinc restringe quae posui p. 27.

p. 5. cum *Jacquetio*: स्मृता नागरादेव सिद्धिस्तदीया विशेषो यत्रोच्यते लच्चपास्य i. e. in populari esse usu (प्रसिद्धां) in regione Sindhuica dialectum Apabhrançicam *Vrâchatensem*; similem esse eam linguam, quae a Nâgara derivata sit (सिद्धा), in qua discrimina varia sisti possint. Lingua Nâgarica प्रसिद्धा non fuit, ut Vrâchatensis, sed orsa est, quum admiscerentur formae Prâkriticae, licet superinstructa esset linguae cuidam locali. Nam ad urbem quandam certam, non ad urbes ruri oppositas in universum refertur nomen *Nâgara*. Hae duae Apabhrançici sermonis varietates ab origine propositae fuisse videntur; in S. S. eae inveniuntur, indicatae esse possunt a H. Ch. p. 10. In temperatura autem ista scenica sermonis Apabhrançici derivari poterant elementa mixturae e diversis linguis provincialibus, pro quarum diversitate omnia sua discrimina in medium protulisse videtur Râmas. cf. App. p. 5, l. 21. verba: « propter usum vocabulorum e diversis linguis provincialibus petitorum. » Hoc iterum significavit versibus App. p. 5. l. l. 7. 8. si admittitur scriptura a Jacquetio proposita: यन् नागरव्राचडकादयोऽत्रापभ्रंशभेदाः कथिताः पुरस्तात्। तद्वद्विशेषाश्रयणेन पाञ्चालिकादयो विंशतिरेत एव॥ In distribuendis autem XX hisce sermonibus recte eam sequitur rationem Râmas App. 4. ut a Çâurasenî et Mâgadhî eos derivet. *Declives* enim, si ita dicere licet, sunt omnes dialecti Apabhrançicae, non *acclives*, ut Paîçâchica (cf. §. 167, 2.) et ad Çâurasenicam vel Mâgadhicam referri possunt, prout in quavis earum praevalet स sive श, ल sive र, न sive ण et alia eiusmodi ser-

monis signa. Hoc sensu dicere potui *Çakâricam* dialectum esse Apabhrançam Mâgadhicae; eodem Apabhrançam Çâurasenicae vel Mâhârâshtricae appellare liceat dialectum, quam IVto Vikramorvasidos actu usurpavit Kâlidâsas, de qua mox verba faciam. Ratio est, ut saepius indicavi, pro commodis scholae inventa, non historica.

§. 181.

De dialecto Apabhrançica a Kâlidâsa Vik. actu IV. usurpata.

1. Quo iure cantilenas, quae Vik. actu IV. leguntur, ad Apabhr. sermonem referam, mox clarius apparebit. In limite dissertationis huius id potissimum praemonendum est, prorsus eodem modo, quo differt in praecipua dialecto oratio poetica a prosaria, discrepare hasce cantilenas ab ea lingua, quae docetur a Kramadîçvara. Nam *singulae consonantes mediales*, quae elidi possunt, ubique fere absunt; conservantur initiales; in compositis usitatis eliditur etiam consonans initialis, ut सहअरि 56, 1.*) pro सहचरि etc. Analogiam hanc sequitur, quod poni solet ह pro adspiratis eis, quae sono sibi peculiari semet exui

*) Utor per hosce paragraphos editione *Lenzii* et apparatu quem posthac adiecit critico, bonae frugis pleno; tacere tamen pro meis consiliis nequeo, saepenumero non enotatam fuisse variam scripturam, in sola orthographia positam. Docuit me rem amicitia *Stenzleri* mei, qui apographum codicis Parisiensis optimi accuratissimum mihi misit.

patiuntur. Sic cod. P. परहुम pro परभुम 63, 4. etc. Excedit regulam Mâhârâshtricam लिहअं pro लीढअं 53, 7. cod. P. at melius, licet etiam inusitate, ed. C. et codd. ceteri ponunt लिहअं. Sic etiam P. 56, 1. Sed falso ह hoc eliditur, ex. gr. 71, 2. बहुविअं (-विध) et सेअरु (श्रेखर); recte cod. P. बहुविह et सेहरु. Aeque falso eliditur स, ex. gr. 73, 15. भराअअ pro भराअस, uti praebet P. Tutum prorsus erit, in his sequi regulas grammaticorum. Id Apabhrançicum est, quod म् finale saepissime eliditur; exempla afferam ad declinationem.

2. Regula Apabhrançica, iuxta quam etiam tenues gutturales et palatales singulae non initiales in medias transeunt, manifestari non potest, quoniam elidantur non adspiratae, in ह mutentur adspiratae ita positae: कोपा pro क्षोपा e कोपा 60, 7. in praecipua dial. iam legitur. §. 78, 3. Pro महुकरओ 69, 1. codd. melius महुअरु. 58, 19. falso कोप pro कोव. Peccant पेक्खह 70, 12. et पुच्छिअ 77, 5. ignoro, utrum ex mente poetae, insolitam mutationem in क evitantis, an ex inscientia scribarum. De ह Apabhrançice in imper. eliso infra dicam.

3. Aliae mutationes insolitae non leguntur; पअलिद = प्रकटित 57, 5. et तलि pro तडित् 58, 5. consentiunt. cf. §. 39, 2. Novum est उज्जल ex उद्यत 70, 13. P. Insolitum est ड pro र 58, 19. in scriptura वाडअ pro वारअ (ed. C. आपादअओ); at hoc hodiernae pronunciationi attribuendum est.

4. *Assimilationes* prorsus congruunt et quae discrepant, a codd. alienae sunt. Sic फंस non फस्स 53, 3. in cod. P. गइपपाओ 64, 12. e codd. et aliis locis

actus nostri mutandum est in गहन्वंश्री. Pro उस्संङ्ग 53, 3. codd. उच्छङ्ग. At cf. p. 141. Unica dissentio est in assimilatione spiritus ह pro स positi et nasalem excipientis; nam loc. in अम्मि, non in अम्हि exit, et in उपपान्नं pro उपहस्नं 56, 3. consentiunt codices. cf. §. 80, 4. Elisio iuncturae, quae esse videtur 70, 15. in उज्जुत्त pro उज्जुत्त i. e. उद्युक्त, nulla est; nam rescribendum cum cod. P. उज्जालु i. e. उद्यत.

5. Consonantes solas si respicimus, etiam ad Mâhârâshtricam dialectum has referre cantilenas possumus. Aliter iam se res habet in *vocalibus*. Hae enim correptiones patiuntur frequentissimas; scio etiam hoc derivari quodammodo posse e natura sermonis poetici; cf. §. 137, 3. comparatione tamen facta, invenies, longe rarius in cantilenis Mâhârâshtricis usurpari hanc licentiam. Sic अ pro आ in fem. 1mae decl. इ pro ई in fem. 2dae सहि pro सखी 53, 2. सहयरि ib. 6. etc. उ pro ओ in nom. sing. 1mae sexcenties recurrunt; addam, quod infra ostendetur, इ pro ए in loc. sing. 1mae. Tota res quum praesertim in declinatione cernatur, ad eam statim progredior.

§. 182.

1. *Nom.* sing. 1mae declin. exit interdum Çâurasenice: masc. in ओ 57, passim. fem. आ 53, 2. neutr. अं 53, passim. Quae saepissime praecedunt hasce inflexiones अ et इ, pertinent ad affixa क et इक frequentissimi usus in hisce cantilenis. Ad provincialem linguam hoc refert schol. C. ad 65, 2. et disiunctionem minus recte appellat. Frequen-

tior huius affixi usus etiam in particc. pass. in न peculiaris est *) huic dialecto.

Corripitur saepissime ओ in उ, आ in अ et ponitur उ etiam in neutro. पिसिसिअहु 58, 4. धारहहु ib. 5. वणिअ (sic lege pro धणिअ cum cod. P. 67, 5.) = वनिता. 66, 12. (cf. App. cr. ad loc.) भराहस = भराहसा. Ibidem nom. neutr. in उ atque in अ, abiecta nasali, legitur: सिविस्सउ ए गइलाहस = स्रिवितं एतद् गतिलाहसं. cf. Lenz. p. 215. Ad fem. autem falso refertur उ. Pro दिट्ठु 73, 18. cod. P. दिट्ठ; alii -ठा.

Nom. fem. praeterea ई ponit pro आ modo peculiari. दिट्ठी pro दृष्टा 61, 16. 67, 5. 69, 11. Lenz. p. 215. कन्ती = कान्ता. 65, 4. Scimus ओ masc. Mâgadhice abire interdum in ए. §. 144, 4. at restrinximus usum §. 164, 15. In hac dialecto अ legitur sine ulla caussa, ne metrica quidem, 77, 2-5. पुष्कि =पुष्पः Lenz. at cum codd. rescribendum est --रहंगम et --कुरंगम, ita ut nullus in istis hemistichiis nominativus inflexionem praebeat praeter मोरो (sic cod. P.). Nominat. 2dae et 3tiae declin. pro commodo versuum corripitur. गअवइ 74, 17. तरु = तरुः pro तरू 59, 10. codd. **) Vides omnia genera hoc casu confundi posse in hac dialecto; quod Apabhr. est.

---

*) In aliis vocc. ut सुआपाअ 57, 14. etc. usus est omnium dialectorum. Male confunditur 59, 9. cum affixo adiectivorum in इर (cf. §. 89, 1.). Rescribe -वेल्लिर. cf. Lenz. ad loc.

**) Nom. in ए, alienus ab Apabhrança, etiam ab his cantilenas abhorrere debet. Exemplum p. 68, 5. 6. nil efficit; nam nominn. in interpret. Sanscr. रसः et वर्णः

2. *Acc. sing.* abiicit म् suum; cf. Lenz. p. 215, *b.* qui recte monet, etiam in praecipua dialecto idem fieri ob versum. At frequentius locum habet in hisce cantilenis atque de Apabhrançica id diserte edocemur S. S. 20. cf. कोप pro कोपं, पिअं pro पिअं i. e. प्रियां, कारणा pro -णां; फुडवि pro -विं apud Lenzium. p. 215. तलि pro तलिं i. e. तडितं 58, 5. cf. 71, 4. म् bis terve legitur, ut 57, 5.

3. Scimus *instrum.* sing. 1mae declin. Apabhr. exire in एणा et एं. Supra §. 175, 4. In एणा legitur Vik. passim, interdum contra metrum; at hunc non moror. Alium in ए excitavit Lenzius p. 215; at apertum est, legendum esse एं et sic scriptum exstat cod. D. 75, 23. सोएं. Formam haud intellexere scribae. Alia exempla sunt: 62, 2. ए चिण्हे « hoc signo.» Scholl. falso accus. 69, 9. पहारे. codd. 73,

ex ed. Calc. temere repetivit Lenzius. Instrumentalem recte ponit cod. P. a quo etiam abest घरे. Aliud etiam exemplum falsae interpretationi innititur 62, 1. 2. मिअङ्कसरिसे वअणो हंसगई। ए चिण्हे instrumentales sunt et quod sequitur fine hem. *d.* मई (sic. codd. C. D. pro मई ed. Calc. मजि P. मणि B.) arguit, legendum esse गई i. e. instrum. Apabhr. 2dae decl. Etiam -सरिसें वअणें एं चिण्हें rescribendum est et interpretandum: मृगाङ्कसदृशेन वदनेन हंसगत्या। एतेन चिह्नेन ज्ञास्यसि i. e. »vultu lunae simili, incessu anserino, hoc signo cognosces (eam); significatum est (signum) tibi a me.« Singularem esse चिण्हे apparet ex आअक्खिअउ, nom. sing. neutr. Etiam nominativum in इ sistunt scholl. qui सामलि 58, 5. legentes per श्यामला: explicant. At si -लिं ponitur, est acc. sine म् et pertinet ad तलि.

17. et saepius भमन्ते i. e. भमन्तें, pro -न्तेण; scholl. absurde per भमन्ती explicant. गइं i. e. गत्या 62, 1. p. 477, not.

4. *Ablativum* expectas 73, 18. loco locativi अन्तरे, at conspirant codd. in lectione vulgata. Peculiares ablativi et genitivi formas indicare nequeo, quum praeterea neuter casus per hasce cantilenas occurrat, excepto कारण 77, 4. तुम्हह कारणा; at inaudita est forma pronominis. Restituendum credo ablat. Apabhrançicum; quod facile fit, si alio loco inseritur ह. Totum distichon emendandum opinor hunc in modum. मऊर (P. मोरो) परहुअ हंस रहंगम। कलि गअ पव्वअ सरिअ कुरंगम। तुह कारणाहे रणिणा भमन्तें। को णा हु पुच्छिअ मइ रोअन्तें॥

5. *Locativus* in ए frequens est; cf. Lenzium p. 216. tum stirps nuda in अ exstat, ubi locativo opus est, et forma in ए legitur, ubi brevem vocalem postulat versus. cf. Lenz. l. l. Omnibus his locis apte vindicari potest locat. Apabhrançicus in इ. cf. §. 175, 7. Quod dicit idem Lenzius, legi loc. in हए in वहए 57, 2. 12. nil est, siquidem P. et haud dubie etiam alii libri वरए praebeant. Loc. in अम्मि, e praecipua dialecto notus, exstat in वरअम्मि 53, 7. 56, 2. अम्हि ed. C. at P. per म geminum. Propius originariam est haec forma quam Apabhr. in हिं. Miror अहिं nullibi exstare.

6. *Vocativus* in आ legitur 67, 4. चक्का; 66, 1. हंसा; in उ e nominat. 69, 8. गअवरु; saepius 71, 1-4. in अ. 61, 15. वरिहिणा B. वरहिणा P. वांहिणा D. quod additur in ed. C. पक्ष, absurdum est. (रिहि sive 'हि pro हिं. cf. §. §. 80. 84.). In fem. 1mae declin. ए sive अ legitur pro ratione versus. 75, 22. लए. 63, 4. परहुअ

pro -भूते etc. Vocat. fem. in इ ex ई saepius legitur; utrum admittendum etiam sit ई, pendet a certiori regula metrica. Voc. in ए feminini in ई saepius legitur in disticho 71, 18. 19. 72, 1. 2. ubi restituendus est finis versuum; पाए est नदि. Apabhrançicum hoc esse potest. cf. §. 175, 8.

7. *Pluralis* formae nullae leguntur praeter *instrum.* communem 1mae declin. वसन्तेहिं 59, 8. तूरएहिं ib. (sic lege). Pro गोएहिं ib. 7. Cod. P. गोईहिं। कुसुमे 71, 2. forma est singularis, licet plur. melius quadraret; suspicatus est Lenzius p. 216. abiectum esse हिं. At alii codd. कुसुम, quod quum vetet versus, alia quaerenda est medela. Legi potest कुसुमच. Sub alio quod eiusdem rei exemplum proposuit Lenzius ad 72, 5. मेहड़े, scriptura codd. aliud quid indagare suadet.

8. Perlustrata ita declinatione, quod propositum erat evictum reor: Apabhrançicis sermonis signis distinctas esse hasce cantilenas, quales editae leguntur; alia his esse accessura, si ope librorum Mptorum ex idonea dialectorum scenicarum cognitione et iuxta metrorum doctrinam pertractentur. Apabhrançica indoles, coniecturis interdum restituenda in nominibus, in *pronominibus* per se elucet.

§. 183.

1. Prima persona his utitur formis: *nom.* हक्ति 69, 8. C. हइ D. हडं. Apabhr. est हमुं, e quo, eliso म्, oriri videtur हडं. हज्जि alia scriptura est pro हइ; nam ut statim hoc explicem, peculiare est hisce

cantilenis, ponere nasalem palatalem ante इ in formis pronominum, quae apud grammaticos in इं exeunt, si antecedit syllabam इं vocalis, ita ut hiatus sit. ञ et इ invicem affinitatem habent (cf. observationem §. 168, 3.). Hodierna est ratio haec, qua finis इं *ing* sive *iñ* sonat; transponitur *iñg* in *ñi*, ut evitetur hiatus. Attamen antiquitus non fuit usus et grammatici, quantum sciam, de eo omnino silent. Praestat haud dubie scribere इं, vel, si repudiat versus Anusvâram finalem, इ. Dissentiunt codices, a quibus lex in talibus accipienda non est. Quod gravius est, in explicandis hisce formis nulla est ratio habenda nasalis adsciticiae ञ. Revertor ad हइं, quae forma corruptior videtur et nisi fallor a scribis ad analogiam पइं, मइं atque ex hodierna forma Hindica हैं ficta; praeferendum iudico हउं, ad Apabhr. हमुं proxime accedens, nam इ in हइं explicatione eget et hodierna Penjabica dialectus non हैं praebet, sed मैं, i. e. transfert accus. Apabhr. मइं ad nominativum.

2. *Acc. Instr. Loc.* audiunt मइ s. मइं; cuius loco scribitur saepius मज्झि. Quod ponere videtur *Lenzius* l. l. p. 217. discrimen, ut sit मइं acc. vindicandum, omni caret ratione; nam 67, 4. praebet P. मज्झि, C. मइ. Legendum esse 62, 2. मइं pro मईं, supra iam doctum est. Forma Apabhr. मइं, rectius मइं, ad eosdem tres casus refertur. Ceteros locos indicavit Lenzius l. l. Acc. महु 73, 18. cedere debet scripturae codd. C. D. मइं; nam महु a concinentia finali minime postulatur. Loco 59, 19. exstat scriptura D. C. P. कोप ज्झि pro कोप (i. e. कोपं, sed lege

कोब) मइ ed. Calc. sed contractionem talem vix patitur grammatica.

5. *Gen.* मज्झ est forma Apabhrançica. 71, 4. 61, 16. Scriptura haec cod. P. est 63, 6. pro मम ed. Calc. Confirmant codd. 61, 15. मे. Ceteri casus desunt.

§. 184.

1. Secunda persona praebet formam पइं, पइ, etiam पजि *) scriptam pro *accus.* et *instr.* Etiam ad locativum refertur Apabhr. पइं, sed exemplum invenitur nullum in nostra fabula. Apabhrançica est omnino forma et derivanda a त्वयि prorsus eodem modo, atque Apabhrançice प्पणा oritur e त्वया, supra §. 174, 9.

2. *Gen.* तुज्झ 62, 2. Apabhrançicus est et ita legendum 77, 3. cf. §. 182, 4. Ceteri casus desunt.

§. 185.

1. Etiam ceterorum pronn. singulae tantum formae leguntur. सा 66, 12.**) 61, 16. 63, 6. ता legitur 61, 15. 63, 7. 76, 1. in apodosi post sententiam conditionalem. ता itaque valet Sanscritice

*) Pro hoc saepius exstat in cod. P. पुजि; scriptura haud prorsus contemnenda. cf. §. 9, 3. et तुइ supra p. 329. तइ non legitur 73, 18. P. pro पजि, sed दिट्ठ पजि तइ et falso indicavit Lenzius scripturam. 61, 15. praebet pro पभ्भ पइ P. पाज्ञ, quasi esset accus. formae peculiaris; at refragantur ceteri.

**) In hem. mendose omisso: सा पइं दिट्ठो अहयाभग्गालस.

तदा s. ततः s. तद्. cf. ad Gît. Gov. p. 109. et scimus (cf. §. 51. 3.) hoc sensu Prâkritice dici ता pro तद्. Silet Kramadîçvaras; ता itaque etiam Apabhr. est. Si ततः vis, lege तो cum S. S. 5. — 75, 23. तहि, s. तहिं legitur pro तां. *Locativum* in praecipua dialecto ita audire scimus, locativus Apabhr. तत्तु est S. S. 48. Videtur itaque vetus locat. तहिं ad accus. tralatus fuisse, prorsus ut मइ et पइ. — 73, 18. तह (quod 60, 7. etiam pro उग्र praebent codd.) est तथा; solus P. तइ. Denique 76, 2. ताह, solus B. तह. At pendet vis voculae ab interpretatione. Genit. censeo sing. fem. sed res sine longa oratione expediri nequit.*) तं pro तद् 59, 2. तु ib. si recte legitur, variatio est eiusdem formae; cf. हु Apabhr. Idem valet de तं तु ibid.

2. ए pro एतद् 66, 12. ए pro एवं ponitur S. S. 5. respicitur fortasse 62, 2. ubi ए potius instr. est. एत्थ 61, 16. इत्थ P. Çâuras. cf. p. 129. Apabhrançicum एत्तु ante oculos habuit C. एहु praebens pro एह 58, 19. cf. App. crit. p. 21. P. एत्तं = एतत्. Quid praestet, nescio.

3. को 58, 4. किं 66, 1. Haec nota sunt; at ib. 12. कइ s. कइं ed. Calc. C. D. किं B. कं P. Sensus est aut *unde* aut *ubi*. Etiam Apabhrançica forma pro कुतः S. S. 5. dubia est et nil decerno.

§. 186.

1. Formae verbales hae: 3. *praes.* नच्चइ, 53, 9.

---

*) पाइ ib. est पाबि pro नापि; pro बि dicitur इ in his carminibus. cf. कोइ 58, 4. codd. i. e. कोऽपि.

लब्भइ 53, 2. मोत्यरइ 72, 9. etc. हरेइ, वरिसेइ 58, 4. 5. — 1. *praes.* पुछेमि 69, 8. पच्चक्खेमि 61, 15. 2. *plur. imper.* पेक्खह 70, 12. pass. मोइज्जइ, लक्खिज्जइ 66, 1. 7. notae sunt et huic dialecto non peculiares. In codd. Mptis saepius recurrit इ et ए pro आ ante मि 1mae sing. 69, 8. P. C. B. पुच्छिमि, D. पुच्छमि; 75, 22. 23. भवमि, भमामि, भवामि, पाविमि, पावेमि, पावमि; 76, 1. करेमि, करिमि. Hasce formas neque eo consilio h. l. commemoro, ut diiudicem, quaevis earum singulis locis ponenda sit, neque ut eas Apabhrançicae dialecto attribuam; nam primariae dialecto conceditur a grammaticis (cf. §. 120, 2.) correptio vocalis आ ante मि, et permittitur इ ante मो s. म plur. इ in 1ma sing. itaque novum est, et fortasse Apabhrançicum. cf. §. 173, 2.

2. Sola *futuri* forma usitata est tertia s. poetica ह pro स in affixo futuri ponens. पेक्खिहिमि 59, 1. सहीहिमि ib. 2. ताविहिसि 62, 2. करीहिसि 59, 2. In adiunctione affixi ponenda est vocalis इ brevis sive longa pro ratione versus: codices inter इ et ई incerti haerent; constant in ponendo इ pro ए ante litteras personales. Poetico sermonis generi adscribo hanc formam. Futurum Apabhr. S. S. 66. in इ-स्सि-मि etc. ad prosam referendum videtur; respondent sibi sane करिस्सिसि et करीहिसि, ut करिस्ससि et करिहसि. At neutra inflexio ad certam dialectum pertinere videtur.

3. *Imperativus* praebet in 2da sing. formam vulgatam in पेक्ख 75, 22. पसीद 71, 18. cod. P. (nam पसिअ ed. C. ferri non potest); संहर 58, 19. Apabhrançice scribendum esset संहरु. Vere Apabhrançicum est, quod ante terminationem हि brevis ponitur

स्र, ut मायकन्तहि 63, 7. 69, 8. P. utroque loco मायकिन्तहि, nil enotavit Lenzius. इ in hac forma vel magis Apabhrançicum est. Ex analogia est, si in Xma cl. pro ए ponitur श i. e. eliditur श्रय्. विसम्भहि 62, 1. codd. Etiam heic ponit इ P. विसामिहि; ed. C. -सम्मइ, de qua forma mox. 73, 18. exstant scripturae: -श्रहि, s. एहि, s. इहि; et caussativum non ab omnibus ponitur. In देक्खावहि pro -श्रेहि 71, 4 conspirant libri.

Explicui supra §. 177, 2. formas in S. S. propositas करे et करि per elisionem litterae ह. Intermedia forma, qua plane confirmatur coniectura, est भणइ 67, 4. Quod exstat in C. भणाइ = भणामि stolidum est scioli tentamen criticum. पिसम्मइ mox memoratum itidem elidit ह.

§. 187.

Ita perlustratis cantilenis hisce, satis clare mihi evicisse videor, ea quae in earum oratione peculiaria sint, redolere indolem Apabhrançicam. Dolendum est, quod tam parva et pauca sint haec specimina et absint ab eis loci, quibus ponendae fuissent formae prorsus peculiares, ut gerundium in प्पिणु, aliae. Desunt alia huius dialecti specimina et id nescimus, utrum pura a poetis usurpata sit Apabhrançica lingua, qualis vulgo obtineret, an temperata ea fuerit pro usibus scenae admixtione formarum e praecipua dialecto scenica desumtarum. Posterius magis est probabile; suadet id quodammodo futuri forma antec. paragrapho commemorata; eandem rem digito quasi monstrant grammatici; vide quae disputata sunt. §. 180.

§. 188.

Conclusio.

Emensus itaque sum campum loquelae Prâkriticae si non totum, at quantumcunque tamen eius pateret. Exploranda mihi erant deserta quaedam dumetis obsita, laetorum fructuum parca, et quod primis ignotarum atque inviarum terrarum exploratoribus accidere solet, ut quaedam haud recte diiudicent, alia molestiis viae obruti omnino non animadvertant, id vereor, ne saepius quam vellem, mihimet acciderit. Spero tamen fore, ut inveniant qui post me eandem viam ingredi velint, iter fuisse ita munitum, ut et facilius et securius id possint perficere, meliusque indagare, quae a me oculis tantum delibata quasi sint. Nonnulla confido (profiteri liceat) in luce fuisse collocata et extra dubitationem posita. His uti velint harum litterarum curiosi, cetera emendent.

§. 189.

Ad ea, quae de singulis quaestionibus per librum sparsim disputata sunt, reverti nunc nolo; commode ea ope indicum libro adiectorum uno quasi conspectu comprehendere poterunt lectores. Sola quaestio, de qua in ipso operis fine verba mihi faciunda esse videntur, ea est, quam libr. I. §. 43. tetigi. Quas habeam rationes credendi, non inventas fuisse scenicas dialectos a poetis, sed vulgari provinciarum Indicarum sermoni superstructas, ibi iam proposui; nec nunc denuo in contraria sententia impugnanda desudabo. Satis per

se illa quidem est improbabilis ac nulla a nobis reperta sunt in scenicis linguis argumenta, quibus uti possemus ad eam defendendam. Mutationum, quas subit Sanscriticus sermo, dum Prâkriticam speciem induit, vix ulla est, cui similis non excitari possit ex aliis linguis a pristina sua forma deflexis, nec rationem indagare possum, cur श solus dictus sit sibilus sermonis Mâgadhici, स Çâurasenici et Mâhârâshtrici, vel acclivitas consonantium uni Paîçâchicae dialecto attribuatur, ceteris earum declivitas, si re vera id olim secus fuisset in eis regionibus, quarum nomina scenicis dialectis indita sunt. Alia tamen quaedam inveniuntur, quae potius ad normam ex consensu poetarum constitutam eorumque usu sancitam, quam ad usum linguae vulgaris pertineant. Haec si indicare nunc aggredior, caute mihi incedendum esse probe intelligo; nam desunt mihi documenta, quibus opus est ad quaestionem accuratius tractandam, vetusta dico linguarum provincialium specimina a scena aliena. E comparatione scenicas inter et hodiernas dialectos Sanscriticas instituta haec tamen mihi recte collegisse videor. A poetis, non ab usu vulgari profecta est nimia consonantium singularum *elisio*, quae et aliena est a sermone provinciali et esse debet, si is iusto maiorem vocabulorum numerum confundere non vult. Mutuati sunt fortasse hanc rationem poetae ab effeminata et emollita oratione, quali uterentur homines quidam urbani. Ad poeticam orationem potissimum pertinere eam sci-

mus; nam quod observatum est §. 157, 1. de Mâhârâshtrica et Çâurasenica, id etiam in dialectis Mâgadhicis et Apabhrançica reperiri, facile nemo non poterit explorare. Id certum est ab omnibus hodiernis dialectis alienum esse elisionis tantae et tam frequentis genus; quam ob caussam etsi concesserim, istam elidendi licentiam obtinuisse in quadam parte Indiae, strenue tamen asseruerim, pro arbitrio factum esse a poetis, ut ad omnes dialectos ea adhibita sit.

Simile quid statuendum esse opinor de nimia *assimilatione*, at multo restrictius. Regnat enim lex assimilationis per dialectos hodiernas; atque in singulis tantum dissensio est inter scenicum sermonem et vulgarem. Assimilationem itaque minime scenicis poetis attribuo; sin autem ea sine discrimine ad omnes scenicas dialectos extenditur, id poetis adscripserim. Documento sunt quae disputata sunt de sibilis §. 164, 12. et quod docet Kramadîçvaras de littera canina Apabhr. r. 67.

De *inflexionibus* difficile est iudicatu; nam scenicae dialecti declinationem Sanscriticam deflectunt; novas loco formarum vetustarum pessumdatarum substituunt provinciales hodiernae (cf. Lib. I, 42.). Deest igitur iusta comparationis et iudicii norma. Evitarunt fortasse poetae scenici formas nimis a praecipua scenica dialecto discrepantes, ex. gr. gerundium Mâg. in दाणि. Sed coniectura est et haec et quae proposita est §. 170, 3.

Ad incunabula scenae et primam scenicarum dialectarum constitutionem referenda est tota haec

disquisitio; nam viam a prioribus calcatam sequuti sunt poetae posteriores (cf. Lib. I, 24.); iusta itaque scenicarum dialectorum comparatio est nulla, nisi cum vetustis linguarum provincialium documentis, quae adhuc scriniis occlusa nos latent.

Res autem duae in hac disputatione semper memoria sunt tenendae: a norma linguae vulgaris haud nimis longe discedere potuere poetae scenici, si ab aliis auditoribus, quam doctis, intelligi vellent; tum cavendum erat in accommodandis ad scenicos usus variis sermonis vulgaris generibus, ne nimia inter ea obtineret discrepantia; quae si praevaluisset, commodis auditorum minus doctorum vix multo melius consultum fuisset et raro ab eodem homine omnes fabulae partes intelligi potuissent.

F I N I S.

EXCURSUS I. AD LIBRUM I.

De dialectis *Vibhâshis* et *Apabhrançicis* in Kalpataru memoratis.

Initium tertiae 2di capitis partis ab hisce verbis fit: अतो विभाषा नवधा निरुक्ता शाक्कारिकी प्रागनुशिष्य(ते ऽत्र ।) चाण्डालिकेति प्रथिता विभाषा प्रवक्ष्यते चात्र यथोपदेशं ॥ Novem igitur Vibhâshas enumeraturum semet esse profitetur *Râmas*, ut brevitatis caussa nostrum appellare liceat. At in hoc tamen stavaka *quinque* tantum ponuntur. Sextam his addendam coniectura ex depravatis vocabulorum fragmentis eruere posthac studebo. Sed desunt tres, ut sint novem, quem numerum haud assequemur, nisi classem Apabhrançicam, duoque *Pâiçâchici* sermonis genera his addiderimus; has itaque etiam Vibhâshas dictas esse a nostro coniector.

Primo loco posita est *Çâkkârikâ*, quae etiam *Chândâlikâ* dicitur; utrumque nomen homines designat, infimo reipublicae Indicae loco positos; Chandâla notum est vocabulum; शक्कर pro quo, ut metrum postulat, noster scripsit शक्कार, corrupta videtur esse forma ex संकर, qua voce significatur illegitima ordinum mistura. Vid. Bhag. Git. I. 41. — Proxima ponitur *Çâbarí:* अथोच्यते संप्रति शाबरी यां पुरोदिता मागधिकेव

सूते । अङ्गारिकव्याधवहित्रकाष्ठोपजीविनां वाचि नियुज्यतेऽसौ ॥ Proficisci itaque dicitur a Mâgadhica et carbonariis, venatoribus, portatoribus, lignicidis ascribitur. *Çabara* nomen erat populo Indicarum terrarum indigenae, Brachmanum instituta non amplexo et hanc ob caussam barbaris annumerato. Vid. Hemachandr. s. v, III. 598. cum Amara Kôsh. et Wils. s. v. Getas, Dacos, Cappadoces suos ex hisce hominibus arcessivisse videntur Indi, quo factum est, ut eodem tempore nomen sit genti et ordini. Idem de *Çûdris* valet, videsis quae disputavi in descrips. Pent. Indic. p. 28. Gentis nomen est apud geographos Graecos et Latinos. Ptolemaeus *Sabaras* dicit, eisque urbes *Tosapion* et *Caricardama* tribuit; in eorum regione addit, inveniri adamantes. Fluvius *Adamas* inde dictus confluere debet cum Mahânadî in regione superiori; in qua regione nunc cognoscimus *Ratnapura*, sive urbem gemmarum. Quum व et ब apud Indos sonum habeant inter b et v intermedium, videtur nomen per *Σουαραι* a Graecis quoque redditum fuisse, unde fluxit apud Plinium VI, 22, 6. nomen *Suarorum*: »ab eis (a Prasiis) in interiore situ Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbrae ad septentrionem cadunt hieme, aestate in austrum, per senos menses.« Absurda est opinio, hoc per senos menses posse fieri in ullo Indiae monte. Quod autem relatum invenire potuit Plinius, fuisse in hisce terris montem, qui a septentrione venientibus primus hoc praeberet novi, quod umbrae per breve anni tempus meridiem vergerent, hoc cadit fere in situm montis Amaracuntacae, qui partim in Nerbuddam, partim in Mahânadîm, partim in Sonum dimittit aquas. Mons Maleus ex mea itaque opinione cacumen est quoddam Amaracuntacae sub tropico cancri situm. Eo deducit etiam nos alius locus Plinii VI, 21, 9. »Gentes Calingae proximi mari et supra Mandei, Malli, quorum Mons Mallus, finisque eius tractus est Ganges.« Malli, qui supra Calingas i. e. regionem ad Godaverim et infra Gangem fluvium degebant, inter gradus 19mum

et 25mum lat. bor. collocandi sunt; in eorum igitur regione fuit montanus Amaracuntacae tractus *). Haec est terra, quam adhuc tenet incultissima omnium Indicarum gentium *Goandica*, sermone utens a Mahârâshtrica et Telingana aeque diversa. Vides suo more Plinium totum terrarum orbem describere festinantem in variis quas collegerat, notitiis componendis nomina parum accurate tractasse; Mallus et Maleus, Monedes et Mandei haud dubie nil inter se differunt.

Sabarorum autem nomen, quum a gente in ordinem transiisset, extensum quoque est ad alias gentes, a Sabaris proprie diversas, eis tamen simillimas. Sic in India Transgangetica ad ostia Iravatidis idem nomen recurrit in urbe Sabara; et sub fontibus Yamunae et Gangis est regio Sabarabatis i. e. शबरवती (çabaravatî).

Sequuntur *Abhîrikâ*, *Drâvidâ*, *Utkalâ:* एकैव सा मागधिकात्र भाषा विभिद्यते चात्र विभेदतस्तु । आभीरिका द्राविडिकोत्कली च वनौकसोमात्सुविकेति नाम्ना ॥ आभीरिकायामपरं विशेषं वदन्ति केचित् तमिह ब्रवीमि । अस्यास्तु सिद्धिः शाबरीतः । इत्यादि । Abhîrikam igitur alio loco ponit, quam Shadbhâshae conditor, quem postremo versu respicere videtur noster. Vide quae supra enotavi pag. 14. Drâvidicam accuratius definitam desiderem et opus sane esset definitione, siquidem *Drâvida* de pluribus meridionalis Indiae partibus usurpatur. Telinganam indicasse Râmam ob proximitatem opinor. Vel omisit in libro tam male scripto scribae incuria definitionem. Equidem sane nullam inveni. *Utkalîm* constat esse dialectum Orissensem, etiam *Odrî* dictam. Et Odras et Dravidas barbaris annumerat Manus X. 44. Haud miror, si Dravidae, sermone

*) Nomen haud ignotum est Indis in India boreali, nam Malaya in meridionali Indiae ora prorsus alienum est ab hisce locis. Malayae et Câulubhae in Mudrâ Râxasa una ponuntur; Colubae a Plinio in India Gangetica nominantur.

utentes origine a Sanscrita diverso, hoc loco ponuntur; Orissenses contra linguam habent paene Bengalicam. Râmam igitur potius Manum, quam ipsam hodiernam Orissensium loquelam ante oculos habuisse opinor. Cur autem Manus in istam condicionem detruserit Odras, haud assequor, nisi dare mihi vis, Odras antiquiori aevo minori fuisse, quam ceteros Indos, vitae cultura instructos, aut, quod magis placet, eos ab origine fuisse Goandicos et post legislatoris demum aetatem linguam Bengalicam et instituta Brachmanum edoctos.

Adiectum denique est nomen populi cuiusdam silvicolae (वनौकस्), cuius quae altera addatur appellatio, corruptior est, quam ut possim eruere.

Omnium harum soloecistarum dialectorum non iusta et plena grammatica proponitur, sed mutationes tantum vocum singularum, quas ex Sanscritica in eas transferunt scenici poetae.

Sequitur caput tertium, in duas divisum partes. Prior dialectos complectitur a nostro *Apabhrançicas* dictas, altera eas, quae ex eius mente *Pâiçâchicae* appellari debent. Initium capitis est: निरूच्यते संप्रति नागवाद्विक्रमादपभ्रंश इह प्रसिद्धा । सर्वास्त्वपभ्रंशभिदास्तु सिद्धिर्मता पुरोदीरितभाषयोस्तु ॥ Linguae, a quibus omnes Apabhrançicae dialecti derivantur, Çâurasenî et Mâgadhî sunt. Regulae deinde sistuntur, iuxta quas vocabula Apabhrançica formantur; eas esse generales discimus et ad omnes hosce barbarismos pertinere. Additur deinde, quid cuique harum dialectorum proprium sit mutationis sonorum genus. Apponam hunc paragraphum, licet quaedam supra meam emendandi facultatem corrupta sint, ut exemplo demonstrem, quo compendio usus Râmas hic grammaticus omnes istas loquendi diversitates tam brevi spatio comprehendere potuerit. De eo quod homines Apabhrançico sermone utentes noster ὀφιογλώττους dixit, supra disserui.

अथ व्राचडाख्यमपभ्रंशभाषां वदामः प्रसिद्धात् तु सिन्धुदेशे। (l. प्रसिद्धा)
स्मृता नामवादेव सिद्धान्तदीया विशेषान्न यत्रोच्यते लक्ष्मतस्येन्ति॥ (?) *)
यदन्यत् तु संस्कृतं शौरसेनी महाराष्ट्रभाषा च [सं]साधयन्ति।
उमानगरमत्र संस्कृतादुभयोराह वनन्तरोक्तयोः॥ (?)
टाक्कीभवा निगदिता सलक्षन्वया विभाषा सा नागवादिभिरपि त्रिभिरन्विता
चेत्। **)
तामेव टक्काविषये [नि]गदन्ति टक्कापभ्रंशमत्र तदुदाहरणं गरेष्यं॥ (?)
येन नागराष्ट्रावडकाद्यो ऽत्रापभ्रंशभेदाः कथिताः पुरस्तात्। ***)
तद्वद्विशेषाश्रयणेन पाञ्चालिकाद्यो विंशति श्रत एव॥ (विंशतिरत एव? At
produci nequit श्र in श्रतः।)
श्रवादि इडीधहुलात्र पाञ्चान्तभूम्नी खलु मागधी स्यात्। †)
वेदर्भिकामद्रधनां वदन्ति नाटी तु संबोधनशब्दभूम्नी॥ (Cod. वैदर्विभका)
श्रोड्री तु ढतुब्रहुला निद्धिधष्टया कैकेयिका वीप्सितशब्दभूम्नी। ††)
समासभूयिष्ठपदा तु गौडी उकारभूमा किल कौन्तली स्यात्॥
एकारभूमा निवराचिपान्ती स्यात् सैष्पली संयुतवर्णभूम्नी।
कालिङ्गा हिंलचिताभिभूम्नी प्राच्या तेसोवट्टपदाविलम्बा॥ (?)
श्राभीरिका प्रायिकभट्टकादि कार्णाटिका रेफविपर्ययेण।
देशीपदान्येव तु मध्यदेश्या स्याद् गौर्जरी संस्कृतशब्दभूम्नी॥ (पदैरेव?)
स्याद् द्राविडी नस्य विपर्ययेण पाश्चात्यजा स्याद् रलपर्ययेण।
वैतालिका नाम तकारभूम्नी काञ्ची तुञ्जवहलोपदिष्टया॥ †††)
परे ऽप्यपभ्रंशभिदस्ति तत्तद्देशीयभाषापदसंप्रयोगात्।
न सा विशेषादिह संप्रदिष्टा भेदो यदस्यामतिदुर्विपः॥ (Lege: -विकल्पः)

---

*) Prius hemistichium neque intelligo neque emendare possum; altero continentur regulae huic dialecto propriae.

**) Coniicio भवा pro श्रवा. Metrum expedire nequeo.

***) Etiam hoc versu menda metrum arguit.

†) Lege एदीद्बहुलात्र, abundat vocalibus ए et ई. Pro भूम्नी cod. भूस्रा. Corrumpit semper fere scriba hoc vocabulum.

††) Lege: धातुबहुला निदिष्टा -- भूम्नी।

†††) तु पञ्चबहुलो°? Sed vel hoc vix sensnm praebet commodum.

Quo sensu *Apabhrança* dixerit Râmas, ex postremo versu apparet. In genus id vocabulum significat dialectos infimas, quales per Indiam permultae inveniuntur; earum discrimina facit secundum vocum unicuique provinciae propriarum diversitatem. Quum autem fabulis aliisque poematis adhibeantur eaedem hae dialecti, tum ex Apabhrançicis fiunt vibhâshae altioris cuiusdam generis, inter bhâshas, Prâkriticam primariam, Çâurasenicam, Mâgadhicam, et vere Apabhrançicum sermonem intermediae. Quod discrimen a prioribus factum esse non inveni; innovationem itaque reor neque Indis probatam nec nobis accipiendam. Idem censeo de significatione, quam tribuit Râmas voci *Pâiçâchî;* qua dicit primum dialectum Kekayarum aliorumque; deinde autem ad stili puritatem refert, ita ut vel Mâgadhica dialectus evadere possit Pâiçâchica, si more illegitimo vel insolito usurpetur. Falsum dialectorum usum quodammodo dicit moris esse *Piçâcharum*, qui Lemures, Larvae atque id genus monstra sunt. Audi verba ipsius III. 2. मतं मागधं नाम पैशाचिकं यदा मागधानां जायेत भाषा। अथ ब्राचडं नाम पैशाचिकं तत्प-दानां यदा संस्कृतैर्मिश्रणा स्यात्॥ Vides Brâvdicam linguam, quam III. 1. Apabhrançicam dixerat, hic a nostro *Pâiçâchicam* dici, si Sanscritica vocabula ei admisceantur; Mâgadhicam itidem, si ea utantur Mâgadhenses, qui quo sensu, utrum praecones regii, an incolae provinciae Magadhensis, dicti sint, ignoro; aliis sane personis in fabulis dialectus Mâgadhica assignatur a scriptoribus rei oratoriae. Ita Pâiçâchicum genus ponitur tum in illegitima dialectorum mixtione, tum in illegitima dialectorum inter personas fabulae distributione. Quem vocabuli *Pâiçâchî* usum innovatum esse, ipse confiteri videtur Râmas dicendo II. 2. कस्यापि पैशाचिकधीरिहैव न वेत्ति यो लक्षणभेदमत्र। पैशाचिकानां पुनरय एव निरूपणीयं सविशेषमत्र॥ *Pâiçâchici* iudicii esse contendit, non scire Pâiçâchicae loquelae signa. Opprobrium huius appellationis priores etiam grammatici qui-

busdam dialectis infligunt, caussam autem in alia ponunt re.

Nomina quae eruere possum ex isto catalogo haec sunt. *Brâvdâ* vel *Brâvrâ* lingua vulgaris provinciae Sindhuicae; voluit fortasse indicare linguam *Brahui*, qua utitur populus eodem nomine dictus regionis Baluchistan ad occidentalem Indi ripam sitae. Quae sequuntur linguae a Sanscritica, Çâurasenica et Prâkritica primaria derivantur; *Tâkkî*, nisi fallor idioma provinciae Daccae in Bengalia orientali, *Mâgadhî*; *Kâlingî*; *Kârnâṭî*; *Gâurjarî*, sive Guzzaratensis; *Vâidarbhikâ*, sive Berarensis; *Odrî*, Orissensis; *Gâuḍî*, Bengalensis propria; *Kâikeyî*, *Kâuntalî*; *Abhîrî*; *Dravidî*; nota sunt vel prius enarrata nomina. *Nâṭî*, *Vâitâlikâ*, *Sâippalî* provinciarum nomina nulla sunt; si शैल्पली legeretur, haberes idiomata saltatorum, ianitorum, opificum. *Prâchyâ*, i. e. orientalis, *Madhyadêçyâ* sive mediterranea, *Pâçchâtyâ*, occidentalis, ad certos locos referri nequeunt. *Kânchî* nomen est urbis, quae olim metropolis fuit regum *Pândyorum* in India meridionali. Vid. Wils. Mack. Catalog. praef. p. LXXVII. *Pânchâlikâ* est fortasse Canyâcubjensis. Vid. Pentap. p. 83. *Nivarâ* nisi fallor Nevarorum lingua, populi Nepalensis.

De hisce dialectis quod edoceamur, perpauculum est; *Nâṭî* dicitur vocibus clamandi, interiectionibus abundare, *Kâikêyî* vocabulis iusto ordine dispositis, *Gâuḍî* compositis, *Kâuntalî* littera *u*, *Sâippalî* litterarum complexibus, *Kârnâṭî* permutatione litterae caninae, *Madhyadêçyâ* vocabulis provincialibus, *Gâurjarî* Sanscriticis, *Drâvidî* litterae *n* permutatione, *Pâçchâtyâ* immutatione litterarum *r* et *l*, *Vâitâlikâ* littera *t*. Umânagara a Ptolemaeo recensetur sub nomine Omenagara; sita fuit urbs in vicinia Ahmednagarae inter Godaverim et Bhimam fluvios. Cetera non expedio.

Vix credere possum, scriptorem nostrum persuasum sibi habuisse, paucis hisce observationibus contineri grammaticam harum linguarum talem, qualis ei sit cognoscenda,

qui vel brevissimum locum quavis earum scriptum velit intelligere. De formis grammaticis ne verbum quidem dicit, quamvis inter eas sunt linguae, ut certe Karnâtica, Drâvidâ, Kâlingica, quae prorsus diversam a ceteris Prâkriticis a Sanscrita oriundis sequuntur grammaticam rationem. Addubitare etiam possis, utrum omnium harum dialectorum in fabulis vel ceteris carminibus specimina inveniantur. At, quum oratorici etiam scriptores multo maiorem quam antiqui grammatici, sistunt dialectorum scenicarum numerum, non infitias iverim, re vera exstitisse talia varii sermonis specimina, licet hodie nulla supersint eiusmodi dramata polyglotta.

Consilium autem si quaeris, quo commotus, Râmas has notitias in medium protulerit, res ita se habere videtur. Novit haud dubie Râmas Sâhityadarpanam, opus rhetoricum summae auctoritatis; in quo quum praeter sex antiquitus usurpatas Prâkriticas dialectos scenae appropriatas, etiam plures alias fabulis accommodari vidisset, ipse de his breviter disserere in grammatica sua constituit. Quum autem invenisset, plures etiam esse provinciales linguas, quae ab eiusdem nominis dialectis in fabulis paulisper discreparent, explicare aggressus est, qua in re positum esset eius sermonis apud provinciales homines et scenicos poetas discrimen. Quam ob caussam invenit novam istam rationem, eandem dialectum modo uni, modo alteri classi annumerandi. Fuit omnino homo divisionis et systematicae dispositionis amantissimus. In dialectis enumerandis respexit haud dubie tantum eas, quarum specimina ante oculos habuit; nam neque omnium quae in India inveniuntur linguarum nomina in medium profert, nec regulas nobiscum communicat tales, quibus sit ad iustam earum cognitionem opus.

EXCURSUS II.

De linguis Dekhanicis.

Totam Indiam occupatam esse hodie linguis a Sanscritica derivatis qui autument, licet viri sint harum linguarum peritiores, insigni falluntur errore. Quam rem operae pretium erit breviter indagare. Ipsam Sanscritam in ore populi nunc silere quis est qui nesciat? At oriundas inde esse permultas Indiae linguas provinciales, Bengalensem, Brajabhâkhensem, Casmiricam, Penjabicam quum nemo sanae mentis et linguarum historiae satis peritus poterit negare, sequitur, ut per easdem terras olim obtinuerit Sanscrita lingua aut pura aut a pristina sua puritate parum tantum deflexa. In eis autem regionibus, ubi praevalent dialecti, quae quamvis a Sanscrito fonte quaedam culturae quasi ornamenta mutuatae sint, grammaticam structuram, vocabulorumque radices habent sibi peculiares, a Sanscriticis diversas, ibi dubio vix est obnoxium, diversam iam olim propagatam fuisse linguarum stirpem. Cuius propagationis provinciam si accuratius describere contigerit, inventus simul erit limes, ultra quem progressi non sint populi eiusdem cum ceteris *Ariis* originis. Populos quum dicam, singulas sacerdotalis et militaris ordinis colonias non significo.

Tales linguas, quas *Dekhanicas* appello, quot sint, qualesve, id explicabo verbis *Ellisii*, qui et harum linguarum accuratissimus nobis exstitit indagator et iusta tum eruditionis praeparatione, tum iudicii rectitudine instructus ad hanc quaestionem accessit.

Is igitur in dissertatione de lingua *Telingana*, praefixa grammaticae *Teloogoo* Campbellii, postquam Colebrookii laudavit sententiam, qui As. Res. VII. 227. Telinganam, ceterasque Indiae meridionalis linguas a Sanscrita derivare videtur, hunc in modum pergit p. II. *)

»It is the intent of the following observations to show, that the statements contained in the preceding quotations are not correct; that neither the Telinga, the Tamul, nor any of their cognate dialects are derivations from the Sanscrit; that the latter, however it may contribute to their polish, is not necessary for their existence; and that they form a distinct family of languages, with which the Sanscrit has, in latter times especially, intermixed, but with which it has no radical connexion.

The members, constituting the family of languages, which may be appropriately called the dialects of Southern India, are the high and low *Tàmil*; the *Telugu*, grammatical and vulgar; *Carnâtaca* or *Cannàdi*, ancient and modern; *Mălăyâlma* or *Malayâlam*, which after Paullinus a St. Bartholomaeo may be divided into *Grantha-Malabarica* and *common Malayâlam*, though the former differs from the latter only in introducing Sanscrit terms and forms in unrestrained profusion; and the *Tuluva*, the native speech of that part of the country, to which in our maps the name of Canara is confined.

Besides these there are a few local dialects of the same derivation, such as the *Côdugu*, a variation of *Tuluva*, spoken in the district of that name, called by us *Coorg*.

The Cingalese, Mahârâshtra and Oddiya (Odra), though not of the same stock, borrow many of their words and idioms from these tongues.

---

*) Eiusdem Ellisii dissertatt. de linguis *Tamulica* et *Malayâlma* publici iuris non sunt factae. Posteriorem ad manum habuit Wilso. Vid. Mackenzie Collect. I. praef. XXXI.

A certain intercommunication of language may, indeed, always be exspected from neighbouring nations, however dissimilar in origin, but it is extraordinary, that the uncivilized races of the north of India should in this respect bear any resemblance to the Hindus of the South; it is nevertheless the fact, that if not of the same radical derivation, the language of the mountaineers of Rájmahal abounds in terms common to Támil and Telinga.«

De linguarum harum structura non meum est nunc dicere; disseruerunt ea de re tum Ellisius, tum *Campbellius*, Telingicae grammaticae conditor, cuius verba apponere iuvat: Vid. Introd. ad gr. Tel. p. XXII: »It will be shown, that the declension of the noun by particles or words added to it - the use of a plural pronoun applicable to the first and second persons conjointly - the conjugation of the affirmative verb - the existence of a negative aorist, a negative imperative and other negative forms in the verb - the union of the neuter and feminine genders in the singular and of the masculine and feminine in the plural of the pronouns and verbs - and the whole body of the syntax are entirely unconnected with the Sanscrit.«

Quod hic de dialecto Telingica asseritur, in universum de omnibus Dekhanicis linguis valet.

De provinciis harum linguarum disserere supersedeo; confer quae exposuit Wilso in Catal. bibl. Mack. l. l. Quod autem nostrum est, aggrediamur, *limitem* constituere linguarum Sanscriticarum meridiem versus.

Itaque, ut ab ora maris Bengalici incipiamus, Telingica loquela hanc tenet regionem; verbis utor Campbellii: »The Telugu language is the vernacular dialect of the Hindoos, inhabiting that part of the Indian peninsula, which extending from the Dutch settlement of Pulicat on the coast of Coromandel, inland to the vicinity of Bangalore, stretches northwards along the coast as far as Chicacole, and in the interior to the sources of the Tapti, etc.« De

Cannadica Wilksius, Wilsoni l. c. p. XLI. laudatus: »the northern limit of that extensive region (linguae Cannadicae) commences near the town of Beder in the latitude of 18° 45° N. about sixty miles N. W. from Hyderabad -- and sweeping to the N. W. skirts the edges of the precipitous Western Ghauts nearly as far north as the sources of the Kistna, whence following an eastern and afterwards a north-eastern course, it terminates in rather an abrupt angle near Beder already described as its northern limit.« Restat *Tuluva*, cuius limites definivit Ellisius apud Wilsonem p. XIV. »In *Cupam* - from Perumbuzhu near Mangalore to Pudupattanam near Nilesvaram - and in *Tulu* - from Gocarnam to Perumbuzhu, which constitute the district, on which in recent times the name of Kanara has been imposed, the Tuluva, a distinct dialect, though of the same derivation as the Malayâlma, prevails amongst the aborigines.«

Lineam igitur si ducemus ab urbe Chicacole in ora maris Bengalici versus fontes fluvii Taptis, dein ad viciniam urbis Beder usque loca sub fontibus fluvii Kistnae, inde trans montes Ghatenses usque ad oram maris occidentalis et Gocarnam, separabimus linguas Dekhanenses ab Hindusthanicis. Attingunt itaque terminum linguarum Dekhanensium Hindusthanicae dialecti hae: *Kunkuna*, in ora maris occidentalis; *Orissensis* in ora orientali usque ad urbem Chicacolam; in media terra *Mahârâshtrica*. Operae pretium tamen est hoc accuratius definire.

Orissa tota est maritima provincia, cuius dorsis ab occidente supereminent sylvosae et montanae *Gondvanensium* terrae. Populus Gondvanensis prorsus ab Orissensi differt, lingua utrique diversa. Qua Gondvanenses, qui haud dubie indigenae sunt terrarum circa fontes Mahanadis fluvii sitarum, loquantur lingua, relatum a nemine inveni; ad Sanscriticas dialectos eam non pertinere, dubio tamen vix est obnoxium. Coniector igitur, eam esse stirpis *Dekhanicae*. Impervia enim montani tractus loca neque Orissenses

ab oriente, nec Mahârâshtrenses et Vidarbhenses ab occidente penetrare praevaluere, ita ut Gondvanensis lingua quasi in promontorio sita sit, et cuneum quasi inserat inter Orissensem et Mahârâshtricum sermonem. Limites seu potius confinia linguarum Orissensis, Telingicae et Gondvanensis definiam verbis *Stirlingii* (Descript. prov. Orissens. in As. Res. XV. p. 207.): »To the westward the Gond and Ooria languages pass into each other on the estate of Sonepur, the Raja of which country informed me, that half of his people speak one, and half the other dialect. On the south we find the first traces of the Telinga about Ganjam, where a different pronunciation may be observed. The language of Orissa proper still, however, prevails at Baurnah forty five miles south of Ganjam on the low lands of the coast and as far as the large estate of Kinedy in the hills, beyond which the Telinga begins to predominate; at Chicacole it is the prevailing dialect, and in the Vizagapatam Telinga only is spoken in the open country. In the mountains of the interior, however, the dialect of the Odras is used by the bulk of the inhabitants, from Gunser down to Palcondah, Bastar, and Jayapur. — — The language of the Odra nation is a tolerably pure Bhâshâ of the Sanscrit, resembling closely the Bengali, but far remote apparently from any affinity with the Telinga. More than three-fourths of the nouns and roots of the verbs may be traced to the Sanscrit and its few simple inflections are obviously founded on the rules of the Vyakarana.«

Gondvanensis autem lingua, si, uti conieci, stirpis est Dekhanicae, a septentrione etiam Bihârensi sive Mâgadhicae contermina esse debet: quam rem quum nemo hac de re dixerit, decernere nequeo.

Pervenio ad Mahârâshtricam, cuius provinciam sic circumscribit Wilso, l. l. p. XLVIII. »It is spoken with some variation of dialect through the whole tract of country that is bounded on the North by the Satpura mountains, and

extends from Nandole on the West along those mountains to the Wyne Ganga east of *Nagpore*, the Eastern limit is formed by that river to its junction with the *Wurda*, whence it may be traced by Manikdrug to Mahud. From the latter place a waving line may be extended to Goa, whilst on the West it is bounded by the Ocean.«

Includit itaque Wilso linguam Konkanensem, quae Tuluva et Gurjaratica, oceano et montibus Ghatensibus circumscripta est. Vid. *Vaterii*, Analekten der Sprachenkunde I. 90. Paullo aliter *Careyus*, praef. ad gramm. Mahâr: »A line drawn across the peninsula in the latitude of Visiapore (Bidjapura) will nearly express the southern boundary of this language, and another at a small distance from Ujjayin about 24^0 N. L. will nearly mark its northern limits. From east to west its extent is various, but it may, in general, be reckoned to be spoken from the mountains, which separate Bengal, Bihar and Orissa from the countries immediately west of them, to the western side of the peninsula and the province of Guzerate.« At excludenda est iterum dialectus *Malavensis*, in vicinia Ujjayinis. Vid. eundem Careyum accuratius posthac distinguentem ap. Vater, Anal. p. 93.

His ita expositis, vides Mahârâshtricam finitimam esse et Karnaticae et Telingicae, quibus addi potest Gondvanensis.

Oritur hic quaestio, quam proponam, licet eam non resolvere possum. Invenimus supra linguam *Dáxinâtyâm*, sive *Berarensem*, antiquitus Vâidarbhensem, a grammaticis laudatam. Berara autem limitibus, quibus Mahârâshtrorum regio circumscribitur, inclusa est, ita ut quaerendum sit, utrum omissa sit distinctio dialectorum Mahârâshtrensis et Vidarbhensis a recentioribus, an magis hodie extensum sit Mahârâshtrorum nomen, quam quo tempore scripserint isti grammatici.

Alterum magis credibile est, in primis, si reputaris,

quantum potentiae fastigium attigerit ultimo saeculo Mahârâshtrica gens; quo facto, facile cum eius lingua confundi potuit lingua haud magnopere ab ea diversa. Nam ex loco, quo ponunt grammatici Vâidarbhensem linguam, satis apparet, eam vere Prâkriticam, i. e. a Sanscrita derivatam fuisse. Nomen autem ipsum *Dâxinâtya* sive meridionalis demonstrat, antiquam esse hanc appellationem. Quomodo enim dici possit lingua meridionalis, quae in media obtineret India? quid quod maxime meridiem versus erat propagata inter omnes, quae a Sanscritico fonte fluxere, linguas. Nimirum ea aetate, qua Orissae incolae adhuc barbaris annumerabantur (vid. supr. App. p. 4.) et Daxinâpatha dicebatur vero suo sensu, via meridionalis. Nam vel Indis eius aevi, quo eos adiit periegetes maris Erythraei, hoc praecipuum esse debuit iter ad regiones meridiem spectantes. Per Orissam et Gondvaram sane non proficiscebantur, siquidem Gondvara vel hodie impervia est, Orissensem autem oram tenuere *Κιρράδαι* (Indis *kirât'a*), gens barbara. A septentrionali itaque India Plithana (an *Παίθανα*, Ptolemaeo *Βαίτανα*, hodie Pattan ad Godaverim?) et Tagaram petentibus duae sese aperuere viae; una ex regionibus Yamunensibus et Gangeticis per media montis Vindhyae declivia, altera et magis frequentata, quae in Periplo describitur *) (p. 29.), a Barygaza incipiens; *Δαχιναβάδης* quum *viam*, non regionem meridionalem significet (*dakshinâ* - meridies, *path*, via), aper-

*) Cf. Nal. IX. 21. „Hic multae viae ducunt Daxinâpatham versus, Avantîm et Rixavantem traiicientes montem; heic est Vindhyas mons magnus et fluvius Payôshnî; heic una est via in Vidarbhas, alia in Coçalos; ulterius autem regio est Daxinâpathas.“ — Avantî eadem est urbs quae Ozene; Coçala quae Ayodhya. Vidarbhorum metropolis *Kundina* antiquitus dicebatur, iter per Chedes fuit. Nal. XXI. 2. XIII. 45. Ex quo patet, non Vindhyae ab meridie degisse *Nishadhas*, uti nugatus est Wilfordus.

tum est, ab origine non omnem Indiam meridionalem indicatam fuisse eo nomine, sed terram, per quam in meridiem tendentibus fuit eundum. Berarensis sive Vidarbhensis haec regio iam in Mahâbhârato cultioribus terris annumeratur et Elloram aliaque stupenda Indicae antiquitatis monumenta in vicinia exstrui vidit. In meridie autem Pseudo-Arriani aetate floruit iam Pandionis regnnm, tum Masalia, tum Δησαρήνη (Indis दशार्णा, Nal. XVII. 14.). Calingae et Andhrae Plinio innotuerunt. Masaliam cum fluvio Ptolemaei Maesolo ad Kistnam, Desarenam cum fluvio Dosaron Ptolemaei ad Mahanadîm retulerunt geographi nostri; postremum suo quidem iure, vix autem recte. In quam rem nunc non inquiram.

Vidarbhae autem nunquam quod sciam ab Indis vetustis cum Mahârâshtris confunduntur, ita ut probabile sit, eam aetatem respicere grammaticos, qui Mahârâshtricam et Daxinâtyam linguas inter se distinguant, qua Mahârâshtricum nomen angustioribus finibus esset inclusum. Ex mea itaque opinione, Vidarbhensium dialectus aut totam in se olim susceperat partem, quae hodie Mahârâshtrensi assignatur, in mediterranea India limitem inter Dekhanenses et Sanscriticas linguas constituendo, aut eam inter se partiebatur utraque lingua.

EXCURSUS III.

Linguarum provincialium Indicarum, quae Sanscriticae originis sunt, catalogus.

Quum pluribus locis de linguis *Sanscriticis* hodie per Indiam obtinentibus verba fecerim, haud alienum a proposito videbatur, harum linguarum numerum et provincias paullo accuratius definire. Sanscriticas dico, quae, temporis lapsu et deficiente in populi ore vetustae linguae puritate, recentiores linguae provinciales ex Sanscritica sunt propagatae. In hoc negotio primum terminos Sanscriticarum dialectorum geographicos circumscribam.

Meridionalem limitem iam definivi. Orientem versus et septentrionem Sanscriticas dialectos cingit origine prorsus diversarum, nullisque affinitatis vinculis cum eis connexarum familia linguarum, ad quam pertinet Arracanorum, Avensium, Bhutanensium, Nevarensium, Tibetanorum sermo. Addendae sunt dialecti tribuum nonnullarum minus cognitarum in montanis tractibus, qui valli Brahmaputrensi ab utroque latere imminent. Ipsa vallis Indis est in potestatem redacta, linguaque utitur Assamica, cum Bengalensi coniunctissima; dum contra Garrovenses, quasi in insula siti, Sanscrite loquentibus gentibus circumdantur, ipsi lingua utentes prorsus diversa (Khassî). Nevarenses indigenae sunt Nipalae, eorumque lingua Tibetanicae affinis, diversa a *Gorkharum*, quae *Pârvatîyâ* s. montana dicta, Sanscritica est et in hac valle advena *). Itaque, licet a natura ipsa erectum

---

*) Vid. Ass. Res XVI, p. 415: „The Pârvatîya Bhâshâ is one of the indian Prâkrits, brought into these hills by colonies from

sit vallum, transgressu difficillimum, mons Emodus, transgressa eum est a septentrione gens Nevarensium.

Occidentem versus nullus tam certus indicari potest limes, quum neque a natura positus sit terminus ita firmus et stabilis, nec linguarum discrimen sit ita magnum, siquidem proxima gens Iranica, quo nomine etiam orientales Persicas provincias dicere non alienum erit a veritate, eiusdem cum Indis est originis. Unde facile fieri potuit, ut et olim et hodie in confiniis utriusque gentis inventa fuerint nomina, quae utrum Indicis annumerari debeant an Iranicis, incertus haereas. Nam et Assacenos aliasque gentes cis Indum superiorem Indos appellant rerum Macedonibus gestarum scriptores, et in Caucaso Indico vel hodie agit gens Indicae ut videtur stirpis, Kafiri a Muhammedanis appellata. Idem vides in Indo inferiori, ubi nomen est Gedrosiorum metropoli Indicum *Pura* et Beluches hodierni lingua uti dicuntur haud prorsus Persica. In universum tamen si Indum fluvium pones Indicarum et Iranicarum linguarum limitem, haud magnopere a veritate discedes.

Intra hos limites quae hodie obtinent linguae, Sanscriticae sunt originis, si idiomata barbarorum nonnullorum, impervia silvarum et montanos tractus tenentium exceperis.

---

below, and is so generally diffused, that in the provinces west of the *Gogra*, it has nearly eradicated the vernacular tongues; and though less prevalent in those east of that river, it has, even among them, divided the empire of speech almost equally with the local mother tongues; which too are daily, yet further, giving way before it.

The *Górkhas* speak this *Párvatíya* dialect; to their ascendancy is its prevalence, in latter times, to be ascribed. The valley of Nepal is indeed almost the only spot, not remote from the plains, where the vernacular speech of the people has maintained its ground; the *Newari* being, in substance, distinct from all the numerous dialects of Sanscrit origin."

Sanscriticas hasce linguas si iuxta ordinem quendam enumerare vis, et geographicas rationes et linguarum affinitatem inter se coniunctim poteris sequi. Difficilius autem est inter linguas re vera diversas et urbium vel tractuum quorundam sermonis discrimina minutiora distinguere, quum propter ipsius rei naturam, tum propter dissensum testimoniorum.

Audi ex. caussa Colebrookium As. Res. VII. p. 230. haec disserentem: »The extensive region, which is nearly defined by the banks of the Sarasvatî and Ganga on the north, and which is strictly limited by the shores of the eastern and western seas towards the south, contains fifty-seven provinces according to some lists, and eighty-four according to others. Each of these provinces has its peculiar dialect, which appears, however, in most instances, to be a variety only of some one among the ten principal idioms.« Decem istae sunt, quas iuxta quosdam enumeravit Colebrookius, quinque septentrionales, sive *Gâurae*, totidem meridionales sive *Drâvirae;* priores sunt *Sârasvatî*, *Cânyacubjâ*, *Maîthilî*, *Autkalî* sive Odra, et *Gâurî;* posteriores *Drâvirî* propria sive Tamulica, *Mahrattica*, *Carnâtica*, *Telingica*, *Gurjarî*. *Câçmîricam* addunt prioribus nonnulli, omissa posthac Carnatica. Has dicunt esse linguas hodiernas *litteratas*. Sed ut taceam, confusas esse Dekhanicas et Sanscriticas linguas, neque indagandas nobis esse tantum linguas litteratas, sed eas, quae re vera inter se differant, nulla litterarum habita ratione, vel alia sunt, quae in isto catalogo offendant. Omissa est et Penjabica et Malabarica, eodem iure quo Orissensis vel Gurjaratica inter litteratas referenda.

Aliam exhibuere enumerationem Missionarii Anglici, a Vatero Germanice conversam in libr: Analecten etc. p. 81. Magis accurate videntur hi in grammaticam hodiernarum linguarum inquisivisse, quam antea factum fuerit, quam ob caussam eorum testimonio potius confiderem, licet in eo certe errant, quod Dekhanicas dialectos cum Sanscriticis

confundant. Omissam invenio nullam linguam, additam potius, quae addi non deberet. At quum meliorem catalogum non cognoscam, ex eo describam nomina, alia tamen facta eorum distributione et omissis Dekhanicis dialectis.

I. In India orientali:

1) *Bengalica.* 2) *Assamica.* 3) *Mâithilî* sive Tirhutensis. 4) *Orissensis.* Quae omnes cum Bengalica arctius sunt coniunctae.

II. In tractu montano sub pedibus Imai atque in vallibus huius montis:

5) *Nipalensis.* 6) *Kôçalensis* borealis; 7) *Dogurica*, in Himâlaya intra *Kâçmîram* et *Almoram.* 8) *Kâçmîrica.*

III. In India occidentali:

9) *Penjabica*, in Pentapotamia. 10) *Wuchensis* sive *Multanica* circa Indum medioximum ab occidente Penjabicae. 11) *Sindhuica* ad Indum inferiorem et circa eius ostia, cuius dialectus borealis a meridionali distinguitur.

IV. In ora oceani occidentalis:

12) *Kutchensis* in peninsula *Kutch* (कच्छ).

13) *Gurjaratensis* in peninsula Gurjara atque Surâshtra versus Bombayam.

14) *Kunkunensis* intra mare, et montes Ghatenses, linguamque Gurjaratensem et Tuluvam.

V. In India interiori:

15) *Bikanerica*, 16) *Marwarica;* 17) *Jayapurensis.* 18) *Udayapurensis*, quae quatuor sunt dialecti Râjputrorum. 18) *Hârutica*, ab antiquis Sârasvatî dicta; 19) *Braja Bhakhensis* in provincia Agra ad Yamunam, ab antiquis *Çâurasenica* dicta; 20) *Mâlavensis*, in Mâlava, cuius metropolis Ujjayinî. 21) *Bundelakhandensis.* Hac obtinent per terras, quae in vulgus hodie Hindusthana propria dicuntur;

22) *Mâgadhica* in Bihâra meridionali.

VI. Extra Vindhyam in limite meridionali.

23. *Mahrattica.*

Nomina haec, quae omnia localia sunt, nulla egent explicatione; lingua restat una, quae ad certam provinciam referri non solet et plerumque (24.) *Hindusthanica* dicitur. Sub hoc nomine intelligunt plerumque loquelam, qua utuntur homines urbani per Hindusthanam propriam. Conflata ea est ex dialectis Indiae interioris, maximam partem ex antiqua Braja Bhakhensi aut Kânyâkubjensi, a qua hoc potissimum differt, quod magnopere gaudent vocabulis Persicis et Arabicis, Muhammedanorum sectae acceptis. Grammatica prorsus est Sanscritica. *Hindî* dicitur eadem dialectus, vocabulis extraneis carens, qua usi sunt poetae per Indiam centralem *).

*) Vid. Wils. Praef. ad Mack. Cat. p. LI. Missionn. ap. Vater p. 83. Wilsonis verba laudare iuvat: „The division entitled *Hindi* Books comprises a variety of dialects, but all with one or two exceptions, modifications of a common language, that of the Hindus of central India, to which the term Hindi may be therefore legitimately applied. It seems to be a question yet undecided, how far Hindi and Hindustani are distinct forms of speech, and before this can be determined, what constitutes distinct forms of speech must be agreed upon: the elements of both tongues are unquestionably the same, and the inflexions of Hindi even in the *Brij Bhakha* variety, differ in no important respect from those of the *Urdú.* They are nevertheless mutually unintelligible, and are so far different languages; the Hindi retaining its own or Sanscrit words, the Hindustani in every possible case substituting for them words of Persian and Arabic origin. Although, therefore, the frame work is nearly unchanged, it is filled up in a wholly various manner, and for all the ordinary purposes of speech the dialects are distinct, whatever may be their original identity. The Hindi again varies probably in every hundred square miles, and the language of Agra and Ajmer may present wide discrepancies. The differences are however in words, rather

Restant tractus quidam montibus et silvis impervii, per quos alia obtinent linguarum genera, a Sanscritico sermone prorsus abhorrentia. Taceo eas gentes, quae in limite Indiae orientali degunt, quarumque linguae probabiliter ad eandem familiam pertinent, ac Birmanensium et Arracanensium loquela; habitant hae in vicinia Tiperae (As. Res. II. 187.), et Chittagong (VII. 183.) atque in montibus Garrow, et *Garrovenses*, *Lunctae*, *Kukii* dicuntur (As. Res. III. 17. VII. 183.). Attamen per mediam Indiam, in montibus Râjputanae, Malvae, ad utramque superioris Narmadae ripam, et, quod supra exposui, in terris Gondvanensium, immo in media Bengala in monte Râjmahalico agunt adhuc gentes, tum lingua quum moribus et omni habitu a Sanscriticis Indis diversae. *Bhillas*, *Gondas*, *Puharres* pro habitationum diversitate dicunt. Cf. Transact. Soc. As. Lond. I. 65. Ass. Res. IV. 31. V. 127. — Lingua omnium harum gentium cognata esse dicitur. Heber Journ. I. 211. 257. II. 71. *) Quod

---

than in inflexions, and they are only dialects of a language radically the same; or perhaps it may be granted, individual members of one common family. They are all most copiously intermixed with Sanscrit, and although they may claim a base separate from the superstructure, the former is of the scantiest possible dimensions, and is completely overshadowed by the latter.

*) Excerpta haec apponere iuvat: I. 211. De *Puharris:* Mr. Corrie has obtained a little vocabulary of their language, which, certainly, differs very remarkably from the Hindoostanee and, I am told, from the Bengalee. The old commandant, who has been on service towards the Berar frontiers, says he could converse perfectly with the Bheels and Goand tribes, so that they are apparently different branches of the same great family, which pervades all the mountanous centre of India, the „Gails" of the East, who have probably, at some remote period, been driven from all but these wildernesses, by the tribes professing the brahminical faith.

si verum est, atque si recte dixit Ellisius, cognatum esse Râjmahalensium sermonem cum linguis Dekhanensibus (cf. p. 11.), sequeretur, ut India ante adventum gentium Sanscriticarum una atque eadem indigenarum natione fuisset occupata. Quae res quantopere faciat ad historiam gentium Indicarum, diversis temporibus diversum Indicae terrae ambitum tenentium, nemo est quin videat, ita ut multis verbis possim parcere. Id observare liceat, a Manu et Valmice Indiam Brahmanica institutione instructam extra Vindhyam non extendi; locus est Manu II, 17—22. clarissimus, e quo patefit, intra Vindhyam et Himâlayam olim inclusam

---

I. p. 257. De incolis terrae *Buxár:* I cannot help believing that as the language is different, so their race is also, and that in Bengal are some remains of an earlier, perhaps a negro stock, such as are now found in the Andamian islands, but who have been subdued by, and amalgamated with, the same northern conquerors who drove the Puharrees to their mountains.

I. p. 493. De incolis montium circa *Almoram:* Between it (Almora) and the Chinese frontier, two remarkable races are found; the first the Bhooteah -- the other a savage tribe, who neither plough nor dig, but live by the chace and on wild fruits only. They call themselves the original inhabitants of the soil, and appear to be the same people with the Puharrees of Rajmahal.

II. p. 71. De *Bhillis:* The Bheels were regarded both by Cptain Macdonald and the other officers with whom I conversed, as unquestionably being the original inhabitants of the country, and driven to their present fastnesses and their present miserable way of life by the invasion of those tribes wherever they may come from, who profess the religion of Brahma. This the Rajpoots themselves, in this part of India, virtually allow, it being admitted in the traditional history of most of their principal cities and fortresses, that they were founded by such or such Bheel chiefs, and conquered from them by such and such children of the Sun.

fuisse Indiam proprie sic dicendam, id est, eam, quae habitata fuit ab Indis, Sanscritica sive Aria lingua utentibus. Alius locus, qui est X, 44. ita est intelligendus, ut *Páradae*, *Pahlavae*, *Chînae*, *Çakae*, *Yavanae*, gentes extra Indiam degentes, coniuncti sive potius confusi sint cum *Pâundrakis*, *Odris*, *Draviris*, *Kâmbôjis*, *Kirâtis*, *Daradis*, *Khaçis*, nationibus Indicis, eam propter rationem, quod hi aeque atque illi a cultu Brachmanum abhorrerent. Latet tamen inter utramque classem discrimen; inter priores sunt, qui ab origine nil commune cum religione Brachmanica habuisse possint, ut *Chînae*, *Çakae*; hi igitur admixti sunt eodem modo, atque etiam alias ab Indis omnes nationes sine discrimine enumerantur, quae eis ultra Indum agebant, vel ad quos iter per Bactrianam patuit *). Proprie autem valere reor

*) Chînae, a quibus distinguuntur *Mahâchînae*, magni Chinae, Indis non ab oriente innotuere itinere per Assam facto, sed ab occidente, ideoque referuntur ad gentes, quae ultra Bactrianam egere. Operae pretium videtur hoc breviter demonstrare. In Rameidos libro quarto in descriptione regionis aquilonalis post Matsyas, Pulindas, Çurasenas, Kurus, Madras, Kêkayas, ponuntur Gandhârae, Daradae, *Yavanae*, *Chînae*, *Bâhlîkae*, *Tushârae* (Tochari), *Barbarae*, *Çakae*, *Paramachînae*, alii; nomina sunt promiscue posita, quod saepenumero fit in terris longuinquis minusque notis enumerandis. Accedit quod a mercatoribus accepta haud dubie tenebant pleraque harum gentium nomina Indi. Colligi autem potest ex eo, quod in regione Indo fluvio vicina nunquam ponuntur Chînae, ut Gandhârae et Bâhlîkae, eos ultra esse collocandos, nimirum una cum *Tushâris*, *Çakis*, *Barbaris*, ultra Bactrianam. Ultimus autem itineris septentriones versus terminus est *Uttarakuru*, sive *Kuru* aquilonalis; quod nomen etiam veteribus notum (vid. Pentap. Ind. p. 83.) apud Indos significat terram fortunatorum. Aquilonalis originis memoria hoc nomine haud dubie continetur, praecipue eo, quod apud Utturakurus domicilium esse dicitur septem divinorum sapientum, patriarcharum dignitate ab Indis habitorum. Audi Valmicem:

hanc traditionem de Pahlavis sive Pactyibus, Pâradis sive Parthis et Yavanis, quo nomine apud vetustos intelligendi sunt populi occidentales in universum. Notum nunc est, etiam per Zendavestam inveniri vestigia memoriae Indorum et eius quae olim exstitisse debeat communionis inter Indos atque Bactrianos. Confer locos quos laudavi in libro de inscriptionibus Persepolitanis p. 61. Obiter addam, nomen Pahlava eodem modo diversum esse ab eo, quo dicti sunt ab Herodoto Pactyes, id est Afghâni, atque ab Indorum *Bahlîka* abhorret nomen Zendicum *Bâkhdhî* et antiquum Persicum *Bâkhtri*. Hi potissimum a Brachmanum doctrina sacerdotali discessisse et militarem rei publicae institutionem praeoptasse dici possunt. Quae ponuntur Indicae gentes, ex opinione legislatoris olim Brachmanicae institutionis participes fuerant, posthac eius expertes factae. Quod vere dictum est, si Sanscriticae fuere originis, at facile tamen fieri potest, ut etiam in hac serie posita sint nomina ab ipsa origine cum Sanscriticis gentibus non consocianda.

Quae res h. l. minoris est momenti, quum id quod nobis cordi est, vetustissimum Indiae Sanscriticae ambitum circumscribere, satis compareat. Daradae sive Dardae, Khaçae et Pâundrae, ad montes pertinent nivosos septentrionales, Odrae, Dravirae Vindhyam ab oriente et meridie attingunt, Kâmbôjae colunt oras oceani occidentalis, ita ut eisdem limitibus definiatur iterum India, nimirum montibus Vindhya et Himâlaya, atque ripis oceani occidentalis nec non orientalis.

उत्तरान् कुरून् ॥
सप्तर्षीणां स्थितिर्यत्र यत्र मन्दाकिनी नदी ॥
देवर्षिचरितं रम्यं यत्र चैत्ररथं वनं ॥

„Uttara Kuru, ubi domicilium est septem sapientum, ubi fluit Mandâkinis fluvius, ubi est amoenum Châitraratha nemus, a divinis sapientibus frequentatum."

Eosdem fines habet India Valmîcis; de qua re dubium non esse potest, siquidem in ipsius Rameidos libro quarto prostat descriptio orbis terrarum, Indis istius aevi notarum.

Ultra extendit Indiam Bharatea; de qua re accuratius mox licebit disputare, quum primum publici iuris factum sit amplissimum istud traditionum corpus. Res certa est, quia, ut iam monui, Vidarbhensium terra gaudere dicitur legitima Brachmanica re publica, unde etiam sequi videtur, ut recentioris sit Bharatea aevi, quam Rameis.

Sequuntur deinde testimonia veterum, Pseudo-Arriani, Plinii, Ptolemaei, Cosmae, denique peregrinatorum Sinensium, ex quibus colligi quodammodo potest, si accurate ea consideraris et perpenderis, quibus temporibus et quorsum extra Vindhyam extensum fuerit Brachmanicum imperium. Remansit tamen adhuc inter utramque Indiae partem discrimen. In eis regionibus, ubi olim obtinuit Sanscritica in usu vitae quotidianae lingua, regnant hodie dialecti Indicae Sanscriticae; in eis contra, ubi a summi ordinis hominibus tantum usurpata est et in religionis litterarumque usu tantum praevaluit sacra Brachmanum loquela, dum indigenae homines, in arctiores fines condensati, numero antecellentes, innatum sibi sermonem conservarunt, vel hodie de gradu non depulsae sunt Dekhanicae linguae, rerum sacrarum, doctarum, elegantium vocabula solummodo a Sanscrita mutuatae.

Ultra tamen hoc persequi, ab huius libro consilio esset alienum.

EXCURSUS IV. AD LIBRUM II.

Catalogus personarum, quae in fabulis adhuc notis utuntur dialecto scenica praecipua.

Primo loco ponam fabularum et librorum notitiam manu scriptorum, quorum consulendorum data est facultas.

Mṛĭchchhakat'î (*Mr.*), fabula regis Çûdrae, qui circa annos ante Chr. n. CLXXXXII vixisse traditur. Vid. Wils. th. Ind. I. 6. ed. alt. Utor editione principe Calcuttensi.

Çakuntalâ (*Çak.*), drama Kâlidâsae, qui ad aetatem Vikramâdityae refertur, id est ad annos ante Chr. n. LVI nec sine probabilitate, si ea reputas, quae de Ozene observavi in libello de Pentap. Indic. p. 57. et addis, in Mêghadûta celebrari Ozenen, tanquam urbem regnatricem. Editio est unica, Chèzyana.

Vikramôrvaçî (*Vik.*), alia eiusdem poetae fabula. Editione utor et Calcuttensi et Lensii, quae aucta est apparatu critico posthac edito, summopere utili.

Mâlatî Mâdhava (*M. M.*) et *Uttara Râma Charitra* (*Utt.*) fabulae Bhavabhûtis, qui circa annos post Chr. n. DCCXX floruit. Vid. Wils. Ind. th. II. p. 4. Editiones utriusque fabulae Calcuttenses exstant. De codicibus M. M., quorum variam scripturam nonnullis locis laudavi, cf. praefat. ad actum primum Mâlatimâdhavae, a me editum Bonnae MDCCCXXXII.

Mudrâ Râxasa (*M. R.*) drama Viçâkhadattae, qui quo aevo vixerit, incertum est. Cf. Wils. l. l. II. 28. Utor edi-

tione Calcuttensi et apographo codicis Parisiaci, catal. Hamilt. No. 117. Bengal. (Cod. *P.*)

Prabôdha Chandrôdaya (*Prab.*), fabula *Krishnae Miçrae*, a Brockhausio nostro edita, Lipsiae MDCCCV. Editionem Calcuttensem, a Brockhausio in praefatione laudatam, consulere nequeo. Ad saeculum duodecimum verosimiliter pertinet drama; cf. quae docte disseruit Windischmannus meus Sankara p. 45.

Ratnâvalî (*Rat.*) opus aut a rege Kaçmirensi *Çrî Harsha Déva* aut sub eius imperio conscriptum. Regnavit autem is inter annos post Chr. n. MCXIII et MCXXV. Vid. Wils. l. l. II. p. 260.

Dhûrta Samâgama (*Dh.*) comoedia (प्रहसनं) inedita. Poetae nomen quod latuit Wilsonem, manco apographo usum, in prologo prostat: *Çékharâchârya Jyôtirîçvara*, fuitque is nepos Râmêçvarae, filius Dhîrêçvarae. Descripsi e codice Parisiaco, in catalogo Hamiltonis non enotato. Aetas poetae est incerta, Bhavabhûte tamen inferior. Quod patefit ex eo, quod irrisor exstiterit Bhavabhûtis Jyôtirîçvaras. Carpit autem potissimum Mâlatimâdhavam, nec mirandum est, si poeta, qui tam turgida oratione utatur, a comicis fuerit traductus. Rem ignotam, vel sane minus observatam, brevibus demonstrare liceat, potissimum quum etiam in Hitôpadêça, similibusque libris saepenumero carpantur poetarum artificiosorum calamistra neque aliter tales sermonis flosculos, in simplicissimo dicendi genere, tanquam in vasto gurgite, quasi natantes, explicueris, nisi ex irridendi studio.

Prologo ipso quaedam leguntur, quae iocosam quandam Bhavabhûtis imitationem redolere videntur:

तदनेन सकलसंगीतविशेषविद्योतनाभिनवभरतेन मुरमथनपदारविन्दद्वन्द्वकन्दाह्लकरपल्लवेन निखिलभाषोपभाषाशुभंभावुकसरस्वतीकण्ठाभरणेन अनवरतसोमरसास्वादकषायकण्ठकन्दलीनरीनृत्यमानमीमांसामहोत्सवेन रामेश्वरस्य पौत्रेण तत्रभवतः पवित्रकीर्तेर्धीरेश्वरस्यात्मजेन महाग्रासनमोपाशिसरभामत्पल्लीजन्मभूमिना कविशेखराचार्यज्योतिरीश्वरेण नितकुतूहलविरचितं धूर्तसमागमनाम

प्रहसनमभिनेतुमादिष्टो ऽस्मि । तस्य चादिष्टमवश्यमिदं मालतीमालेव मया शिरोधरणीयं ॥

Verba सरस्वतीकण्ठाभरणेन ad cognomen Bhavabhûtis, quod sibi ab eloquentia inditum fuisse gloriatur p. 3. ed. Bonn. alludere videntur; ad hoc atque ad insolentiorem vocis कषाय usum ibid. p. 16. spectant etiam: अनवरतसोमरसास्वादकषायकण्ठ । Titulum fabulae Mâlatimâdhavae respicit, quod dicit mimus, iussum poetae sese capiti esse impositurum, tanquam corollam ex *Malatibus* floribus nexam. Nomina personarum in M. M. carpuntur, uti mihi quidem videtur, hoc loço: ननु प्रोत्फुल्लमालतीमकरन्दसान्द्रामोदमत्तमधुकरझङ्कारमुखरो वसन्तः संततोज्जृम्भितानङ्गशृङ्गार एव ।

Sed praeter singulas dictiones, quarum multa exempla alia excitare possim, scenam 2dam act. I. M. M. in qua amore captum sese confitetur Mâdhavas, traductam esse totam, facile est visu. Nimirum Viçvanagaras in discipulo indicia quaedam amoris haud ita liberalis detegit; e quo magistri et discipuli diverbio haec liceat huc transferre:

विश्वनगरः ॥

[स्नातकं निर्वर्ण्य]

अये दुराचार कथमद्य चिन्ताभरणमत्कुणांधरो ऽन्यादृश इव दृश्यसे ॥ यथा हि ।

निःश्वासे पीवरत्वं वपुषि सुतनुता शून्यता दृष्टिपाते ।
वक्त्रेन्दौ धूसरत्वं गतिषु विधुरता चेतसि म्लानता च ।
चेष्टा (चेष्टा?) नैवेक्ष्यते ते यदधिकविकलं रूपमासादितस्त्वं ।
तन्मे पश्चात्तापास्तिरयति भवतो धीरतां पूर्वरूपां ॥ (Lege: मन्ये pro मे)

स्नातकः ॥

[सलज्जमधोमुखः स्थित्वा]

*) भअवं अदिलज्जाकरं क्खु एदं । ता ण जुत्तं तुम्ह पुरदो प्पआसिदुं ॥

---

*) भगवन् अतिलज्जाकरं खलु एतत् । तस्मात् न युक्तं तव पुरः प्रकाशयितुं ।

विश्ववनगरः ॥

न दोषः स्वरूपाख्याने। तत् कथ्यतां ॥

स्नातकः ॥

[सप्रणयं]

*) भअवं अज्ज मए प्पहादे णअरपरीक्खणपरिसरे उवहसिदसुरणाअरीरूव-संपत्ती अणङ्गसेणा णाम वारविलासिणी विलोइदा। तदो पहुदि सव्वगदं तं ज्जेव पेक्खामि ॥

विश्ववनगरः ॥

[सहस्ततालमुच्चैर्विहस्य]

वत्स अद्य मयापि तत्रैव सुरतप्रिया नाम मासोपवासिनी दृष्टा। तामनुसंद-धानोऽहमपि मर्मभेदिना कामवाणेन संदलित एव। तथा हि।

आकाशे लिखितेव दिक्षु खचितेवाकीर्णरूपेव च।
दृक्पक्ष्मप्रतिबिम्बितेव मनसि श्लिष्टेव बद्धेव च।
सा मच्चित्तसरोरुहे मधुकरीवात्यन्तभावोत्करा।
कान्ता कान्तविलासवासवसतिः क्वास्तीति न ज्ञायते ॥

[ऊर्ध्वमवलोक्य]

वत्स मध्याह्नमारूढो भगवान् सहस्रांशुः। तथा हि।

दिक्चक्रं गृहतृष्णाया कवलितं व्योमापि भास्वत्कर-। (मृगतृ°?)
च्छायाभिस्फुरितं तुषानलकणप्रायाश्च भूरेणवः।
पान्थाः पल्वलसंकुलद्रुमलताकुञ्जोदरे शेरते।
मज्जत्कुञ्जरपानलोहितजलाः क्षुभ्यन्ति तोयाशयाः ॥

तद्भिक्षाकरणार्थमत्रैव कमपि गृहमेधिनमनुसरावः ॥

[इति परिक्रामतः]

---

*) भगवन् अद्य मया प्रभाते नगरपरीक्षणपरिसरे उपहसितसुरनागरीरू-पसंपत्तिर् अनङ्गसेना नाम वारविलासिनी विलोकिता। ततः प्रभृति सर्वगतां तामेव प्रेक्षे ॥

In quo loco animadvertere velis, vocibus अन्यादृशा इव दृश्यसे comicum manifeste alludere ad verba, quae Mâl. Mâdh.

p. 16. fin. ed. nostr. leguntur; neque me fefellit, quin distichon निःश्वासे et q. s. traductio sit versuum, quos Makarandas fundit Act. I. dist. 10. Quod suadet etiam verbum तिरयति, bis in primo M. M. actu obvium, rarioris praeterea usus. In mox seqq. alludunt verba सव्वगदं तं पेक्खामि ad dist. M. M. 33. Cetera taceo, ut quum etiam meridie finiatur haec comici scena, et alia levioris momenti; revertendum est enim, unde sumus digressi.

Qui passim laudantur in libris rhetoricis, *Sâhitya Darpana* et *Kâvyaprakâça*, loci Prâkritici et breviores sunt et saepius emendationis inopes, quo fit, ut vix operae pretium visum sit, eis magnopere uti.

In diiudicandis variis, quae inveniuntur, sermonis generibus, primo loco eam sequor rationem, ut eidem personae non plus una dialecto attribuendum esse censeam. Probe scio, interdum transiri a Prâkritica quadam dialecto ad Sanscriticum sermonem; permutationis inter ipsas Prâkriticas dialectos exemplum certum invenio nullum. Invenirem sane, si fidem haberem editoribus fabularum; immo ab ipsis librariis permutata invicem idiomata saepissime observare licet. At ita tamen non versantur in hisce permutationibus editores et librarii, ut in quibusdam eiusdem personae orationibus unam, in aliis aliam dialectum accurate observent, sed ita, ut in eadem sententia, immo in eadem dictione confundant duarum triumve dialectorum formas. Unde patefit, ex inscitia sive ignorantia factum esse, non iuxta certam normam et legitimam rei considerationem.

Iudicii autem mei qualiscunque fundamenta non posui in technicorum regulis; nam has si sequeremur, mutanda interdum essent omnia, quae ad quamvis personam pertineant, verba. Aliam enim dialectum a poetis, aliam a technicis, partibus fabularum interdum assignatam invenimus. Verum comparatis omnibus locis, quibus eadem recurrit per-

sona, id praeoptavi loquelae genus, ad quod plurimi pertinent. Viam videor mihi invenisse tutam, qua neque poetis neque dialectis vim inferam. Difficultas sane in earum tantum personarum lingua definienda remanet, quae raro scenam intrent vel pauca tantum sermonis sui specimina edant.

Hanc itaque regulam sequutus, haec constitui Prâkriticae primariae specimina:

1. *Mr.*

Mimus, prol. p. 3.seqq.

Mima, prol. p. 4. seqq.

Mâitreyas p. 10. seqq. et saepissime.

Vasantasénâ p. 17. etc. Et eius et Mâitrêyae sermo saepenumero aliarum dialectorum formis infectus est, potissimum in diverbiis cum personis alio genere loquendi utentibus; ex. gr. p. 322. l. 3—4. ubi prior sermonis pars quasi commercio balneatoris Buddhici corrupta est (अज्ज चालुदत्तश्श्रो ज़ेव्व गेहं । corrige -ह-स्स), altera iustis praecipuis Prâkriticis formis utitur.

Madaniká. p. 52. etc.

Mater Vasantasenae p. 270 seqq. p. 293. Purus evadit sermo, si emendantur quae interdum positae sunt, litterae ल pro र. Cetera menda plerumque non ad dialectum, sed ad sensum pertinent.

Uxor Châruduttae p. 108. p. 337 seqq.

Rôhasénas p. 181. 303. 314. 337. seqq.

Aleator anonymus p. 59. 74. sed secus p. 61. seqq. ita ut dubius haeream, utrum ei tribuam primariam Prâkriticam, an dialectum, quae in loco Sâhitya Darpanae et scholl. tribuitur lusoribus, Avantikam. cf. supr. Lib. I. p. 36. Petita est fortasse assertio ex ipsa nostra fabula; antiquis doctoribus ignotam aut sane non memoratam scimus hanc dialectum. Utut hoc sit, utendum est lusori nominativis aut in ओ, aut in ए desinentibus, non utraque inflectione promiscue.

Karnapûras p. 83.

Radanikâ, serva Chârudattae, nutrix Rohasenae p. 30. p. 44. p. 103. p. 178. etc.

Ancilla Vasantasênae, quae eadem esse videtur p. 52. p. 113. p. 132 - 139. atque p. 162. p. 169. seqq. p. 178. Nominativi in उ p. 115. discrepant cum aliis in ओ in eadem pagina atque emendandi sunt.

Assessor et *scriba* iudicii p. 263. p. 268. non magnopere a praecipua dialecto recedunt et ad eam haud dubie reducendi sunt.

De tribunis militum, *Vîraka* et *Chandanaka*, mox dicam; *lictor* p. 259. seqq. licet praecipua dialecto nonnullis locis pura loquatur, ad inferiorem quandam relegandus videtur, si loci respiciuntur plurimi. Itidem *Vardhamânakas* tam saepe (vid. p. p. 50. 90. 94. 185. 190) inferiori dialecto utitur, ut privandus videatur, quas interdum sibi arrogat, praerogativis praecipuae dialecti formis.

De *Çakâra servoque* eius p. 17 - 44. p. 186. p. 188. p. 213 - 260. p. 307. seqq. de *balneatore Buddhico* p. 58 - 83. p. 212. seqq. p. 255. seqq. p. 321. seqq. de *Mâthura* p. 59 - 83; de *Kumbhilaka* p. 155 - 162. et *Chandâlis* p. 297. seqq. vix operae pretium est monere, eos inferioribus uti dialectis, licet scribae, unius praecipuae vix satis gnari, verum sermonis colorem saepius obfuscarint. Locos hisce dialectis conscriptos libro secundo omnino non attingo, tertium eis reservans. Id autem diserte h. l. moneo, neque in antec. locorum discriminatione iuxta dialectos, neque in seqq. fabulis, a me factam esse distinctionem inter praecipuam dialectum et *Çaurasenicam*; cuius rei rationes fine libri secundi expositas invenietis.

De dialecto *Vîrakae* et *Chandanakae* p. 191. seqq. p. 281. p. 336. uberius dicam. Nimirum e verbis Chandanakae p. 199. वश्रं दक्खिणपाश्रा(-च्चा?)श्रवश्रभासिणो »nos sumus

meridionales indistincte loquentes« quae verba tamen ad eum solum applicanda sunt, conclusisse videtur Viçvanâthas (cf. sup. p. 36.), linguam meridionalem attributam fuisse bellatoribus. Hominem *Karnatensem* semet appellat Chandanas p. 200. Si provinciae suae sermone uteretur, Karnatica loqui dicendus esset ex ista opinione, quod tamen quum nulla modo possit contendi (cf. App. p. 10), cadit opinio rhetoris. Apertum est indistinctam loquelam intelligendam esse de confusione generum p. 198. satis explicabili in homine, qui Sanscriticam dialectum addidicisse deberet. At dici potest, Sanscriticam dialectum meridionalem sive *Vidarbhensem* (supr. p. 36.) eum addidicisse; quam ob caussam h. l. inquiram in eius sermonem accuratius. *)

De करेआह 191, 13. cf. p. 358. mediales formae आअए, वट्टदे 192, 3. 6. poeticae sunt; cf. p. 343. गहो pro ग्गहो l. 7. licentia poetica; itidem पठमो l. 6; होइ, होउ, देउ, भणाउ, omisso दू, 198, 2. 204, 11. 201, 1. formae sunt Mahârâshtricae sive poeticae; cf. p. 375. in prosa vix recte positae; तुह p. 199, 4; 204, 11; तुए 199, 1. praecipuae dialecti sunt; cf. p. 329.;

---

*) Necessariae hae sunt emendationes: 191, l. 10. विसल्ल; 191, 13. तुरिअं अत्तं लहुं; p. 192, 2. pone पावरीइ vel ए breve; l. 4. ओरअआ, voc.; l. 6. पठमो legendum, l. 9. सुणो; l. 10. तहेव = तथैव, cf. p. 189. 193, 5. ओवारिओ; 195, 5. ओपद्दा; 7. आअएणा; चोत्ताअर; cf. p. 176. l. 8. तिलई; 196, 11. -लोइदव्वं, cf. p. 281, 10; 197, 1; उपपा°; l. 15. पक्खो; 198, l. 1. देन्तस्स; l. 7. समुप्पपणो; p. 199, 4. seqq. opus est codd.; 200, 6. कपपाट; 201, 8. संठबपो; cf. Var. I, 10; 204, l. 6. पच्चइदा चन्दणं पि; l. 7. पा; l. 11. विपदू; 336, 7. पच्चाअेदि.

itidem acc. plur. in ए 204, antep.; बोल्लामो 204, 7; cf. p. 358. et passiva in ज्ज p. 200, 4. 5. 9. cf. p. 359. In omnibus his nil omnino est, quod minus aut Mahârâshtricum aut Çâurasenicum sit; id fortasse observari potest, esse poeticis formis pedestrem orationem interdum falso donatam.

तन्तिलो 196, 7. explicandum est per तन्त्रितः, legitime insignitus, at ल pro त = द solitarium in huius personae oratione exemplum; suspicor -दो. विश्वारह 193, 6. pro 2. sing. imper. ponit ह pro स्व et si certa esset scriptura, forma foret peculiaris; sing. potest etiam esse सोहह 192, 3. at non debet tamen et ceteri imperativi solitam sequuntur rationem; suspecta est scriptura et expectanda collatio librorum. Denique legitur 192, 4. दरिसेसि, रिस् posito pro र्श्; quod iterum peculiare foret, si vera esset scriptura; at etiamsi दंसेसि scribatur, proprius est huic loco sensus *videndi*.

Pauca haec propriam quum constituere nequeant dialectum, ad praecipuam trahendus est Chandanakas.

Ab ea paullo magis discrepat sermocinatio Vîrakae; nam ल pro र saepius legitur, licet prorsus sine iusta regula; श्रले 191, 7. श्ररे l. 6. *) चालुदत्त 192, 5; चाह° 193, 1; लाश्र 196, 2; रपपाा -पाो ibid. 9. 12; 199, 10. Haud abnuerim, si quis dixerit, a poeta aliam fuisse positam dialectum, a scribis oblitteratam; uti prostat res, amovendae sunt istae litterae श; nam alia omnia cum praecipua dialecto congruunt.

2. *Çak.*

Praecipua dialecto utuntur *Mima* p. 1;
Çakuntalâ eiusque amicae *Priyamvadâ* et *Anusûyâ* p. 8. etc.;
Gâutamî cum aliis ascetriis p. 77, p. 151;
Miçrakéçî p. 116;
Parabhritikâ et *Madhukarikâ* ancillae p. 116; tum *Cha-*

---

*) l. 7. पुरत्थिमे (= पुरत्रिमे) vox est prorsus peculiaris.

turikâ p. 128, p. 131-134; ianitrix *Vetravatî* p. 95, 121, 136;

Aditis diva p. 161;

Ioculator regis *Mâdhavyas*, p. 27, etc.; ianitor Raîvatakas p. 31;

Nuntius Karabhas p. 40; serva (यवनी) p. 142.

Hârîtas puer p. 78 verba quaedam Prâkritica profert, at ceteroquin utitur sermone Sanscritico. Alterutrum mutandum est.

Puer p. 151 etc. utitur p. p. 155, 158, formis Mâgadhicis, alias Prâkritice loquitur; quum nil obstet, quo minus Ardhamâgadhica vel Mâgadhica utatur (vid. Lib. I, p. 36;) ad alterutrius dialecti normam reducenda sunt quae profert.

De genere sermonis piscatori ceterisque personis p. 110 seqq. proprii suo loco dicetur.

3. *Mâlavikâgnimitra*. (Mâl.)

Fabula haec Kâlidâsae adscripta nondum edita est et a Wilsone claro eius nominis poetae abiudicatur. Cuius sententiae rationes h. l. in iudicium vocare, a meo consilio alienum esset. Certum est, drama esse bonae notae et nisi fallor Bhavabhûtis aevo antiquius. Refertur actio fabulae ad id aevum, quo in Indi fluvii ripis agere nondum cessarint Yavanae. Sermo Prâkriticus per totum drama praecipui est generis, nisi fortasse excipiendae sunt duae puellae Vidarbhenses, Ramanîyâ et Jyôtsnâ, in quarum sermone vestigia quaedam alius dialecti deprehendi videntur, ex. gr. जोण्हा mutatum in जोसिणा; scimus a technicis et grammaticis poni dialectum Vidarbhensem (Lib. I. p. 20.). Ad rem infra revertar; ceteras personas nominare supersedeo; nomina invenies ap. Wilsonem in app. ad th. Indic. Vol. II. Passim exempla proposui inde a pag. 270. Exemplar nimirum quo usus sum, debeo amicitiae Brockhausii mei, qui et hanc fabulam et alia eiusdem generis subsidia vix rogatus liberalissime mecum communicavit.

4. *Vik.*

praecipua dialecto utuntur *Auçînarî*, regina, eiusque ancilla *Nipunikâ*, tum *Apsarases* et ascetria *Bhârgavî*, act. V.

Itidem ioculator *Mânavas* et discipulus Bharatae alter init. act. III. Apsarases sectantur molliores loquelae formas, fines tamen non excedunt praecipuae dialecto praescriptos. Quae omnia bene se habent. At enim vero quod *Kirâtas* p. 104. seqq. eadem sermonis forma utitur, hoc vix ab origine ita propositum fuit a poeta. Consentit tamen codex P. De sermonis genere actu IV. obtinente disputaturi sumus libro nostro tertio.

5. *M. M.*

Praecipua dialectus aut Çâurasenica vindicanda est omnibus personis, quae Sanscritice non loquuntur, *Avalôkitae*, p. 4. etc. *Kalahansae* p. 10. seqq. *Mandârikae* p. 21 seqq. ancillis p. 25, *Mâlatidi* p. 27 etc. *Lavangikae* p. 27 seqq. *Buddharaxitae* p. 44 etc.; *Madayantikae* p. 63 etc.; ianitrici p. 33, p. 92 (ubi mendose पालिन्द् per ल legitur); respuit nempe superbum Bhavabhûtis ingenium dialectos inferiores; hinc aeque aliena sunt deterioris sermonis specimina ab

6. *Utt.*

in qua *Sîtâ* p. 3 etc., *Durmukhas* p. 18 seqq.; *Sâudhâtakî* p. 70 seqq. *Kâuçalyâ* p. 75 seqq.: *Vidyâdharî* p. 103 etc.; duabus praecipuis dialectis utuntur.

7. *M. R.*

Ad praecipuam dialectum pertinent quae proferunt

Mima p. 2 seqq.;

Nipunakas p. 9 seqq.;

Siddârthakas p. 19, p. 52, p. 96, p. 106, p. 123. Contra p. 143 et is et *Susiddhârthakas*, qui p. 123. pure loquitur Prâkritice, oblivisci debent dialecti praecipuae, quum partes Chandâlorum agant. Quod ponit Vir clar. Wilso alterius nomen *Samiddhârthakas* sensum praebet minus commodum et repugnat codici P.

Chandanadâsas p. 22 seqq. p. 145 seqq. cum *uxore*, p. 144, et *filio* p. 147;

Virâdhaguptas p. 32 seqq.;

Karabhakas p. 77 seqq.;

Priyamvadakas, ianitor *Râxasae*, p. 36, p. 38, p. 92, p. 111, qui diversus videtur a ianitore, qui p. 77 scenam intrat; p. 97, 7. ex repente सूले emergit in ed. C. infecto sermone ob viciniam diverbii Mâgadhici; P. सुरो praebet uti debuit;

Bhâsurakas, servus Bhâgurâyanae p. 100, et *Vijayâ*, ministra *Malayaketuis*, p. 101, etc.; Bhâsurakas saepius loqui videtur, ut p. 106, p. 108, p. 112, licet haud satis pateat, annon alius intelligi possit. P. 108, 16. praecipuam dialectum deserit et लक्खस dicit;

Çônôttarâ, ianitrix Chandraguptae, p. 61, p. 76 seqq.;

Homo qui p. 130 introducitur; et alius p. 155-156. Contra homo σκηπτοῦχος p. 80 dialecto inferiori loquitur.

Jîvasiddhis p. 93, p. 97, p. 101. iuxta notam Wilsonis ad th. Ind. II. 215. ed. alt. Pâiçâchice loquitur; certum est, praecipuam non esse dialectum.

8. *Prab.*

Mima p. 3; *Ratis* p. 7 seqq.; *Matis* p. 13 seqq.; *Trishnâ* p. 35 et *Hinsâ* p. 36 cum *Karunâ* p. 43 seqq. praecipua utuntur dialecto.

Fides Kâpalicorum p. 57 haud ita multa profert, ut iudicium ferri possit certum; propter distributionem dialectorum in hoc dramate detrudenda videtur ad quamlibet inferiorum. Eandem ob caussam emendanda est paullo magis loquela *Amicitiae* p. 65. et amovendae sunt litterae ल in थोल p. 66, 12; in कालणाणा p. 68, 8, aliis, potissimum quum mox Sanscritice loqui incipiat.

Praecipuam dialectum etiam ianitrici p. 70. adiudicandam reor. *Vibhramavatî* et *Mithyâdrishtis* p. 37. 39. 42 formis utuntur praecipuis, paucis exceptis, nescio an recte; nam propter indolem potius inferiorem dialectum expectares.

Ad dialectos inferiores aperte pertinent sermones *Chárvákae* p. 28, *nuntii* p. 32; *Digambarae* p. 46; eodem loquelae genere utuntur fides *Jainica* p. 47. et *Buddhica* p. 49.

9. *Rat.*

Omnes personae hae: *Mima* p. 3, *Vasantakas* p. 5 etc.; regina *Vâsavadattâ* p. 12 etc.; eiusque ancillae *Madanikâ* p. 7 seqq.; *Chûtalatikâ* p. 9 seqq.; *Kânchanamâlâ* p. 12 etc.; *Sâgarikâ* p. 13 etc.; *Susangatâ* p. 20 etc.; *Nipunikâ* p. 20 etc.; cubicularia *Vasundharâ* p. 85, praecipuam Prâkriticam profitentur; etiam *Magicus* p. 88. Nihilo tamen minus id poetae in mente non fuisse suspicor, rem accuratius investigandam relinquo editori fabulae futuro.

10. *Dh.*

Mima, *Discipulus*, *Suratapriyâ*, *Anangasênâ* praecipua dialecto utuntur; ioculator *Bhandhuvañchakas* proclivis est ad Mâgadhicam eaque donandus, eodem genere dicendi privavit scriba haud semel *Mûlanâçakam* tonsorem.

EXCURSUS V. AD LIBRUM II.

Contigit mihi bona fortuna, ut Grammatica Prâkritica *Kramadîçvarae*, quam ipse quondam oculis delibare quasi tantum potueram, cuiusque magno desiderio me frustra teneri dolebam, nunc non tantum accuratius cognitam habeam, sed accuratissime descriptam manibus versare possim. Quod beneficium maximum debeo Viri doctissimi et humanissimi, Jacquetii, erga me benevolentiae, uti in praefatione operis laudare magis studui, quam iusta sua ac debita laude celebrare valui. Magis nitide quam accurate, quamvis non inaccurate, exaratus est codex foll. 27 oblongg. scriptura Bengalica. Videbitis confusum esse interdum regularum ordi-

nem, omissa sunt plerumque exempla Prâkritica, positis tantum Sanscriticis dictionum formis. Sequitur in universum Kramadîçvaras ordinem Vararuchis, pleraeque regulae eaedem sunt, multae ipsissimis verbis conceptae; quaedam novae vel aliter exhibitae. Divisio in capita post absolutas vocales usque ad declinationem nulla invenitur; quod forsitan culpa librarii accidit. Quum maximopere faciat hic liber ad Vararuchem emendandum vel accuratius intelligendum, exhibere constitui seriem regularum comparatam cum Vararuche, enotatis quae aut novae sunt a Kramadîçvara propositae aut aliis verbis conceptae, additis exemplis, quae apud Vararuchem non leguntur:

S. S. respondet *Var.*

1. Additur सदृश et प्रतिस्पर्धिन् pro -सिद्धि; omittitur घस्र. cf. p. 265. — I, 2.

2. — » 3.

3. — » 4.

4. — » 5.

Pro वल्लि legitur वन्दी, minus bene.

5. — » 26.

6. — (गुरु। गुरुक) » 22.

7. — » 8 et 9.

8. — » 6 et 7.

लवपावदरयोर्नित्यं। लोपां। वोरं॥

9. — » 10.

Accedunt सर्वथा। अन्यथा। प्रवाह। मार्जार। कुमारी। वाचाट। वराक॥

10. — » 11.

11-12. — » 18.

In his वा ponitur: गभीरादेवा ॥१२॥ गहिरं। गहीरं वा। व्रीडित। महीतल॥

S. S. *Var.*

13. — I, 24

14. — (II, 16. III, 19.)

At alio consilio ponitur h. l. ह्रस्व] श्राद्यीतूतश्च संयुक्ते ॥१४॥ कज्जं। करपिज्जं। सुज्जो॥ cf. p. 138.

15-16. — I, 12. 19.

नीडादेरेत् ॥१५॥ नीडादेरीत इकारो भवति॥ पोड्डं॥ आपीड। कीदृश। ईदृश॥ पिण्डादेरिद्वा॥ १६॥ पिण्डं पेण्डं। किंशुक। विष्ट। पिष्ट। सिन्दूर। विष्णु। धम्मिल्ल। विन्द (विन्दु?)॥

17. — » 17.

दीर्घो जिह्वासिंहयोः ॥१७॥ जीहा। सीहो॥ वकारानुस्वारयोर्लुक्॥ cf. p. 270.

18. — » 13.

S. S.	Var.
19. —	I, 14.

Exemplum ponitur: इग्र परिभाविग्र सुइरं ॥ cf. p. 186.

20. —	» 14.

ग्रनादेरादिलुक् द्विग्रच नः। ग्रह स त्ति ॥

21. —	» 16.

Extenditur regula ad omnia composs. cum द्विधा ॥

22. —	» 15.

Cf. indic. in Var.

23. —	» 20.

Adduntur: कुसुम्भ। कुन्तल। मुद्गर। कुन्ती ॥

24. — (उदूखल)	» 21.
25. —	» 25.
26. —	» 23.
27. —	» 27.

Unicum exempl. तर्पां ॥

28. = उद्ग्र ग्रपास्य। उर्पां ॥ Contra Var. I, 30. et usum.

29. —	» 30.
30. —	» 30, *b.*
31. —	» 29.

Accedd. वृन्दारक। भ्रातृ। मातृ। वृद्धि। परभृत ॥

32. —	» 28.

Add. सकृत्। भृत्य। हृति। तृप्ति। et pro वृषि leg. वृष्णि ॥

33. —	» 32.
34. —	» 33.

(दिग्रहो दीग्रहो वा)

S. S.	Var.
35. —	I, 34.
36. —	» 37. 38.
37. —	» 35.

Add. वैश्रस्य। वैषयिक। वैशाल (pro -ख)। वैश्रय ॥

38. —	» 36.
39. —	» 40.
40. —	» 39.
41. —	» 41.
42. —	» 42.
43. —	» 43.

उन्नित्यं in reg. atque in exx. ग्रौपिडक.

H. l. finis est capitis: स्वरकार्यं निवृत्तं ॥

44. —	II, 2. cf. not.

45-47. क्वचिद्यत्वं वा ॥ ४५ ॥ गग्रपां। गयपां वा ॥ क्वचिद् वत्वं वा ॥ ४६ ॥ सुहग्रो सुहवो वा ॥ क्वचिन्न लोपः ॥ ४७ ॥ पवाग्रो। सुवाग्रो। पूतनं। पवित्रं ॥ Addo h. l. regg. 49. यस्यायादेर्वा ॥ ४९ ॥ पायपां। पाग्रपां वा ॥ Cf. §. 45. Confusa est horum praeceptorum ratio, uti observavi l. l. Quum de *lôpa* agatur, et r. 49. ponatur optio elidendae semivocalis, expectares, reg. 45. doceri elisionem semiv. य, reg. 46. idem tradi de व; sicuti reg. 44.

S. S.	*Var.*

proposita est elisio consonn. ordinatarum. At longe aliud dicitur regg. 45. 46. Nimirum pro elisa conson. ordinata poni posse य s. व; गयणं pro गगणं, सुहव pro सुभग. Ad inferiores dialectos pertinet haud dubie reg.

48. — II, 3.

50. अनुत्तराव्यय चस्य ॥ Ex. तस्स स। cf. §. 28, 6.

51. — » 14.

52. — » 15.

53. — » 19.

54. — » 20.

Cf. §. 41.

55. — » 21.

56. — » 22.

